STATVTA,
CONSTITVTIONES,
ET DECRETA
Generalia.

FAMILIAE CISMONTANAE

Ord. S. Franc. de Obſeruantiae.

Ex Decreto Gen. Cap. Valliſoletani An. D. 1593. celebrati reſtituta;

Reuerendiſs. P. BONAVENTVRAE *Calatayeronen. Totius Ord. S. Franc. Gen. Miniſt. iuſſu edita.*



PLACENTIÆ, Apud Ioannem Bazachium. M. D. XCV.

Superiorum conceſſu.

IOSVE I.

Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus; vt cuſtodias, et facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges viam tuam, et intelliges eam.

II.

FRATER BONAVENTVRA CALATAYERONENSIS,

Totius ordinis Sancti Franciſci Generalis Miniſter, & ſeruus,

Dilectis Nobis in Christo, Fratribus Ciſmontanæ familiæ, Ordinis eiuſdem de Obſeruantia Profeſſoribus, ſalutem, & paternam benedictionem.

32-8-5-24

gregatis viſum eſt, ſatis opportunum fore, atque conformandis moribus, & reſtituendæ, ac retinendæ etiam regularis vitæ diſciplinæ plurimum profuturum, ſi omnia Statuta, Ordinationes, Conſtitutiones, & Decreta annis ſuperioribus, 1553. Salmanticæ, 1559. Aquilæ, 1565. Valliſoleti, 1571. Romæ, 1575. ibidem, 1579. Pariſijs, 1587. Romæ tertiò, 1590. Neapolis, ac nouiſſimè 1593. in eo ipſo Generali Capitulo Valliſoletano confecta, et edita, ad compendium, & certam methodum, ſuperfluis amputatis; & quæ contraria eſſe videntur, reconciliatis; additis addendis, ac moderatis moderandis, redigerentur; ac ordine redacta, noſtraq; primùm auctoritate probata darentur in lucem.

nopere quidem cupimus. Patrum ſententiam eiuſmodi & ſalutarem eſſe, & ad conformandos mores, & reſtituendam, ac retinendam regularis vitæ diſciplinam vel in primis opportunam iudicantes, et pro noſtri muneris Officio probantes; ad negotium hoc, vt arduum quidem, & perdifficile, ſic opportunum, ac ſalutare, Viros prudentes, probos, ac pios, rerumq; agendarum vſu peritos, & ad id vel maximè idoneos, nobiſcum adhibuimus. Quibuſcum opus ipſum aggreſſi, breui quidem tempore, ſed magnis laboribus, & ſtudijs confectum, cùm iam omnibus numeris abſolutum, & in optatam formam redactum eſſe videretur, ac re vera eſſet; illud prudenti, ac perpenſo Patrum Conſilio, & matura

*Statuta, Ordinationes, Conſtitutiones, &
Decreta; quæq; nos ipſi, eodem Chriſtianæ
pietatis, et paternæ ſolicitudinis ſtudio, pro
faciliori intelligentia, et obſeruatione, in hanc
formam redigi, ac typis impreſſa, in lucem
emitti curauimus; quæq; etiam addenda cen-
ſuimus, vel ad maiorem rerum iam præſcri-
ptarum explicationem, aut moderationem
etiam; vel quia in ijs frequentiùs peccari com-
pertum eſt; vel quia nondum ſuperinde ſa-
tis opportunè proſpectum eſſe videretur: ea
vos, quo certè debetis, ſanctæ obedientiæ ſpi-
ritu ſuſcipiatis, ac ſuſcepta, eodem Chriſtia-
næ pietatis, & religionis ſtudio, in vſum,
& conſuetudinem inducatis. In quo quidem,
vt preſtò ſint prompta veſtra voluntas;*

ad ſpiritualia totius Ordinis commoda con-
ferimus. Agite igitur vos, vt cum ex harum,
aliarumq; Conſtitutionum editione, tum ex
omni alia noſtra, Patrumq; veſtrorũ cura, ac
labore; quibus, & obedientia, & pietatis ope-
ribus, ac ſumma bene agendi progreſſione re-
ſpondere debetis: vberrimum ſalutis fructum
reportetis in Domino. Hoc plane non opta-
mus ſolùm; ſed certè ſperamus de vobis, qui
capitularibus ijſce ſtudijs, et laboribus ad om-
nem piè, ac ritè agendi rationem, quò frequen-
tius excitati eſtis, eò ſplendidiùs in vobis re-
gularis vitæ diſciplina, morumq; conformi-
tas, magis, ac magis in dies floreſcat; ac per
vos religiosè, ac ſanctè viuendi norma, cæ-
teris omnibus longè, lateq; præluceat; vt ve-
ſtro exemplo diuinitus excitati, re vera imi-
tentur, ac ſeruent, quod ſanctè [illegible] iè pro-
fitentur; et cuncti [illegible]
ſione cer[illegible]

exaltabitur, & laudabitur per vos, & glorificabitur in vobis, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus, & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula. Valete, noſtri, noſtrorumq; laborum, ac vigiliarum, perpetuiq; erga vos amoris, et dilectionis noſtræ memores in orationibus veſtris apud Deum: vt condignam mercedem de manu Domini recipientes, ſalutarium operum fructu omnes pariter exultemus in Domino. Romæ, ex celeberrimo Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ de Aracæli die 6. Octobris. 1594.

Breue pro Fratribus Obſeruantiæ, & Reformatis, eiuſdem Ordinis Miniſtro Generali ſubditis.



Dilecto filio Archangelo à Meſſana Miniſtro Generali totius Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia.

PAVLVS PP. V.

DILECTE Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Poſtulat Apoſtolici muneris ratio, quod nullis noſtris exigentibus meritis diuina dignatio gerere nos voluit in terris, vt inter cæteras agri Dominici excolendi curas, minimè negligatur reſtitutio diſciplinæ Ordinis regularis, qui meritò, vt flos quidam, & prætioſus lapis inter Eccleſiæ ornamenta Sanctorum Patrum præconio celebratur, vt quæ humanæ fragilitatis vitio tempore

collabuntur, paſtorali vigilantia diuina aſpirante gratia corrigantur. Vt igitur Beati Franciſci Fratres Minores de Obſeruantia nuncupati, quod nomine præſeferunt in dies magis re ipſa præſtent, Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, vt tu, & tui pro tempore ſucceſſores Miniſtri Generales ſuper omnibus reformationibus, & fratribus Reformatis eandem ordinariam poteſtatem, quam ſuper alijs eiuſdem Ordinis fratribus habes, & exerces, ſimiliter habere, & exercere liberè poſſis: Quodq; Miniſtri Prouinciales, qui Reformati erunt, ordinariam ſuper cuſtodibus, & Reformatis ſimiliter habeant, & exerceant poteſtatem, qui verò ex dictis Miniſtris de familia erunt, eiſdem cuſtodibus, & Reformatis præcedant, & pro eorum Superioribus cenſeantur, & recognoſcantur: Cuſtos autem, & eius vocales ad Prouinciale Capitulum accedant, & in eo in electione Miniſtrorum, & Diffinitorum vocem actiuam, & paſſiuam habeant, ipſeq; Cuſtos à vocalibus ſuæ Cuſtodiæ in prædicto Capitulo eligatur, qui, vnà cum diſcretis Guardianos conſtituet, & familias in ſua cuſtodia diſponet; & vlterius, vt ipſe Cuſtos, quoties ſibi neceſſarium videbitur, ſuam cuſtodiam, viſitare, mutare, corrigere, & punire poſſit; in caſu verò appellationis ad te, & pro tempore exiſtentem Miniſtrum Generalem appellandum erit: Rurſus quotieſcunq; aliquis ex fratribus Reformatis ob infirmitatem, vel aliam legitimam cauſam à reformatione exire, & ad familiam tranſire voluerit, in Capitulo, aut Congregatione Prouinciali de conſenſu Cuſtodis, & maioris partis vocalium Cuſtodiæ illi concedatur, & eorumdem conſenſu, nec non Miniſtri Prouinciæ fratres de familia ad Reformationem poterunt migrare; Nouitijs quoq; qui in Capitulo, aut Congregatione recipientur, vtrum ad Reformationem, vel ad familiam ad Nouitiatum agendum ſe conferre velint, eligere liberum erit ſeruata tamen fel: rec: Sixti Papæ V. Prædeceſſoris noſtri Conſtitutione: Præterea circa Conuentus de familia acceptandos quicquid a dilecto filio noſtro Pompeio tituli Sanctæ Balbinæ Presby-

f. tero

tero Cardinale Arrigonio nuncupato, & à te, ac pro tempore exiſten. iſtius Ordinis Protectore, ac Generali Miniſtro [illegible]dinatum fuerit, obſeruetur. Quocirca in virtute ſanctæ obed[illegible]tiæ omnibus, & ſingulis dicti Ordinis, & Reformationis [illegible] Superioribus, & Religioſis præcipimus, & mandamus, vt præmiſſa omnia, & ſingula inuiolabiliter obſeruent, tibiq; in illis promptè pareant, obediant, & aſsiſtant; alioquin ſententiam [illegible] quam ritè tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino vſq; ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & [illegible]dinat[illegible]ibus Apoſtolicis, necnon eiuſdem Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica [illegible] quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis [illegible] literis Apoſtolicis eidem Ordini, illiusq; ſuperioribus, & perſonis, ac quibuſuis alijs, ſub quibuſcunq; tenoribus, & for[illegible], & cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, & inſolitis [illegible]ſulis, ac irritantibus, & alijs decretis in contrarium præmiſſo[illegible] quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, [illegible] ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum [illegible]rtis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 4. Februarij 1607. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Scipio Cobellutius.

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ. 1607.

fr. Archangelus a[illegible]

REGVLA BEATISSIMI PATRIS FRANCISCI, A SANCTA SEDE APOSTOLICA APPROBATA & confirmata.

Cum Teſtamento eiuſdem.

Et Opuſculo de Contentis in ea.

APPROBATIONIS
Regulæ teſtimonium,

ET CONFIRMATIONIS
initium.

HONORIVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs, fratri Franciſco & alijs fratribus de Ordine fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica pijs votis, & honeſtis petentium deſiderijs fauorem beneuolum impartiri. Eapropter, dilecti in Domino filij, veſtris pijs precibus inclinati, Ordinis veſtri Regulam, à bonæ memoriæ Innocentio Papa prædeceßore noſtro approbatam, annotatam præſentibus, auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: Quæ talis eſt.*

IN NOMINE DOMINI, incipit Regula & vita Fratrum Minorum. Cap. I.

REGVLA & vita Fratrum Minorum hęc eſt, ſcilicet Domini noſtri IESV CHRISTI ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Frater Franciſcus promittit obedientiam & reuerentiam domino Papæ Honorio, ac ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ. Et alij Fratres teneantur Fratri Franciſco, & eius Succeſſoribus obedire.

Vniuerſale pręceptum e[minens].

Generalia pr[æ]cepta eminen[tia] num. 3.

Habet vi[m] pręcepti.

De his qui volunt vitam iſtam accipere: & qualiter recipi debeant. Cap. II.

Recipient. cõditio j.

SI qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad fratres noſtros, mittant eos ad ſuos Miniſtros prouinciales: quibus ſolummodo, & non alijs, recipiendi fratres licentia concedatur. Miniſtri verò diligenter examinent eos de fide catholica, & de Eccleſiaſticis Sacramentis. Et, ſi hæc om-

Æquipollet pręcepto.

Recipiẽt. conditio ij.

Æquipollet pręcepto.

Recipiẽd. conditio j.

 nia

nia credant, & velint ea fideliter confiteri, & vſque in finem firmiter obſeruare; & vxores non habent; vel, ſi habent, & iam Monaſterium intrauerint vxores, vel licentiam eis dederint auctoritate Diœceſani Epiſcopi, voto continentiæ iam emiſſo; & illius ſint ætatis vxores, quòd non poſſit de eis oriri ſuſpicio: dicant illis verbum ſancti Euangelij, quòd vadant & vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare. Quod ſi facere non potuerint, ſufficit eis bona voluntas. Et caueant fratres & eorum Miniſtri, ne ſoliciti ſint de rebus ſuis temporalibus, vt liberè faciant de rebus ſuis quicquid Dominus inſpirauerit eis. Si tamen conſilium requiratur, licentiam habeant Miniſtri, mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Poſtea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas ſine caputio, & cingulum, & brachas, & caparonem vſq; ad cingulum, niſi eiſdem Miniſtris aliud ſecundùm Deum aliquando videatur. Finito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & Regulam obſeruare. Et nullo modo licebit eis de

Recipiend. cõditio ij.
Recipiend. cõditio iij.
Recipiẽd. conditio iiij.
Æquipollet præcepto.
Recipient. cõditio iij.
Recipiẽd. conditio v.
Æquipollet præcepto.
Monitio ad malum vitandum j.
Recipiẽd. conditio vj.
Recipiẽt. conditio iiij.
Æquipollet præcepto.
Recipiẽt. conditio v.
Æquipollet præcepto.
Recipiẽt. conditio vj.
[Pr]æceptum c[on]tinens.

de iſta religione exire, iuxta mandatum Domini Papæ: quia ſecundùm ſanctum Euangelium, nemo mittẽs manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Et illi qui iam promiſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui voluerint habere. Et qui neceſſitate coguntur, poſſint portare calciamenta. Et fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: & poſſint ea repeciare de ſaccis & alijs pecijs, cum benedictione Dei. Quos moneo & exhortor, ne deſpiciant neq; iudicent homines, quos viderint mollibus veſtimentis & coloratis indutos, vti cibis & potibus delicatis: ſed magis vnuſquiſque iudicet, & deſpiciat ſemetipſum.

Æquipollet pręcepto.

Æquipollet pręcepto.

Æquipollet pręcepto.

Regulę libertas j.

Monitio ad malum vitandum ij.

De diuino officio, & ieiunio: & quomodo fratres debeant ire per mundum. Cap. III.

1.

CLerici faciant diuinum officium ſecundùm ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, excepto Pſalterio, ex quo habere poterunt Breuiaria. Laici verò dicant viginti quatuor pater noſter pro matutino: pro lau-

Æquipollet præcepto.

Laudibus quinq;:pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona;pro qualibet iſtarum ſeptem: pro Veſperis autem duodecim : pro Completo rio ſeptem : & orent pro defunctis. Et ieiunent à feſto omnium Sanctorum, vſque ad Natiuitatem Domini. Sanctam verò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphania, vſque ad cõtinuos quadraginta dies, quam Dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit, qui voluntariè eam ieiunãt, benedicti ſint à Domino: & qui nolunt, non ſint aſtricti : ſed aliam vſque ad Reſurrectionem Domini ieiunent. Alijs autem temporibus non teneantur niſi ſexta feria ieiunare. Tempore verò manifeſtæ neceſſitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali. Conſulo verò moneo & exhortor fratres meos in Domino Ieſu Chriſto, vt, quãdo vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent: ſed ſint mites, pacifici & modeſti, manſueti & humiles, honeſtè loquentes omnibus, ſicut decet. Et non debeãt equitare, niſi manifeſta neceſſitate vel infirmitate cogãtur. In quãcunq; domũ intrauerint, primũ dicãt. Pax huic domui. Et ſecundùm ſanctũ Euangeliũ, de oĩbus cibis qui apponuntur eis, liceat mãducare.

Æquipollet præcepto.

Regulę libertas ij.

Habet vim pręcepti.

Regulę libertas iij.

Monitio ad malum vitandum iij.

Monitio ad bonum agendum j.

Æquipollet præcepto.

Monitio ad bonum agendum ij.

Regulæ libertas iiij.

Quòd

Quòd fratres non recipiant pecuniam. Cap. IIII.

PRæcipio firmiter fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per ſe vel per interpoſitam perſonam. Tamen pro neceſſitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos ſpirituales, Miniſtri tantùm & Cuſtodes ſolicitam curam gerant, ſecundùm loca & tempora & frigidas regiones, ſicut neceſſitati viderint expedire. Eo ſemper ſaluo, vt (ſicut dictum eſt) denarios vel pecuniam non recipiant.

Pręceptum eminens.

Æquipollet præcepto.

De modo laborandi. Cap. V.

Monitio ad bonum agendum iij.

FRatres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè, ita quòd excluſo otio animæ inimico, ſanctę orationis & deuotionis Spiritum non extinguant, cui debent cętera temporalia deſeruire. De mercede verò laboris, pro ſe & ſuis fratribus, corporis neceſſaria recipiant, præter denarios vel pecuniam. Et hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores.

Quòd

Quòd fratres nihil ſibi approprient: & de eleemoſyna petenda: & de fratribus infirmis. Cap. VI.

Pręceptum eminens.

FRatres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſed tanquam peregrini & aduenæ in hoc ſæculo, in paupertate & humilitate Domino famulãtes, vadãt pro eleemoſyna cõfidenter. Nec oportet eos verecundari: quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperẽ in hoc mundo. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos cariſſimos fratres meos, hęredes & Reges Regni cęlorũ inſtituit, paupes rebus fecit, virtutibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terrã viuentiũ. Cui, dilectiſſimi fratres, totaliter inhęrẽtes, nihil aliud, pro noĩe Domini noſtri Ieſu Chriſti, in ꝑpetuũ ſub Cęlo habere velitis. Et vbicunque ſunt & ſe inuenerint fratres, oſtẽdant ſe domeſticos inuicẽ inter ſe, & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſſitatẽ ſuã: quia, ſi mater nutrit & diligit filiũ ſuũ carnalẽ, quantò diligẽtiùs debet quis diligere, & nutrire fratrẽ ſuum ſpiritualẽ? Et, ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debẽt ei ſeruire, ſicut vellẽt ſibi ſeruiri.

Monitio ad bonum agendum iiij.

Monitio ad bonum agendum v.

Monitio ad bonum agendum vj.

Æquipollet precepto.

De

De pœnitentia fratribus peccantibus imponenda. *Cap. VII.*

SI qui fratrum, inſtigante Inimico, mortaliter peccauerint; pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad ſolos Miniſtros prouinciales: teneantur prædicti fratres ad eos recurrere, quàm citiùs poterunt ſine mora. Ipſi verò Miniſtri, ſi Presbyteri ſunt, cum miſericordia iniungant illis pœnitentiam. Si verò Presbyteri non ſunt, iniungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, ſicut eis ſecũdùm Deum meliùs videbitur expedire. Et cauere debent, ne iraſcantur & conturbentur propter peccatũ alicuius: quia ira & cõturbatio, in ſe & in alijs impediunt charitatẽ.

Habet vim præcepti.

Monitio ad bonum agendum vij.

Monitio ad malum vitandum iiij.

De electione Generalis Miniſtri huius fraternitatis: & de capitulo Pentecoſtes. *Cap. VIII.*

VNiuerſi fratres vnũ de fratribus iſtiùs Religionis teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrum & ſeruũ totius fraternitatis: & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedẽte, electio Succeſſoris fiat a Mi-

Habet vim præcepti.

Habet vim præcepti.

niſtris prouincialibus: & Cuſtodibus in Capitulo Pentecoſtes: in quo prouinciales Miniſtri teneãtur ſemper inſimul cõuenire, vbicunque à Generali Miniſtro fuerit conſtitutum. Et hoc ſemel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorem, ſicut à prædicto Miniſtro fuerit ordinatum. Et ſi aliquo tẽpore appareret Vniuerſitati Miniſtrorum Prouincialium & Cuſtodum, prædictum Miniſtrum non eſſe ſufficientem ad ſeruitium & communem vtilitatem fratrum, teneantur prædicti fratres, quibus electio data eſt, in Nomine Domini alium ſibi eligere in Cuſtodem. Poſt Capitulum verò Pentecoſtes, Miniſtri & Cuſtodes poſſint ſinguli, ſi voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in ſuis Cuſtodijs, ſemel fratres ſuos ad Capitulum conuocare.

Habet vim præcepti.

Habet vim præcepti.

Regulæ libertas v.

De Prædicatoribus. Cap. IX.

FRatres non prędicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus

Æquipollet præcepto.

Æquipollet præcepto.

natus & approbatus, & ab eo ſibi Officium prædicationis conceſſum. Moneo quoque & exhortor eoſdem fratres, vt in prædicatione quam faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia, ad vtilitatem & ædificationem populi: annunciando eis vitia & virtutes, pęnam & gloriam, cum breuitate ſermonis: quia verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram.

Monitio ad bonum agendum viij.

De admonitione, & correctione fratrum. Cap. X.

FRatres, qui ſunt Miniſtri & ſerui aliorum fratrum, viſitent & moneant fratres ſuos, & humiliter & charitatiuè corrigant eos, non præcipiẽtes eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam, & Regulam noſtram. Fratres verò, qui ſunt ſubditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerũt proprias voluntates. Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant ſuis Miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare, & nõ ſunt contraria animæ ſuæ, & Regulæ noſtræ. Et vbicunque ſunt fratres, qui ſcirent & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos Miniſtros

Monitio ad bonum agendum ix.

Monitio ad bonum agendum x.

Pręceptũ eminens.

Æquipollet præcepto.

ſtros debeant, & poſſint recurrere. Miniſtri verò charitatiuè & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeāt circa ipſos, vt dicere poſſint eis, & facere ſicut Domini ſeruis ſuis. Nam ita debet eſſe, quòd Miniſtri ſint ſerui omnium fratrum. Moneo verò, & exhortor in Domino Ieſu Chriſto, vt caueant fratres ab omni ſuperbia, vanagloria, inuidia, auaritia, cura & ſolicitudine huius ſæculi, detractione, & murmuratione. Et non curent neſcientes literas, literas diſcere: ſed attendant, quod ſuper omnia deſiderare debēt, habere Spiritum Domini, & ſanctam eius operationem: orare ſemper ad Deum puro corde: & habere humilitatem & patientiam in perſecutione & in infirmitate: & diligere eos qui nos perſequuntur, repræhendunt, & arguunt: quia dicit Dominus. Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Monitio ad bonum agendum xj.

Monitio ad malum vitandum v.

Monit. ad malũ vitandũ vj.

Monitio ad bonum agendum xij.

Quòd

Quòd fratres non ingrediantur Monaſteria Monacharum. Cap. XI.

PRæcipio firmiter fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta conſortia vel conſilia mulierum; & ne ingrediantur Monaſteria Monacharum: præter illos, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis. Nec fiant Compatres virorum uel mulierum: ne hac occaſione inter fratres uel de fratribus ſcandalum oriatur.

Præceptum eminens.

Præceptum eminens.

Præceptum eminens.

De euntibus inter Saracenos, & alios infideles. Cap. XII.

Regulę libertas vj.

QVicunque fratrum, diuina inſpiratione, voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles, petant inde licentiam à ſuis Miniſtris prouincialibus. Miniſtri uerò nullis eundi licentiam tribuant, niſi eis, quos uiderint eſſe idoneos ad mittendum. Ad hæc per obedientiam iniungo Miniſtris, ut petant à Domino Papa unum de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius fraternitatis: ut ſemper ſubditi & ſubiecti pedibus eiuſdem Sanctæ Romanæ

Pręceptum eminens.

manæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica, paupertatem & humilitatem, & ſanctũ Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus.

Confirmationis Regulæ Concluſio.

NVLLI ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani, tertio Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri Anno octauo.

Explicit Regula Fratrum Minorum.

Ad Galat. vi.

Quicunq; hanc Regulam ſequuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia.

INCI-

INCIPIT TESTAMENTVM BEATI PATRIS *noſtri Franciſci.*

DOMINVS dedit mihi fratri Franciſco ita incipere facere pœnitentiam: quia, cùm eſſem in peccatis, nimis videbatur mihi amarum videre leproſos: ſed ipſe Dominus conduxit me inter illos: & feci miſericordiam cum illis. Et recedente me ab ipſis, id quod videbatur mihi amarum, conuerſum fuit mihi in dulcedinem animæ & corporis. Et poſtea parùm ſteti, & exiui de ſęculo. Et Dominus dedit mihi talem fidem in Eccleſijs, ut ita ſimpliciter adorarem & dicerem. Adoramus te ſanctiſſime Domine Ieſu Chriſte hìc, & ad omnes Eccleſias tuas, quæ ſunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundũ. Poſtea Dominus dedit mihi tantam fidem in Sacerdotibus, qui viuunt ſecundùm formam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, propter

Ordi-

Ordinem ipſorum, quòd ſi facerent mihi perſecutionem, uolo recurrere ad ipſos. Et ſi haberem tantã ſapientiam, quantam Salomon habuit; & inuenirem pauperculos Sacerdotes huius ſæculi: in Eccleſijs in quibus morantur, nolo prædicare contra uoluntatem ipſorum: & ipſos, & omnes alios uolo timere, amare, & honorare ſicut dominos meos: Et nolo in ipſis conſiderare peccatum: quia filium Dei diſcerno in eis, & domini mei ſunt. Et propter hoc facio, quia nihil uideo corporaliter in hoc ſæculo de ipſo altiſſimo filio Dei, niſi ſacratiſſimũ corpus eius, & ſanctiſſimum ſanguinem ſuum, quem ipſi conficiunt, & ipſi ſoli alijs adminiſtrant. Et hæc ſanctiſſima myſteria ſuper omnia uolo honorare & uenerari, & in locis pretioſis collocare. Sanctiſſima uerò nomina & uerba eius ſcripta, ubicunq; inuenero in locis illicitis, uolo colligere, & rogo quòd colligantur, & in loco honeſto collocentur. Et omnes theologos, & qui miniſtrãt nobis ſanctiſſima uerba diuina, debemus honorare & uenerari, ſicut qui miniſtrant nobis ſpiritũ & uitam. Et poſtquàm Dominus dedit mihi de fratribus, nemo oſtendebat mihi quid deberẽ facere: ſed

ſed ipſe Altiſſimus reuelauit mihi, ꝙ ego debere uiuere ſecundùm formã ſancti Euãgelij. Et ego paucis verbis & ſimplicibus feci ſcribi: & Dominus Papa cõfirmauit mihi. Et illi qui veniebant ad recipiẽdum vitam iſtã, oĩa quæ habere poterant, dabant pauperibus. Et eramus contenti tunica vna intus & foris repeciata, cum cingulo & brachis: & nolebamus plus habere. Officium dicebamus nos Clerici ſecundùm alios Clericos. Laici dicebant Pater noſter. Et ſatis libẽter manebamus in Eccleſijs. Et eramus idiotæ, & ſubditi omnibus. Et ego manibus meis laborabam, & volo laborare, & omnes alij fratres firmiter volo quòd laborent, de laboritio quod pertinet ad honeſtatem: & qui neſciunt diſcant: non propter cupiditatem recipiẽdi pretium laboris, ſed propter bonum exemplum, & ad repellendam otioſitatem. Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad menſam Domini, petẽdo eleemoſynas oſtiatim. Salutationem mihi Dominus reuelauit, vt diceremus. Dominus det tibi pacem. Caueant ſibi fratres, vt Eccleſias & habitacula & omnia alia, quæ pro ipſis conſtruũtur, penitus nõ recipiant, niſi eſſent ſecundùm

ſanctam paupertatẽ, quam in Regula promiſimus: ſemper ibi hoſpitantes tanquam aduenæ & peregrini. Pręcipio firmiter per obediẽtiam fratribus vniuerſis, quòd vbicunque ſunt, non audeant petere aliquam literam in Curia Romana, per ſe vel per interpoſitam perſonam; neq; pro Eccleſia; neque pro aliquo loco; neque ſub ſpecie prædicationis; neque pro perſecutione ſuorum corporum: ſed vbicunque non fuerint recepti, fugiant in aliam terram, ad faciendum ibi pœnitentiam cum benedictione Dei. Et firmiter volo obedire Generali Miniſtro, & illi Guardiano, quem ſibi placuerit mihi dare: & ita volo eſſe captus in manibus ſuis, vt non poſſim ire vel facere vltra voluntatem ſuam: quia dominus meus eſt. Et quãuis ſim ſimplex & infirmus, tamen volo ſemper habere Clericum, qui mihi faciat officium, ſicut in Regula cõtinetur. Et omnes alij fratres teneantur per obedientiam obedire Guardianis ſuis, & facere officium ſecundùm Regulam. Et qui inuenti eſſent, qui non facerent officium ſecũdùm Regulam, & vellent alio modo variare, aut non eſſent Catholici; omnes fratres vbicũque ſunt, per obedientiam teneantur, quòd

vbicunque inuenerint aliquem ipſorum, proximiori Cuſtodi illius loci, vbi ipſum inuenerint, debeant præſentare. Et Cuſtos teneatur per obediētiam ipſum fortiter cuſtodire, ſicut hominem in vinculis, die noctuq; ita quòd nō poſſit eripi de manibus ſuis: donec propria perſona ſua, ipſum repræſentet in manibus ſui Miniſtri. Et Miniſter teneatur firmiter per obedientiā mittere ipſum per tales fratres, qui die noctuq; cuſtodiant ipſum, ſicut hominem in vinculis, donec repręſentent ipſum coram Domino Oſtienſe, qui eſt dominus Protector, & Corrector iſtius fraternitatis. Et non dicāt fratres, hęc eſt alia Regula: quia hęc eſt recordatio, admonitio, & exhortatio, & meū teſtamentū: quod ego frater Franciſcus paruulus veſter, facio vobis fratribus meis benedictis, propter hoc, vt Regulā quam Domino promiſimus, meliùs catholicè obſeruemus. Et Generalis Miniſter, & oēs alij Miniſtri & Cuſtodes, teneantur per obedientiā in iſtis verbis nō addere vel minuere. Et ſemper hoc ſcriptum habeant ſecum iuxta Regulam. Et in omnibus Capitulis, quę faciunt, quando legunt Regulā, legant & iſta verba. Et omnibus fratribus meis, clericis

& laicis præcipio firmiter per obediētiam, vt nō mittant gloſſas in Regula, nec in iſtis uerbis, dicendo, ita uolunt intelligi. Sed ſicut Dominus dedit mihi purè & ſimpliciter dicere & ſcribere Regulā & iſta verba, ita ſimpliciter & purè, ſine gloſſa intelligatis, & cū ſancta operatione obſeruetis uſq; in finem. Et quicunq; hęc obſeruauerit, in Cęlo repleatur benedictione altiſſimi Patris cęleſtis, & in terra repleatur benedictione dilecti filij ſui, cū ſanctiſſimo Spiritu Paraclito, & omnibus Virtutibus Cęlorū, & omnibus Sanctis. Et ego frater Franciſcus paruulus ueſter & ſeruus, quantumcunque poſſum, cōfirmo uobis intus & foris iſtam ſanctiſſimam benedictionem. Amen.

Explicit Teſtamentum Beati Patris Franciſci.

LAVDES TESTAMENTI PRAECEDENTIS ex Firmamento trium Ordinum, par. 1. fol. 17.

O Teſtamentum pacis: Teſtamentū nulla oblinione delendum, nulla dedignatione ſpernēdum, nulla ſuperordinatione contraria mutandum: Teſtamentum non morte teſtatoris, ſed immortalis vitę coudonatione ſancitum. Beatus qui non ſpernit vel abijcit charitatis incorruptibile Teſtamentum, fertile humilitatis feudum, deſiderabilem paupertatis theſaurum, tanti Patris ſibi traditione legatum.

DE CONTENTIS IN REGVLA S. FRANCISCI

Opuſculum,

EX COLLATIS VETERIBVS ſcriptis Fratris Gundiſalui, olim Generalis Miniſtri,

ET FRATRIS NICOLAI DE Auſimo, maiori ex parte conflatum:

Suppletis hinc inde ex eorum altero, alterius ſi qua deficere viderentur:

ET ADDITIS PAVCIS aliquibus, ad rectam ipſius Regulæ intelligentiam,

Iuxta declarationes Summorum Pontificum, & Sanctorum Patrum interpretationes, neceſſarijs.

Exortatio

O dilectissimi Fratres
Et in eternum benedicti filij
Audite me
Audite uocem Pris uri
Magna promissimus
Maiora promissa sunt nobis
Seruemus hec
Suspiremus ad illa

Voluptas breuis
Pena Perpetua
Modica passio
Gloria infinita
Multoru uocatio
Paucorum electio
Omniũm retributio
Amen

Ad Lectorem præmonitio.

AVCTORVM, ex quibus, ad pleniorem Regulę intellectum, præſens congeſtum eſt Opuſculum, ordinem quidem uariare methodica aliquãdo coegit neceſſitas: illorum tamen, nedum ſententiæ, ſed & uerba ipſa (licèt quandoque minùs elegantia) ob quandam antiquitatis reuerentiam, ut plurimùm retenta ſunt. Idcirco ad oram ex una parte, notæ quædam apponuntur, ex quibus quæ cuiuſque ſint propria, quæue utriſque à Collectore addita, dignoſcentur. Quæ verò notæ ex altera parte habentur, eæ nonmodo breuiculum (ſi animaduerteris, prudens Lector) totius materiæ tibi dabunt, verùm etiam illa ipſa & omnia & ſingula, quæ in præcedenti ipſius Regulæ textu hinc inde notata ſunt ad oras, haud temerè appoſita fuiſſe, declarabunt. Vale.

Proemium.

Gundiſaluus in prin. proem.

Regula noſtra minimè cõfuſa.

REGVLA noſtra, Fratres chariſſimi, non videatur vobis confuſa, eò quòd præcepta, & conſilia, & ea quæ ſunt in illa, ſint hinc inde diſperſa.

Idem ibidem paulò inferius.

Tota quidem ſeruanda:

Certum eſt enim, quòd totam Regulam ſeruare promiſimus: Vtrum autem omnia & ſingula, quæ ſunt in Regula, cadant ſub præcepto, & ſint obligatoria ad culpam mortalem; credendũ eſt, ſecundùm Expoſitores noſtros, quòd non.

Non tamẽ tota ſub præcepto:

Si enim omnia caderent ſub præcepto, tranſgreſſio omnium & ſingulorum eſſet periculoſa, damnabilis, & mortalis: & durum eſſet talem Regulam promittere & vouere, quæ vix ab aliquo poſſet ſeruari.

Durũ enim id:

Sed ad mẽtem conditoris.

Sed tamen ipſam ſeruamus, ſi ſecundùm intentionem Beati Franciſci mandatoris & conditoris, ſeruamus: qui diſtinguit, & certos modos ponit in Regula, ipſam ſeruandi: ad quos modos omnia illa ſunt reducibilia, quæ ſcripta ſunt in eadem.

Qui certos modos ponit, ipſam ſeruandi:

Nam in Regula noſtra ſunt quædam, quæ vocantur præcepta, ſub nomine præcepti, eminentia: Quædam, quæ vocantur præceptis ęquipollentia: Quędam, quæ vocantur præcepti vim habentia: Quædam, quæ vocantur admonitiones, quæ docent bonum facere: Quædam, quæ vocantur admonitiones, quæ docent malum fugere: Quædam, quæ vocantur libertates Regulæ: Quædam, quæ vocantur conditiones tam recipiendorum ad Ordinem, quàm recipientium. Et iſtis ſeptem modis tota Regula perficitur.

Numero ſeptẽ.

Idem ibidem, ſed ſuperius.

Hos ſummatim tracto:

Ideo, non abbreuiando Regulam, ſed mutando de loco ad locum illam; præcepta ad præcepta, & conſilia ad conſilia, & ſic de alijs: totam ipſam Regulam, ad faciliorem memoriam habendã, ad certa puncta, quamuis difficiliter, vtiliter tamen, vt exiſtimo, vobis redditurus ſum.

Idem in fine tractatus.

Duplicem ad fructum.

Licèt enim totam Regulam vouimus & promiſimus ſeruare, partim ad obſeruantiam intellectiuam, partim ad reuerentiam Regularis diſciplinæ: duabus tamen de cauſis Regula ad certa puncta, ſine magnis gloſſis, ſic erit reducta: ſcilicet vt ſtudioſis & ſolicitis ipſam ſeruare, hoc ſit breue compendium ad retinendum in memoria; & negligentibus, ſeu tranſgreſſoribus ſit directorium, ſeu potiùs repercuſſorium ad pœnitendum in conſcientia.

Collector.

Et tractationis duodecim capita.

Vt autem hæc ipſa tractatio ſit & diſtincta magis & plenior, tota duodecim capitibus explicabitur. In quorum

rum primo agetur de præceptis in genere: In ſecundo de præceptis in ſpetie: In tertio de præceptis in indiuiduo: In quarto de æquiualentibus præcepto: In quinto de præcepti vim habentibus: In ſexto de eminentibus, æquiualentibus, & uim habentibus ſimul iunctis: In ſeptimo de admonitionibus ad bonum inducentibus: In octauo de admonitionibus à malo retrahentibus: In nono de libertatibus Regulæ: In decimo de conditionibus recipientium ad Ordinem: In vndecimo de conditionibus recipiendorum: In duodecimo de generalibus quibuſdam huic doctrinæ neceſſarijs.

De præceptis in genere. Cap. I.

Præcepta Regulæ oſtenduntur:

SALVATOR *noſter Matthæi* 19. *dicit*, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. *Ideo, ne quis cadat in tranſgreſſionem mandatorum Regulæ, & per conſequens in laqueum peccati mortalis, per ignorantiam, quæ neminem excuſat; conabor ego, quantum concedet mihi Dominus, oſtendere, quæ ſint mandata Regulæ. Et primò quidem tractabitur de mandatis in genere, ſiue per quaſdam regulas. Quare animaduertendum eſt, quòd generaliter loquendo, mandati ſeu præcepti nomine intelligitur omne illud in Regula, cuius obſeruantia eſt neceſſaria, & trangreſſio eſt mortalis: non quidem ex natura rei, ſed ex eo quòd præcipiatur id ipſum in Regula. Non enim ſequitur, quòd omne id, quod ex ſe eſt peccatum mortale, & habetur in Regula, ſit præceptum Regulæ: vt patet ex* x. *cap. ipſius Regulæ, vbi dicitur:* Moneo verò & exhortor in Domino IESV CHRISTO, vt caueant fratres ab omni ſuperbia, vanagloria, inuidia, auaritia, cura & ſolicitudine huius ſæculi, detractione, & murmuratione. *Quæ omnia ex ſe inducunt ad peccatum mortale, imò ſunt ſpecies mortalis peccati: non tamen ſunt præcepta Regulæ: nam in Regula ponuntur ſub forma admonitionis & conſilij, non ſub forma præcepti. Ea igitur tantummodo, quæ ſub forma præcepti habentur in Regula, Regulæ præcepta dicenda ſunt: alia non videntur ex Regula præceptum inducere: licèt quandoque ex ſe, vt dictum eſt, ad peccatum mortale inducere poſſint.*

Nicolaus in Proem. tractatus.

In genere.

Quid præcepti nomine generaliter intelligendum ſit, declaratur:

Gundiſaluus cap. j. & Nicolaus in principio primæ partis, & in fine.

Addito exemplo ex Regulæ cap. x.

Et traditæ doctrinæ concluſione.

Collector cũ Gundiſalno, & Nicolao pluribus in locis.

DE

De præceptis in ſpecie. Cap. II.

Collector cũ Nicolao in prima parte tractatus.

IAM ſecundùm genus præcepta Regulæ noſtræ deſignata ſunt: ea nunc ipſa ſecundùm ſpeciem diſtinguere oportet. Quare animaduertendum eſt, quòd triplicia ſunt: quædam vniuerſalia; quędam generalia, & principalia; quædam particularia. Rurſus particularia ipſa tripliciter diuiduntur: nam alia vocantur eminentia; alia æquipollentia; alia denique præcepti vim habentia. Vniuerſale præceptum dicitur, quod totam Regulam complectitur: quale eſt illud vnum primi capituli, Regula & vita Fratrum Minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Christi ſanctum Euangelium obſeruare. *Generalia verò, & principalia præcepta tria ſunt, ipſo eodem capitulo contenta, vbi dicitur.* Viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. *Et vocantur generalia, quia ſub ſe continent plura alia præcepta, de quibus particulariter in diuerſis capitulis dicitur. Vocantur etiam principalia, quòd alia omnia Regulæ præcepta ad hęc tria, & eorum obſeruantiam principaliter dirigantur. Reliqua denique omnia & ſingula præcepta particularia ſunt, & particulariter de capitulo in capitulum per totam Regulam ponuntur. Hæc autem ipſa triplici modo dignoſcuntur. Etenim quædam pręcipiuntur in Regula ſub forma expreſſa pręcepti: & hæc vocantur eminentia, eò quòd inter cętera valde emineant. Quędam verò pręcipiuntur non ſub forma expreſſa pręcepti, ſed ſub verbis æquipollentibus pręcepto: & hæc tali de cauſa vocantur ęquipollentia. Denique Ordo noſter, vt patet ex declarationibus Summorum Pontificum, communiter ſentit, tenet, & tenuit ab antiquo, quòd vbicunque ponitur in Regula hoc vocabulum, teneantur, illud quod ibi pręcipitur, habet vim pręcepti, & obſeruari debet à fratribus ſicut tale. Quare quæcunque eiuſmodi habentur in Regula, vocari conſueuerunt pręcepti vim habentia. Et ita habemus omnes pręceptorum ſpecies, quibus ex Regula noſtra tenemur. Tractare modò reliquum eſt de præceptis ſingularum ſpecierum in indiuiduo.*

Margin notes (left): Gundiſaluus j. ij. & iij. cap. — Nicolaus in prima par. tractat. — Nicolaus vbi ſup. & Gundiſaluus. — Collector ex Declarat. Clemen. V. & Martini V.

Margin notes (right): Pręceptorum Regulę tres ſpecies proponuntur. — Tertia in tres alias diuiditur. — Quod præceptum vniuerſale deſignatur. — Quod generale & principale: — Cur generale dictum: — Cur principale. — Quod particulare: — Quotuplex. — Quod eminẽs. — Quod æquipollens. — Quod præcepti vim habẽs. — Et hę omnes in Regula noſtra præceptorum ſpecies.

De præceptis in indiuiduo, & primò de eminentibus. Cap. III.

Quæ propriè præcepta eminentia: Quid ab æquipollentibus differant: Quot ſint.

IN Regula noſtra igitur ſunt quædam, quæ ſub forma præcepti ſunt expreſſa, & eminentia: & illa propriè vocantur præcepta: aliàs nulla eſſet differentia inter præcepta, & æquipollentia: quę ideo dicuntur ęquipollentia, quòd non habeant expreſſam formam pręcepti, licèt aliqua ipſorum ponantur ſub forma imperatiui modi. De talibus autem Conditor poſuit nouem numero, quæ per Regulam ſunt diſperſa.

Gundiſaluus cap. 1. Nicolaus in prima parte. Collector cũ Gundiſaluo capit. 1.

Ex primo Regulę cap. primum:

PRIMVM eſt, quòd fratres obſeruẽt ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, uiuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

Quod etiam in quatuor diuidi conſueuit: Eminẽtia quoque ipſa.

Et hoc ipſum pręceptum à Maioribus noſtris in quatuor alia pręcepta diuidi conſueuit. Quorum licèt primum à nobis ſuperiùs vniuerſale fuerit appellatum, cùm de pręceptis in ſpecie loqueremur; reliqua uerò tria generalia & principalia dicta ſint: eminentia tamen etiam propter quandam eorum excellentiam, ob quam cęteris Regulę præceptis anteponenda ſunt, dici debent ſingula. Collector.

Ex ij. cap. ſecundum.

Secundum eſt, quòd fratribus poſt profeſſionem emiſſam, nullo modo liceat de iſta Religione exire.

Ex iiij. tertiũ.

Tertium eſt, quòd fratres nullo modo recipiant denarios uel pecuniam, per ſe uel per interpoſitam perſonam.

Ex vj. quartũ.

Quartum eſt, quòd fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locũ, nec aliquam rem.

Ex x. quintũ.

Quintum eſt, quòd fratres obediant ſuis Miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare, & non ſunt contraria animæ ſuæ, & Regulæ noſtræ.

Ex xj. ſextum.

Sextum eſt, quòd fratres non habeant ſuſpecta conſortia uel conſilia mulierum.

Septimum

Septimum eſt, quòd fratres non ingrediantur Monaſteria Monacharum: prȩter illos, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis. Ex eodem ſeptimum.

Octauum eſt, quòd fratres non fiant Compatres virorum vel mulierum: ne hac occaſione inter fratres, vel de fratribus ſcandalum oriatur. Ex eodem octauum.

Nonum eſt, quòd fratres petant à Domino Papa vnum de S. R. E. Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius fraternitatis. Ex xij. nonū.

De Æquipollentibus. Cap. IIII.

Gundiſaluus cap. ij.

Adhvc in Regula noſtra ſunt quȩdam alia, quȩ non ſunt prȩcepta formaliter, ſed tamen ſunt prȩceptis ȩquipollentia. Et de talibus ſunt in Regula numero duodecim: quæ Clemens Papa in Regulæ declaratione, ex ipſa Regula colligit, ponderat, ac numerat. Horum tranſgreſſio ſine dubio eſt mortalis: quia, ſi ex ſola nominatione prȩceptionis vel inhibitionis dicerentur prȩcepta, tota penè ſtatus, vel voti neceſſitas annullaretur. Quæ ȩquipollentia: Quot ſint iuxta Apoſtolicam enumeratiouē: Cur eorum trāſgreſſio mortalis.

Collector cū Gundiſaluo vbi ſupra.

Primvm ergo æquipollēs prȩcepto, ſequendo ipſam Regulæ ſeriem (aliàs enim poſtremum eſſet, iuxta Clementis enumerationem) eſt eorum omnium, quȩ ponuntur in Regula, ad formam habitus tam Nouitiorum, quàm etiā Profeſſorum; nec nō ad receptionis modum, ac profeſſionem ſpectantia: niſi recipientibus, quoad habitum Nouitiorum, ſicut dicit Regula capitulo 2. aliter ſecundùm Deum aliquādo videatur. Ex ij. Regulæ cap primum:

Collector.

Et hoc ipſum æquipollens illud eſt, quod Maiores noſtri in plura alia diſtinguere conſueuerunt: Quæ etiam à nobis enumerabuntur, cùm de omnibus præceptorum ſpeciebus ſimul iunctis paulò inferiùs loquemur, per ſingula Regulæ capita digredientes, In plura diſtingui ſolitum: A nobis etiā ſuo loco enumeranda.

atque in eorum ſingulis, ſingula qualiacunque præcepta deſignantes.

Ex eodem ca. ſecundum. Secundum autem æquipollens eſt, quòd fratres, qui iam promiſerunt obedientiam, habeant tantùm vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui uoluerint habere. Gundiſaluus; vbi ſup.

Ex eodem tertium. Tertium eſt, quòd fratres, niſi neceſſitate cogantur, non poſſint portare calciamenta.

Ex codẽ quartum. Quartum eſt, quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur.

Ex iij. capitu. quintum. Quintum eſt, quòd Clerici faciant diuinum officium ſecundùm ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: Laici verò dicant Pater noſter.

Ex eodem ſextum. Sextum eſt, quòd fratres ieiunent à feſto omnium Sanctorum, vſque ad Natiuitatem Domini: & etiam per totam Quadrageſimam, vſque ad Reſurrectionem.

Ex eodem ſeptimum. Septimum eſt, quòd fratres non debeant equitare, niſi manifeſta neceſſitate, vel infirmitate cogantur.

Ex iiij. octauũ. Octauum eſt, quòd pro neceſſitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, Miniſtri tãtùm & Cuſtodes ſolicitam curam gerant, ſecundùm loca & tempora & frigidas regiones.

Ex vj. nonum. Nonum eſt, quòd, ſi quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei ſeruire, ſicut vellent ſibi ſeruiri.

Ex ix. decimũ. Decimum eſt, quòd fratres non prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum.

Ex eodem vndecimum. Vndecimum eſt, quòd nullus fratrum populo audeat predicare, niſi à Generali Miniſtro huius fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo ſibi Officiũ prędicationis cõceſſum.

Duode-

Duodecimum eſt, quòd fratres, qui ſcirent & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos Miniſtros debeant, & poſſint recurrere. Ex x. duodecimum.

De præcepti vim habentibus. Cap. V.

SVNT etiam in Regula quædam, quæ non ſunt præcepta, nec præceptis æquipollentia, ſed tamen habent vim præcepti: vt vbicunque in Regula ponitur hoc vocabulum, teneatur, habet vim præcepti, & ſeruari debet a fratribus vt tale; quia transgreſſio eſt mortalis, ſecundùm quod dicit idem Clemens Papa in Regulæ declaratione. Et de talibus reperiuntur ſeptem numero. Vim præcepti habentia quæ: Et quot.

Gundiſaluus. PRIMVM eſt, quòd fratres teneantur fratri Franciſco, & eius Succeſſoribus obedire. Ex primo Regulę ca. primũ.

Secundum eſt, quòd fratres alijs temporibus; Ex iij. ſecundum. Collector cũ Gundiſaluo. *præterquàm ſcilicet à feſto omnium Sanctorum, vſque ad Natiuitatem Domini, & in Quadrageſima; quibus quidem temporibus quotidie nihilominus (exceptis Dominicis) ieiunandum eſt illis, prout præcedenti capite dicebatur:* non teneantur niſi ſexta feria; *Hoc eſt ſexta feria teneantur, alijs diebus non teneantur;* ieiunare, *Vnde patet, quòd ieiunia Regulæ partim æquipollent præcepto, partim habent vim præcepti: æquipollent præcepto à feſto omnium Sanctorum vſque ad Natiuitatem Domini, & per totam Quadrageſimam; habent vim præcepti quoad ſextas ferias aliorum temporum.*

Collector ex quatuor Magiſtris. *Animaduertendum eſt etiam, ſecundùm doctrinam quatuor Magiſtrorum, quòd licèt fratribus non præcipiatur in Regula ieiunare, niſi ſextis ferijs, vt ſupra; non tamen ob id eximũtur à ieiunijs quatuor temporum & Vigiliarum: ſicut enim (vt verbis vtar Magiſtrorum ipſorum) Religio fratrum Minorum non aufert mihi Chriſtianitatem, ſic nec tollit mihi ieiunium Chriſtianorum.*

Tertium eſt, quòd ſi qui fratrum, inſtigãte Inimico, mortaliter peccauerint; pro illis peccatis, Ex vij. tertium.

de

de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad ſolos Miniſtros Prouinciales: teneantur prædicti fratres ad eos recurrere quamcitiùs poterunt, ſine mora.

Ex viij. quartum.

Quartum eſt, quòd fratres vniuerſi vnum de fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrum & ſeruum totius fraternitatis.

Ex eodē quintum.

Quintum eſt, quòd fratres Miniſtro Generali teneantur firmiter obedire.

Ex eodē ſextū.

Sextum eſt, quòd Prouinciales Miniſtri ad Generale Capitulum teneantur ſemper inſimul conuenire.

Ex eodem ſeptimum.

Septimum eſt, quòd, ſi aliquo tempore appareret vniuerſitati Miniſtrorum Prouincialium & Cuſtodum, prædictum Miniſtrum Generalē non eſſe ſufficiētem ad ſeruitium, & communem vtilitatem fratrum; teneantur prædicti fratres, quibus electio data eſt, in nomine Domini, aliūm ſibi eligere in Cuſtodem.

De prædictis omnibus præceptorum ſpeciebus, hoc eſt de Eminentibus, Æquipollentibus, & vim præcepti habentibus ſimul iunctis. Cap. VI.

Eminentia, æquipollentia, & vim habētia cōmuniter præcepta dicūtur: Et verè ſunt:

Collector.

LICET propriè, vt ſupra ſæpiùs dictum eſt, præceptorum nomine ſola eminentia intelligantur; communiùs tamen loquendo, etiam æquipollentia, & vim præcepti habentia, præcepta dici poßunt: & verè pręcepta ſunt, quatenus ipſorum quoque obſeruantia eſt neceßaria, & tranſgreßio eſt mortalis, omnesq; obligant, ac neminem excludunt.

Ideo à Maioribus aliquando ſimul iuncta:

Eam ob rem Maiores noſtri pręcepta Regulę deſignantes aliquando, omnes præceptorum ſpecies ſimul iunxerunt; & pręcepti nomine ea omnia in-

telligentes, quorum obſeruantia eſt neceſſaria quouis modo, & tranſgreſſio eſt mortalis: ex ſingulis Regulæ capitibus ſingula, quę in eis habentur, talia præcepta, enumerare conſueuerunt. Id ipſum igitur & nos hoc loco agere decreuimus: vt poſt eminentium, ęquiualentium, & vim habentium diſtinctionem, omnium etiam ſimul iunctorum quædam quaſi ſynopſis vnico intuitu ab omnibus videatur. Animaduertendum eſt igitur, quòd Regula noſtra duodecim capitula habet, ad ſimilitudinem duodecim Apoſtolorum: & in his habet trigintatria præcepta, ad ſimilitudinem annorum Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Et ſimul enumerata.

Hoc nos nũc agimus,

Singulorũ Regulæ capitum ſingula deſignãtes pręcepta: Numero trigintatria.

Nicolaus parte 2.

Primum Capitulum habet quinque præcepta.

Idem vbi ſup.

1 QVòd fratres obſeruent ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti. — Primum Vniuerſale eminens.

2 Quòd fratres viuant in obedientia Regulæ, & Prælatorum ſuorum. — ij. Generale, & principale eminens.

3 Quòd fratres viuant in paupertate, in ſpeciali, & in communi. — iij. Generale & principale eminens.

4 Quòd fratres obſeruent caſtitatem mẽtalem, & corporalem. — iiij. Generale & principale eminens.

5 Quòd fratres obediant Sedi Apoſtolicæ, & Generali Miniſtro. — v. Particulare vim habens.

Secundum Capitulum habet nouem præcepta.

Idem vbi ſup.

1 QVòd fratres non recipiant ſęculares ad Ordinem, abſque licentia Miniſtrorum. — vj. Particulare ęquipollens.

2 Quòd Miniſtri examinent eos de fide catholica, & Eccleſiaſticis Sacramentis. — vij. Particulare ęquipollẽs.

3 Quòd Miniſtri dicant eis, quòd vadant & vendant omnia ſua bona, & dent pauperibus. — viij. Particulare æquipollẽs.

4 Quòd

ix. Particulare æquipollẽs. 4 Quod fratres & Miniſtri non ſe intromittant in res eorum temporales.

x. Particulare æquipollens. 5 Quòd fratres, poſt prædicta, cõcedant eis pannos probationis.

xj. Partim æquipollens particulare, partim eminens. 6 Quòd Nouitij, finito anno probationis, profeſſionem emittant: & poſt eam nullo modo de iſta Religione poſſint exire.

xij. Particulare æquipollẽs. 7 Quòd fratres profeſſi non portent plus quàm duas tunicas, abſque neceſſitate, & licentia Prælatorum.

xiij. Particulare æquipollẽs. 8 Quòd fratres non portent calciamenta, abſque neceſſitate, & licentia Prælatorum.

xiiij. Particulare æquipollens. 9 Quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur.

Tertium Capitulum habet tria præcepta.

xv. Particulare æquipollẽs. 1 QVòD Clerici faciant diuinum officium ſecundùm ordinem Sanctæ Romanę Eccleſiæ, & Laici dicant Pater noſter. Idem vbi ſup.

xvj. Partim æquipollens particulare, partim vim habẽs. 2 Quòd fratres ieiunent à feſto omnium Sanctorum, vſque ad Natiuitatem Domini: & per totam Quadrageſimam, uſque ad Reſurrectionem: & ſextis etiam quibuſque ferijs.

xvij. Particulare æquipollẽs. 3 Quòd fratres non equitent, niſi manifeſta neceſſitate uel infirmitate cogantur.

Quartum Capitulum habet duo præcepta.

xviij. Particulare eminens. 1 QVòD fratres nõ recipiant denarios uel pecuniam, per ſe vel per interpoſitam perſonam. Idem vbi ſup.

2 Quòd

2 Quòd Miniſtri & Cuſtodes ſolicitam curam gerant de infirmis, & veſtimentis fratrum. xix Particulare æquipollēs.

Idem vbi ſup. QVINTVM *Capitulum nullum videtur habere præceptum, ſed conſilia tantum habet: & id quod dicitur:* De mercede verò laboris, pro ſe & ſuis fratribus, corporis neceſſaria recipiant, præter denarios vel pecuniam: *Eſt potiùs præceptum quarti capituli, quàm huius quinti, in quo de ea re incidenter dicitur.*

Sextum Capitulũ habet duo præcepta.

Idem vbi ſup. 1 QVÒD fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem. xx. Particulare eminens.

2 Quòd fratres ſeruiant fratribus infirmis, ſicut vellent ſibi ſeruiri. xxj. Particulare æquipollēs.

Septimum Capitulum habet vnum præceptum.

Idem vbi ſup. 1 QVÒD, ſi quis fratrum peccabit in caſibus Miniſtri, ad ipſum quàm citiùs poterit recurrat, ut abſoluatur. xxij Particulare vim habens.

Octauum Capitulum habet tria præcepta.

Idem vbi ſup. 1 QVÒD fratres omnes teneantur habere vnum de fratribus iſtius Religionis Generalem Miniſtrum & ſeruũ totius fraternitatis: & ei teneantur firmiter obedire. xxiij Particulare vim habēs duplex, nã bis habet verbum, teneantur.

2 Quòd Prouinciales Miniſtri teneantur ſemper inſimul conuenire ad Capitulum Pentecoſtes, vbicunque à Generali Miniſtro fuerit conſtitutum. xxiiij. Particulare vim habēs.

xxv. Particulare vim habens. 3 Quòd, ſi Generalis Miniſter non ſit ſufficiens, Miniſtri & Cuſtodes aliū ſibi eligere teneātur.

Nonum Capitulū habet duo præcepta.

xxvj. Particulare æquipollens. 1 QVòD fratres non prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum. Idem vbi ſup.

xxvij. Particulare æquipollens. 2 Quòd fratres non prædicent, niſi fuerint examinati, & approbati, & ad hoc inſtituti.

Decimum Capitulum habet duo præcepta.

xxviij. Particulare eminens. 1 QVòD fratres obediant ſuis Prælatis in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare, & non ſunt contraria animæ ſuæ, & Regulę noſtræ. Idem vbi ſup.

xxix. Particulare æquipollens. 2 Quòd fratres, ſi fuerint in aliquo loco, vbi non poſsint Regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos Miniſtros recurrant: & illi ſibi prouideāt.

Vndecimum Capitulum habet tria præcepta.

xxx. Particulare eminens. 1 QVòD fratres non habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum. Idem vbi ſup.

xxxj. Particulare eminens. 2 Quòd fratres non ingrediantur Monaſteria Monacharum.

xxxij. Particulare eminens. 3 Quòd fratres non fiant Compatres virorum vel mulierum.

Duode-

Duodecimum Capitulum habet vnum præceptum.

Idem vbi ſup. 1 QVÒD Miniſtri petant à Domino Papa vnum de S. R. E. Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius fraternitatis. xxxiij. Particulare eminens.

De admonitionibus ad bonum inducentibus. Cap. VII.

Gundiſaluus cap. iiij. *IN Regula quoque ſunt quædam paternę & ſuaues admonitiones, ſiue quædam virtutum ſalutares informationes, quę docent fratres bonum facere, & non cadunt ſub præcepto, nec obligant ad mortale: ſed ipſe glorioſus Pater ſanctus Franciſcus vult, quòd fratres habeant eas in honorem & reuerentiam, & pro ſalutaribus ornamentis, & conentur eas pro poſſe obſeruare, quæ non tantùm religioſarum, ſed etiam ſæcularium perſonarum ſtatum dignificant & decorant. Et ſunt numero duodecim.* Paternę admonitiones ſunt in Regula, ad bonum inducẽtes, non obligantes ad mortale: ſed tamen obſeruandæ: Numero duodecim.

PRIMA eſt. Conſulo moneo & exhortor fratres meos in Domino Ieſu Chriſto, vt quando vadunt per mundũ, ſint mites, pacifici & modeſti, manſueti & humiles, honeſtè loquẽtes &c. Ex iij. Regulæ cap. prima.

Secunda eſt. In quamcunque domum intrauerint, primùm dicant. Pax huic domui. Ex eodem ſecunda.

Tertia eſt. Fratres illi, quibus dedit Dominus gratiam laborandi, laborent fideliter & deuotè, &c. Ex v. tertia.

Quarta eſt. Nec oportet eos verecũdari: quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo. Ex vj. quarta.

Ex codē quinta.

Quinta eſt nobilis illa admonitio. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ uos chariſſimos fratres meos, hæredes & Reges Regni Cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, uirtutibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram uiuentium. Cui, dilectiſſimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud, pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, in perpetuum ſub Cœlo habere velitis.

Ex eodem ſexta.

Sexta eſt. Et ubicunque ſunt & ſe inuenerint fratres, oſtendant ſe domeſticos inuicem inter ſe, & ſecurè manifeſtet unus alteri neceſſitatem ſuam.

Ex vij. ſeptima.

Septima eſt: Ipſi uerò Miniſtri, ſi Presbyteri ſunt, cum miſericordia iniungant illis pœnitentiam, &c.

Ex ix. octaua.

Octaua eſt. Moneo & exhortor eoſdem fratres, ut in prædicatione quam faciunt, ſint examinata, & caſta eorum eloquia, &c.

Ex x. nona.

Nona eſt. Fratres, qui ſunt Miniſtri & ſerui aliorum fratrum, uiſitent & moneant fratres ſuos, &c.

Ex eodem decima.

Decima eſt. Fratres, qui ſunt ſubditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerunt proprias uoluntates.

Ex eodem vndecima.

Vndecima eſt. Miniſtri uerò charitatiuè, & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipſos, ut dicere poſſint eis, & facere, ſicut Domini ſeruis ſuis, &c.

Ex eodē duodecima.

Duodecima eſt. Attendant, quod ſuper omnia deſiderare debent, habere ſpiritum Domini, & ſanctam eius operationem, &c.

De

De admonitionibus à malo retrahentibus. Cap. VIII.

Gundiſaluus cap.v.

PRAETEREA *in Regula ſunt quędam admonitiones, quę docent fratres malum fugere, & peccatum præcauere. Eæ ſunt ſex.* Admonitiones à malo retrahentes numero ſex.

PRIMA eſt. Caueant fratres, & eorum Miniſtri, ne ſoliciti ſint de rebus temporalibus intrantium. Ex ij. Regulę cap. prima.

Secũda eſt. Moneo fratres meos, & exhortor, ne deſpiciant neq; iudicent homines, quos viderint mollibus veſtimẽtis & coloratis indutos, &c. Ex eodem ſecunda.

Tertia eſt. Conſulo verò moneo & exhortor fratres meos, in Domino Ieſu Chriſto, vt, quãdo vadunt per mundum, non litigent, neque contendant uerbis, nec alios iudicent. Ex iij. tertia.

Quarta eſt. Et cauere debent, ne iraſcantur & conturbentur propter peccatum alicuius, &c. Ex vij. quarta.

Quinta eſt. Moneo verò, & exhortor in Domino Ieſu Chriſto, vt caueant fratres ab omni ſuperbia, uanagloria, inuidia, auaritia, cura & ſolicitudine huius ſæculi, detractione, & murmuratione. Ex x. quinta.

Sexta eſt. Et non curent neſcientes literas, literas diſcere. Ex eodem ſexta.

De libertatibus Regulæ. Cap. IX.

Gundiſaluus cap.vj.

SVNT *alia quædam in Regula, quæ dici poßunt libertates Regulæ, vel voluntatis noſtræ, quæ nullum grauant, nullum obligant ad culpam: quæ licitè poſſunt fieri, & licitè poſſunt dimitti. Et ſunt numero ſex.* Libertates Regulæ, numero ſex.

Ex ij. Regulæ cap. prima.

PRima eſt. Et poſſint ea repeciare de ſaccis, & alijs pecijs cum benedictione Dei.

Ex iij. ſecũda.

Secunda eſt. Sanctam uerò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphania, uſq; ad cõtinuos quadraginta dies, quã Dominus ſuo ſancto ieiunio cõſecrauit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti ſint à Domino: & qui nolunt, non ſint aſtricti.

Ex eodem tertia.

Tertia eſt. Tempore uerò manifeſtæ neceſſitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali.

Ex codẽ quarta.

Quarta eſt. De omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.

Ex viij, quinta.

Quinta eſt. Miniſtri verò & Cuſtodes, poſt Capitulum Pentecoſtes, poſsint ſinguli, ſi uoluerint, & eis expedire uidebitur, eodem anno in ſuis Cuſtodijs, ſemel fratres ſuos ad Capitulum conuocare.

Ex xij. ſexta.

Sexta eſt. Quicunque fratrum, diuina inſpiratione, uoluerint ire inter Saracenos, & alios infideles, poſsint.

Sed hìc notãdum eſt, quòd ſequitur prçceptũ affirmatiuũ, ſcilicet.
Petãt inde licentiã a ſuis Miniſtris Prouincialib.
Et ſequitur aliud præceptum Miniſtris negatiuum, videlicet.
Miniſtri uerò nullis eundi licentiam tribuant, niſi eis, quos uiderint eſſe idoneos ad mittendum.

De conditionibus recipientium ad Ordinem. Cap. X.

Conditiones recipientium, ſunt ſex.

CONDITIONES etiam in Regula deſcribuntur, ab illis ſeruandæ, qui Nouitios recepturi ſunt ad Ordinem. Et ſunt ſex.

Gundiſaluus cap. vij.

PRIMA eſt. Si qui uoluerint hanc uitam accipere, & uenerint ad fratres noſtros, mittant eos ad ſuos Miniſtros Prouinciales. Ex ij. Regulæ cap. prima.

Secunda eſt. Miniſtri uerò diligenter examinent eos de fide catholica, & de Eccleſiaſticis Sacramentis. Ex eodem ſecunda.

Tertia eſt. Dicant illis uerbum Sancti Euangelij, quòd vadant & uendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare. Ex eodem tertia.

Quarta eſt. Si tamen conſilium requiratur, licentiam habeant Miniſtri, mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Ex eodẽ quarta.

Quinta eſt. Poſtea concedant eis pannos probationis, uidelicet duas tunicas ſine caputio, &c. Ex eodẽ quinta.

Sexta eſt. Finito uerò anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes, uitam iſtam ſemper, & Regulam obſeruare. Ex eodem ſexta.

De conditionibus recipiendorum ad Ordinem. Cap. XI.

Gundiſaluus ubi ſup.

QUAEDAM *alia ſunt in Regula, quæ ſunt conditiones ingredientium Ordinem, quæ non tranſeunt ad alios profeſſos. Et de talibus reperiuntur numero ſex.* Conditiones recipiẽdorum, num. ſex.

PRIMA eſt. Si hæc omnia credant, & uelint ea fideliter confiteri, & uſque in finem firmiter obſeruare. Ex ij. Regulæ cap. prima.

Secunda eſt. Et Vxores non habent. Ex eodẽ ſcđa.

Tertia eſt. Vel, ſi habent, & iam Monaſterium intrauerint uxores, uel licentiam eis dederint, auctoritate Diœceſani Epiſcopi, uoto continentiæ iam emiſſo. Ex eodem tertia.

Quarta

Ex codẽ quarta. Quarta eſt. Et illius ſint ætatis uxores, quòd non poſsit de eis oriri ſuſpicio.

Ex codẽ quinta. Quinta eſt. Quod ſi facere non potuerint (*Ire ſcilicet & vendere omnia ſua, & ea pauperibus erogare*) ſufficit eis bona uoluntas.

Ex codem ſexta. Sexta eſt. Liberè faciant de rebus ſuis quicquid Dominus inſpirauerit eis.

De quibuſdam generalibus, huic doctrinę neceſſarijs. Cap. XII.

Si alia in Regula; ad prędicta redigũtur, Collector.

Prædicta verò omnia expoſitionib. Sum. Pont. & interpretationib. Reg. ſunt cõformia:

Quod nos curioſè curauimus:

Et ob id tali methodo vti, coacti ſumus:

Quod, vt ęqui boniq; cõſulatur, optamus.

Monentes, vt dictorum ratio, & ſenſus ex

SVNT quidem alia aliqua in Regula noſtra, præter prædicta, hinc inde diſperſa, eaq; à fratribus minimè contemnenda: Tamen omnia ad aliquod prædictorum redigi poſſe, patet. Quæcunque autem hactenus de præceptis in genere, in ſpecie, in indiuiduo; de eminentibus, æquipollentibus, vim habentibus; de omnibus & ſingulis ſimul iunctis; de admonitionibus; de libertatibus Regulæ; de conditionibus denique tam recipientium, quàm recipiendorum, dicta ſunt; ea omnia expoſitionibus ſummorum Pontificum, & receptis veterum Patrum interpretationibus ſunt conformia. Vnum enim in id nos ipſi, toto tractationis decurſu, omne ſtudium noſtrum, omnemq́; diligentiam contulimus, vt ſcilicet hoc ipſum Opuſculum prædictis expoſitionibus, atque interpretationibus vndequaq; reſponderet. Imò eam ipſam ob rem tali methodo ſumus vſi, vt aliquando Gundiſaluum loquentem faceremus; aliquando Nicolaum; aliquando Gundiſaluum cum Nicolao; aliquando Nicolaum cum Gundiſaluo; aliquando vtrumque. Nos ipſi ſæpius cum eorum altero loquuti ſumus; cum vtroque; cum neutro. Quædam addidimus: quædam dempſimus: non nulla mutauimus: aliqua tranſtulimus. Quæ omnia libenter hoc loco dicimus, & ſponte nos ipſi fatemur, tacitis occurrentes obiectionibus: ne quis ſtyli, quo ſumus vſi, aut varietate offendatur, aut etiam aliquando barbarie. Si quis igitur præceptorum conſiliorumve, aut aliorum ſuperiùs à nobis deſignatorum, vel rationem noſſe optauerit,

uerit, vel ſenſum eius, vt declarationes, atque interpretationes prædictas conſulat, admonemus: ex quibus ea omnia pleniùs, quæ voluerit ſcire, habere poterit. Eoq; id magis, quòd Regulæ præcepta & conſilia, ſummatim ſolùm, vt hîc habentur, noſſe, minimè ſufficiat: ſed eorum quoque rectum ſenſum à ſummis Pontificibus, veteribusq; ac probatis Ordinis Patribus habere ſit neceſſe. Vt autem vnicuique patere poſſit, quò ſibi confugiendum ſit, ad tales præceptorum conſiliorumq; Regulæ, ac aliorum omnium ſuperiùs enumeratorum, ſenſus habendos; ea ipſa ſcripta, quibus nos & frequenter vtimur ad noſtram eruditionem, & in hoc conficiendo Opuſculo ſumus vſi, indicabimus.

ipſis fontibus hauriatur: Neceſſarium id etenim: Et ob id duplex additus Elenchus:

Ea autem ſunt.

Pōtificiarum declarationum alter:

1 DECLARATIO Gregorij Papæ IX. quæ incipit. Quò elongati à ſæculo &c.

2 Declaratio Innocentij Papæ IIII. quæ incipit. Ordinem veſtrum &c.

3 Declaratio Gregorij Papæ X. quæ incipit. Voluntariæ paupertati &c.

4 Declaratio Nicolai Papæ III. quæ incipit. Exijt qui ſeminat &c.

5 Declaratio Clementis Papæ V. quæ incipit. Exiui de Paradiſo &c.

6 Declaratio Ioannis Papæ XXII. quæ incipit. Quorundam exigit &c.

7 Declarationes denique, & Conſtitutiones Martini Papæ V.

Item.

Alter Paternarum traditionum,

1 EXPOSITIO quatuor Magiſtrorum ſuper Regulam, hoc eſt Alexandri de Hales, Ioannis de Rupella, Roberti de Baſcia, & Richardi.

2 Expoſitio Doctoris Seraphici Sancti Patris Bonauenturæ.

3 Expoſitio Fratris Hugonis de Dina, de Prouincia Prouinciæ.

4 Expoſitio Magiſtri Ioannis de Pechano, Archiepiſcopi Cantuarienſis.

5 Expoſitio, ſeu Compilatio Fratris Bartholomei de Piſis.

6 Expoſitio quorundam notabilium Patrum Ordinis, quæ habetur in Firmamento Tri. Ord.

7 Tractatus deniq; Fratris Gundiſalui & Fratris Nicolai de Auſimo, de contentis in Regula: quorum alter habetur in Firmamento trium Ordinum, parte iiij. alterum in antiquis manuſcriptis membranis Ordinis, licuit videre.

Dominus det nobis cor ad legem vitæ, & diſciplinæ. Amen.

FINIS.

ADDITA

ADDITA.
Lectori S.

VT quæ ſine fructu uacaſſent pageſ- læ, utiliter complerentur, ad pauca aliqua addenda, ſumus adducti, quæ nobilem, arctamq; conditionem eius, quod profitemur, Inſtituti, patefacient, & ad contentorum in Regula, quæ ſuperiùs enumerata ſunt, obſeruantiam excitabunt.

Quomodo zelaret Regulam ſuam Beatus Pater Franciſcus. ex Firmamento Tri. Or. par. pri. fol. xvij.

BEATVS Franciſcus communem profeſſionem, & Regulam ardentiſſimè zelans, volebat, quòd ſemper apud ſe fratres haberent Regulam: & qui circa illam erant zelotes, ſingulari benedictione eos benedicebat: hanc enim ſingulariter ſuis fratribus dicebat eſſe, librum vitæ, ſpem ſalutis, medullam Euangelij, viam ſalutis, clauem Paradiſi, pactum æterni fœderis. Hinc volebat ab omnibus ſciri, & in alleuatione tædij, & memoria præſtiti iuramenti, cum interiori homine confabulari. Docuit eam ſemper, cum intentione agendæ vitæ, portari præ oculis, &, quod plus eſt, cum ipſa debere mori.

Quomodo Fratres ſuos hortaretur ad Regulæ obſeruantiam. Indidem.

HÆC autem, quæ ſequuntur, fratribus dicere ſolitus erat Beatiſſimus Pater. O dilectiſſimi Fratres, & in

æternum benedicti filij, audite me, audite vocem Patris veſtri. Magna promiſimus; maiora promiſſa ſunt nobis: ſeruemus hæc; ſuſpiremus ad illa: voluptas breuis; pœna perpetua: modica paſſio; Gloria infinita: multorum vocatio; paucorum electio; omnium retributio. Amen.

Quomodo tranſgreſſoribus Regulæ malediceret, Et benediceret obſeruatoribus. Indidem.

PRAETEREA Pater ſanctiſſimus contra eos, qui in hoc Ordine ſuo aliquam proprietatem, vel pecuniæ receptionem, ſeu aliud contra Regulæ puritatem inducunt; & qui hunc ordinem, quem præcipuè decorat paupertatis profeſſio, terrenarum rerum puluere præſumpſerint maculare; & maximè qui alios ſuis malis exemplis ſcandalizant, & Ordinē relaxant; maledictionem Dei, & ſuam terribiliter imprecando, aliquando dicebat. A te ſanctiſſime Pater, & à tota Celeſti Curia, & à me pauperculo ſint maledicti, qui ſuo malo exemplo confundunt, & deſtruunt quod per ſanctos fratres huius Ordinis ędificaſti, & ædificare nō ceſſas. Cumq; animarū ſalutem feruida æmulatione zelaret, ſuauiſſimis dicebat ſe repleri odoribus, & quaſi vnguento pretioſo liniri, cùm ſanctorum fratrum, per Orbem diſtantium, odorifera fama, multos audiret, ad viam veritatis induci: Et ex talium auditu exultabat in ſpiritu: ac benedictionibus, omni acceptione digniſſimis, fratres illos accumulabat, qui verbo, & opere ad Chriſti amorem inducerent peccatores.

SEQVVNTVR STATVTA, CONSTITVTIONES, ET DECRETA Generalia.

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

NOS Frater Bonauentura Calatayeronenſis, totius Ordinis Sancti Franciſci Generalis Miniſter &c.

Ad Dei Omnipotentis, Beatæ Mariæ ſemper Virginis, ac magni Patris noſtri Sancti Franciſci laudem & gloriam, hæc pro conformandis moribus, & reſtituenda regularis vitæ diſciplina, qua vniuerſam hanc familiam, curæ ac vigilantiæ noſtræ concreditam, & chriſtianis virtutibus, & regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis, totis in CHRISTO *viſceribus, prælucere, magnopere quidem cupimus; tum à Maioribus noſtris accepta, tum frequenti Generali Capitulo Valliſoletano propoſita; communi Patrum conſilio, & vnanimi conſenſu, maturè approbamus, ac piè decernimus & ſancimus.*

PROOEMIUM.

Statuta vbi fũdentur: vnde pendeant: cui innitantur.

CVm omnia Ordinis Statuta, Ordinationes, Conſtitutiones, & Decreta, in Regula fundentur, ex eius auctoritate fiant, eiq́; innitantur, & inniti debeant; propterea de ipſius excellentia & eminentia præ cęteris, ac item de perfectione eius, quod ſanctè profitemur inſtituti, hic eſſet primò dicendum: ſed quia de ijs omnibus & copiosè quidem, & ſatis luculenter aliàs pertractatur, idcirco, hæc omiſſa facientes, ad illa properamus.

Extrau. Sum. Pont.Greg.IX. Quò elongati à ſæculo &c.In noc.IIII.Ordinem veſtrũ&c. Greg.X.Voluntariæ pauperta ti &c. Nic. III. Exijt qui ſemi nat &c. Clem. V.Exiui de Paradiſo &c. Item expoſit. Regulæ quat. Mag.aliorumq́; veterum Patrum. Et Cõſt. Salmant. c. 1. Et Valliſolet. 1593.

De Inſtituto Sancti Franciſci.

Regula & vita Fratrum Minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate &c.

Norma viuendi à Beato Frãciſco electa.

INSIGNIS Chriſti ſectator, & fidelis Dei ſeruus Beatus Franciſcus, inclytus Ordinis fundator & rector, condens eam Regulam, quæ & cęleſtis diſciplinæ ſemitam parat ad vitam, & fœlicitatis æternę aditum pãdit ad gloriam, Euangelicam viuendi normam, quam ex Euangelio altè didicerat, diuinitus excitatus elegit, ſibiq́;, ac Regulæ ſuæ profeſſoribus perpetuò ſeruandam propoſuit. Dum enim vna dierum inter Miſſarum ſolemnia legeretur Euãgelium illud, in quo diſcipulis ad prædicandum miſſis, Euangelica norma in viuendo præſcribitur; ne videlicet poſſiderent aurum vel argentum, nec in zonis pecuniam, nec peram deferrent in via, nec duas tunicas haberent, nec calceamenta, nec virgam: mox in eiuſmodi verborum auditu, tanta eum virtute Spiritus Chriſti perunxit & induit, vt in formam viuendi præfatam, non ſolùm notitia & affectu, verùm etiam vita & habitu transformaret. Illicò enim calceamenta depoſuit, reiecit baculum, peram & pecuniam abdica-

Ex Valliſolet. 1593.

Ex D.Bonau.

Mat.cap.x.

abdicauit, vnaq; contentus tunica, dimiſſa corrigia, pro cingulo funem ſumpſit, omnem ſolicitudinem cordis apponens, qualiter audita perficeret, & Apoſtolicæ rectitudinis Regulæ ſeipſum per omnia coaptaret.

De obedientia, quæ Sanctiſſimo Romano Pontifici, cæteriſq; Prælatis, ac Superioribus debetur.

Regula cap. j.

Frater Franciſcus promittit obedientiam & reuerentiam Domino Papæ Honorio, ac Succeſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ &c.

Ex D. Cipria. ſer. de patientia. Et ex Valliſolet. 1593.

Ex D. Cipria. vbi ſup. Et ex D. Bernar. in Matth.

Ex D. Bernar. vbi ſup.

Ad Hebr. capit. xiij. Et pri. Reg. cap. xv.

Regula cap. j.

OBEDIENTIAM verò, quam magiſterijs cęleſtibus didicerat, Romano Pontifici, Chriſti ſummo in terris Vicario, & exhibuit ipſe, & ab alijs omnibus ſui Ordinis profeſſoribus exhibendam docuit, & præcepit. Diligenda ſanè res homini, quæ Deo cara eſt. Obedientia Deo cara. Familiaris ſiquidem, & amica ſaluti obedientia eſt. Eſt enim nobis cum Chriſto virtus iſta communis. Inde obedientia incipit, inde claritas eius & dignitas caput ſumit. Nam & ipſum nomen IESV, quod eſt ſuper omne nomen, & in quo omne genuflectitur, obedientiæ remuneratio eſt. Vnde & vitæ quoque ipſe Saluator hanc virtutem prætulit, eligens magis animam ponere, quàm obedientiam non implere. Nobis itaque obedientia neceſſaria eſt ad ſalutem: propterea enim tam frequenter Scripturæ proclamant. *Obedite Prępoſitis veſtris in Domino. Melior eſt obedientia, quàm victimæ &c.* Quia verò cui exhibetur obedientia, & reuerentia debetur, idcirco duo hæc in Regula ſimul copulantur, & dicitur. *Frater Franciſcus promittit obedientiam & reuerentiam Domino Papæ Honorio.*

Obedientiam in primis docuit, & præcepit Beatus Pater Franciſcus.

Eius excellentię plures.

Obedientię reuerentia iuncta: & cur.

Summo itaque Romano Pontifici nobis vel in primis obediendum eſt, & reuerentia exhibenda: deinde Generali Miniſtro & eius Succeſſoribus, cęteriſq; legitimis Superio-

Quibus exhibenda à fratribus obedientia, & reuerentia.

perioribus, fratres omnes obedire tenentur: Nam propterea ſequitur. *Et alij fratres teneantur Fratri Franciſco, & eius Succeſſoribus obedire.* Regula cap. j.

Ab obediẽtia in Statutis initium ſumitur.

Ab obedientia itaque initium ſumentes, & ab ea quidẽ, quæ ſumma certè ſummo debetur Sanctiſſimo Romano Pontifici, illud quod à Maioribus noſtris notatu dignum accepimus; nempe quòd omnes fratres, vt dignum ac iuſtum eſt, Sanctiſſimo Domino Papæ, ac ſacroſanctę Sedi Apoſtolicæ, humilem reuerentiam, ſummum honorem, ac firmiſſimam obedientiam & fidelitatem exhibere debent; innouantes: conſultò ac maturè decernimus & ſancimus, quòd ſi quis fratrum ore blaſphemo, aut impudenter, vel minùs reuerenter de perſona Summi Pontificis, vel ſumma eius dignitate & maieſtate in terris ſuprema, vel de Apoſtolicis Conſtitutionibus, Decretis, aut Sanctionibus obloqui temere auſerit; & de eo legitimè conſtiterit: trimeſtri carceris pœna, vel alia grauiori etiam, Superiorum arbitratu, omnino puniatur: ita vt iuxta menſuram delicti ſit & plagarum modus.

De Sũmo Pontifice irreuerenter loqui, nefas: — Ex Salmant. cap. j.

Et de S. R. E. Cardinalibus: — Ex Valliſolet. 1593.

Quia verò idem Beatiſſimus Pater noſter Sanctus Franciſcus Presbyteros monuit prę cunctis reuereri; quod ętſi de omnibus Sacerdotibus intelligi poſſit & debeat, quibus certè ob eximiam ac reuerendam Sacerdotij dignitatem, magna debetur ab omnibus reuerentia: ſpecialiùs tamen de ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus intelligendum eſt: propterea ſtatuimus & ordinamus, vt quicũque de eiſdem, aut eorum dignitate vel perſona, in genere vel in ſpecie; & præſertim de Illuſtriſſimo ac Reuerẽdiſſimo Domino Protectore; impudenter, vel temere ora relaxauerit, carceribus mancipetur, vel grauiùs etiam pro grauitate delicti puniatur, Superiorum arbitratu.

Et de Epiſcopis, alijsq; Prælatis. — Ex eiſdem.

Qui de Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis oblocutus fuerit, ita vt populo ſcandalo ſit, is Superioris arbitrio grauiter arceatur, pro qualitate delicti.

Generalibus obediendum. — Ex Salmant. cap. xij.

Qui Generali Miniſtro, aut Commiſſario item generali non obedierit, trimeſtri carceris pœna, vel grauiùs etiam puniatur, pro eorum arbitrio.

Rebelles, & irreuerentes in Generales puniendi. — Ex Valliſolet. 1593.

Qui verò eiſdem rebellauerit, aut verbis iniurioſis vel irreuerentibus, illos aut eorum alterum publicè affecerit, is quocunque ſuffragiorum iure ſexennio careat, ac ſemeſtri

carceris

carceris pœna, vel grauiori etiam, pro qualitate delicti, puniatur.

Ex Roman. 1575. & ex Vallisolet. 1593. — Et in Prouinciales:

Qui in Prouincialem Miniſtrum vel Commiſſarium crimina eiuſmodi admiſerit, & carceris pœna, & ſuffragiorum priuatione puniatur, Generalis arbitratu.

Ex eiſdem. — Et in Guardianos, Vicarios, ac Patres.

Qui verò in Guardianum, vel Vicarium, aut quempiam grauiorem Patrem, vt ſupra deliquerit, Prouincialis arbitratu puniatur, pro delicti qualitate.

Ex Valliſolet. 1593. — Pœnitẽtia, per Superiores locales impoſita, ſubeunda.

Qui autem pœnitentiam per Locorum Superiores ſibi impoſitam & iniunctam, agere vel ſubire renuerit, de Diſcretorum conſilio, & aſſenſu, etiam trina monitione non præmiſſa, carceri mancipetur, prout opportuniùs videbitur.

Ex Conſtit. Gregor. XIII. Quoniam noſtro Paſtorali &c. — Commiſſarijs à Generalibus miſſis, parendum.

Auctoritate Apoſtolica etiam cauetur, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, à qua, præterquàm in mortis articulo, abſolui non poteſt, niſi à Romano Pontifice; nec non ſub priuationis perpetuæ Omnium Officiorum Ordinis, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcunque in poſterùm obtinenda; vocisq́; tam actiuę, quàm paſſiuę eò ipsò incurrendis pœnis: ne quis Prouincialis, aut Guardianus, vel cuiuſcunque alterius gradus religioſus, aut religioſa noſtri Ordinis, Commiſſarijs, à Generali Miniſtro ad viſitandas Prouincias miſſis, reſiſtere, nec eis ſe opponere, aut contradicere, ſeu ſe rebellem exhibere, ipſos quacunque de cauſa, vel quæſito colore non recipiendo, audeat vel præſumat.

De ſæcularibus ad probationis habitum admittendis.

Regula c. ij.

Si qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad fratres noſtros, mittant eos ad ſuos Miniſtros Prouinciales: quibus ſolummodo, & non alijs, recipiendi fratres licentia concedatur. Miniſtri verò diligenter examinent eos de fide catholica, & de

Eccleſiaſticis Sacramentis. Et, ſi hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & vſque in finem firmiter obſeruare; & vxores non habent; vel, ſi habent, & iam Monaſterium intrauerint vxores, vel licentiam eis dederint auctoritate Diœceſani Epiſcopi, voto continentiæ iam emiſſo; & illius ſint ætatis vxores, quòd non poſſit de eis oriri ſuſpicio: dicant illis verbum ſancti Euangelij, quòd vadant & vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare. Quod ſi facere non potuerint, ſufficit eis bona voluntas. Et caueant fratres & eorum Miniſtri, ne ſoliciti ſint de rebus ſuis temporalibus, vt liberè faciãt de rebus ſuis quicquid Dominus inſpirauerit eis. Si tamen conſilium requiratur, licētiam habeant Miniſtri, mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Poſtea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas ſine caputio, & cingulum, & brachas, & caparonem vſque ad cingulum, niſi eiſdem Miniſtris aliud ſecundùm Deum, aliquando videatur &c.

Recipiēdi ad Ordinem quomodo examinandi:

QVI piæ deuotionis affectu, in Religionem noſtram recipi optarint, ij vel in primis diligenter examinandi ſunt, an ſint fideles, catholici, de nullo errore ſuſpecti, — Ex Salmant. c.ij & ex Valliſolet. 1565.

ſpecti, Matrimonio non ligati, corpore ſani, animo prompti, legitimè nati, debitis expediti, conditione liberi, ætatis ad minus ſextidecimi anni completi, nulla vulgari infamia notati, competenter literati, ſi pro Clericis recipiendi ſunt, qui ſaltem linguam latinam intelligant, qui etiam ad probationis habitum non admittātur, niſi Confirmationis Sacramento antea muniti ſint.

Ex Neap. cap. xviij.

Ex Conſt. Six. V. Etſi de omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus &c. Cum moderatione Greg. XIIII.

Quādo item, & per quos.

Hæc autem diligentia ſiue inquiſitio, in Generalibus vel Prouincialibus Capitulis, per Generales aut Prouinciales Miniſtros & Diffinitores, omnino fieri debet, ad præſcriptum Conſtitutionis Apoſtolicę Sixti Quinti Summi Pontificis: quę vnà cum moderatione Gregorij XIIII. inuiolatè ſeruetur.

Ex Conſt. Cle. VII. Pauli III. & Greg. XIII.

Qui ad Religionem recipi prohibeantur.

Nullus etiam, qui aut ab Hebræis vel Mauris, aut ab Hæreticis, quorum corpora ſiue ſtatuæ combuſta ſunt, deſcendat, vel originem trahat, ad Religionem, vſque ad quartum gradum, recipi poſſit, prout Conſtitutionibus Apoſtolicis cauetur.

Ex Salmant. c. ij. Et ex Valliſolet. 1593. Et ex Vltramont. cap. j.

Alterius Ordinis profeſſi, abſque licētia Generalis, non recipiendi.

Cauendum eſt præterea, ne quiſquam alterius Ordinis, aut Religionis profeſſus, vllatenus recipiatur, niſi expreſſo Generalis conceſſu: ne fortè contra diſpoſitiones Apoſtolicas fieri contingat: cùm iam ferè omnes Ordines priuilegijs Apoſtolicis gaudeāt, ne eorum Religioſis ad aliam Religionem tranſire liceat.

Ex Valliſolet. 1593.

Facultas recipiendi ad habitum, & ad profeſſionē, de ſcripto danda.

Quia verò Superioribus Locorum vt plurimùm facultas fit, vt ſæculares antea probatos, ad probationis habitum recipiant, & Nouitios iam præſcripto tempore probatos, ad profeſſionem admittant; idcirco hæc ſemper de ſcripto detur. Tùm in ea facultate omnia & ſingula ſufficienter explicentur, quæ neceſſariò, tum Regula, tum Maiorum Conſtitutionibus, & præſertim Apoſtolicis, ſeruanda ſunt.

Ex Valliſolet. 1565. & 1593.

Sæculares, antequàm ad habitum recipiātur, etiam per Locorum Superiores diligentiùs examinandi.

Ipſi verò Superiores Locorum ſęculares eiuſmodi antequàm ad probationis habitum recipiant, eos vnà cum Diſcretis localibus iterum diligentiùs examinent. Et, ſi quam ex Conditionibus ſuprà poſitis, & neceſſariò requiſitis, eiſdem deeſſe repererint, aut eos, vt ſuprà cautum eſt, inhabiles eſſe conſtiterit; illis habitum denegare poſſint, ac debeant, Prouinciali antea deſuper admonito. Si verò omnibus requiſitis idoneos & habiles inuenerint, eos ad probationis habitum recipiant.

Proteſtationes recipiẽdis faciendæ, & in librum referendæ.

Quibus tamen ſemper antea proteſtentur, quòd ſi aliqua ex memoratis conditionibus illis defuerit, aut inhabiles, minusq; idonei, vt ſupra, extiterint; ſtatim expellentur, & ad profeſſionem nullatenus admittentur. Quæ proteſtatio in librum, ad vſum eiuſmodi deputatum, referatur: cui Locorum Superiores, & Diſcreti vnà cum ipſis, propria manu ſubſcribant. Singulis præterea proteſtentur, quòd, ſi lepra, morbo gallico vel caduco, aut alia contagioſa infirmitate laborauerint, & ante receptionem illud ipſum celauerint; eorum receptio, & profeſſio etiam, irrita & nulla cenſeatur.

Ex Vallisolet. 1593.

Ex Salmant. cap. ij.

Qui verò ſecus quemquam receperit, aut ad profeſſionem admiſerit, præter pœnas ipſis Conſtitutionibus Apoſtolicis præſcriptas, Officio eò ipsò priuatus, omni ſuffragiorum iure perpetuò careat.

Ex Vallisolet. 1593.

Habitum ſuſcipienti nomẽ imponendum alicuius Sãcti.

Quo autem die quis Religionis habitum ſuſceperit, alicuius Sancti ei nomen imponatur, vt eius rei gratia, & pietatis ſtudio excitatus, cuius nomen habet, eius virtutes, probatos mores, & egregia facta, piè ac ſanctè imitetur.

Ex eiſdem. Et ex Neap. 1590.

Vbi id agendum:

Nemo verò alibi, quàm in Eccleſiâ, coram Altari, vbi Sanctiſſimum Chriſti Corpus aſſeruatur, aut ad habitum, vel ad profeſſionem admitti poſſit, niſi neceſſariam ob cauſam, Generali, aut Prouinciali antea probatam.

Ex eiſdem.

Et quomodo.

Vbicunque autem fieri contigerit, id omninò ſemper ſeruetur, vt illud cæremoniarum generis adhibeatur, quod actionem illam & piam eſſe, ac religioſam proteſtetur.

Ex eiſdem.

Veſtes Nouitiorũ benedicẽdæ.

Singula itẽ indumenta ſingulis orationibus, & benedictionibus aptentur, prout aliàs iam ſanctè cautum eſt.

Ex eiſdem. Et ex Fir. tri. Ord.

Forma eadem in induendis Nouitijs vbiq; ſeruanda.

Vt autem in induendis Nouitijs, & ad profeſſionem admittendis, vniformitas in omnibus Prouincijs pariter habeatur, forma in fine harum Conſtitutionum poſita, æquè ab omnibus inuiolatè ſeruetur.

Ex Neap. cap. xviij.

Pius ad Nouitios habendus ſermo.

Illud etiam omnino præſtandum eſt, vt qui Religionis habitu quempiam induerit, is breui, pieq; ſermonem habeat, prout opportuniùs vſu venerit; ſiue de contemptu mundi, & eius vanitate; ſiue de Religionis excellentia, & dignitate; potiſſimùm verò de pleniſſima peccatorum indulgentia, qua & Dei, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia, tunc is pijſſimè condonatur, qui Religionis habitu induitur.

Ex eiſdem.

Ex Spec. Min. & ex Comp. Priuileg.

Illud

Ex Comp. Priuileg. Tit. Abſolutio ordinaria quo ad fratres. Et ex Mari magno fol. 57. Six. IIII. Regimini &c.

Habitum ſuſcipientes, ab omnibus cenſuris & pœnis abſolui poſsũt.

Illud quoque admonendum cenſuimus, quòd qui Religionis habitum ſuſceperint, eos Prælati, & eorum vices gerentes, ab omnibus cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, auctoritate Apoſtolica abſoluere, & cum eis in irregularitatibus diſpenſare poſſunt, prout ex ſuppoſito priuilegio clariùs habetur.

Priuilegium Apoſtolicũ de Nouitiorũ abſolutione.

Clemens Papa Quartus. Volentibus veſtro aggregari conſortio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis ſententijs, à iure vel à iudice generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium, ſeruata forma canonica, impartiri, ipſosq; fratres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum, vel profeſſionem emiſſam recoluerint, ſe talibus in ſęculo fuiſſe ſententijs innodatos, ſecundùm formam ipſam, vos Generales, & Prouinciales Miniſtri, ac Cuſtodes, vel vices veſtras gerentes abſoluere valeatis, & cum eis in irregularitatibus diſpenſare, ſi talibus forſan fuerint innodati ſententijs; vel in locis interdicto ſuppoſitis, diuina præſumpſiſſent Officia celebrare, vel ordines recipere. Ita tamen, quòd ſi aliqui ex eiſdem huiuſmodi ſententijs propter debita ſint aſtricti, eiſdem ſatisfaciant, prout tenentur. Volumus nihilominus, quòd volentes huiuſmodi veſtro aggregari conſortio, niſi mox poſtquàm fuerint abſoluti, Ordinem veſtrum intrauerint; etiam ſi ad hoc induciæ à Prælatis eiuſdem Ordinis concederentur; eò ipsò in priſtinas ſententias, à quibus eos abſolui contigerit, relabantur.

Ex Conſt. Six. V. Et ſi de omnib. Eccleſiaſticis Ordinibus, &c. Et ex Vallisolet. 1593.

Suſcepti habitus locus, tempusq; notãda.

Quo autem loco & tempore, à quo item quis Religionis habitum ſuſceperit, memoria fiat in libro, ad vſum eiuſmodi inſtituto, & in Archiuio Conuentus aſſeruando: nomine, cognomine, ac Patria item, ætateq; illius; qui non ſit minor annis ſexdecim; accuratè quidem ac diligenter adnotatis: adhibita ſubſcriptione Superioris loci, & ſuſcipientis habitum, modò ſcribere ſciat, & antiquioris Diſcreti.

Ex eiſdem.

Prouincialis ea de re admonendus.

Tùm de ijs omnibus teſtimonium diligenter literis exaratum ad Prouincialem quamprimùm transmittatur, vt eius iuſſu ſingula referantur in librum, ad vſum eiuſmodi inſtitutum, & in Prouinciali Archiuio vnà ſimul cum ipſa fide perpetuò ſeruandum.

Ex Vltramõt. cap. j. Et ex Vallisolet. 1593.

Probationis tempore Noui.

Et ne interdum diutiùs Religio grauetur, ſi Nouitiorum probatio ad præſcriptum tempus vſque protrahatur, propterea

tij ter fratrib. proponendi.

preterea conſultò ac maturè decernimus, vt ter ſtatuto probationis tempore, hoc eſt ſingulis quibuſque quatuor menſibus, Nouitij fratribus capitulariter congregatis proponantur.

Nouitij bis probandi palàm, tandem ſecretò.

Ex eiſdem.

Qui prima & ſecunda vice, quid ſinguli de Nouitijs ſentiant, palàm pro eorum conſcientia pronuncient. Tertia verò vice ſecretò, hoc eſt per ſcrutinium, ſiue per balottationem ſuffragia ferant.

Quot ſuffragia ſingulis vicibus ferre debeant Nouitij: & quid agendũ, ſi ea non tulerint.

Ex eiſdem. Et ex Salmant. cap. ij.

Et, ſi prima vice tres ex quatuor partibus, ſecunda verò vice duas ex tribus non tulerint; abſq; recurſu, & mora Religionis habitu priuentur. Tertia verò vice, ſi ſuffragiorum tertia pars Nouitio defuerit, ad profeſſionem non admittatur: ſed tandiu differatur, quoad Prouincialis deſuper admonitus, quid pro ſua pietate & prudentia ſentiat agẽdum, declarauerit. Quòd ſi maior pars eidem ſuffragata non fuerit, ſine alia monitione, vel declaratione, expelli poſſit, quinimmo debeat.

A Nouitijs nihil accipiendũ ex bonis eorũ.

Ex Reg. ca. ij. Et ex Concil. Trid. ſeſſ. xxv. cap xvj. Et ex Salmant. cap. ij. Et ex Valliſolet. 1593.

Nemini autem omnino liceat, cuiuſcunque gradus & conditionis exiſtat, quicquam, vel minimum quidem, à Nouitijs accipere, prout & Regula, & ſacra Tridentina Synodo cauetur. Qui ſecus fecerit, præter pęnas, Synodi eiuſdem Decreto ſtatutas, Prælatus, Officio priuetur, & alij fratres, proprietarij pęna puniantur.

De legatis, donationibusvè Nouitiorũ, fratribus factis, quid agẽdum.

Ex eiſdem.

Si verò ante vel poſt receptionem habitus, Nouitijs eiuſmodi, pro eorum pietate, ac libera voluntate aliquid fratribus Conuentibusvè, aut legati aut donationis nomine relinquere placuerit; id ante profeſſionem emiſſam nullatenus recipi, aut de eo diſponi liceat, cùm ex ſacra Tridentina Synodo, quælibet diſpoſitio eiuſmodi antea facta, nulla ſit, niſi infra duos menſes ante profeſſionem fiat. Profeſſione verò per eos iam emiſſa, Procuratoribus Apoſtolicis liceat de rebus eiuſmodi aut legatis aut donatis, in vtilitates fratrum, vel Conuentuum beneficia diſponere, prout Superiorum iudicio opportunius videbitur.

Cautio circa prædicta.

Ex Clem. Exiui de Paradiſo. §. Nos autem &c.

Ad euitanda tamen ſcandala quamplurima, cautius fuerit, & Regulæ noſtræ puritati, & bono fratrum nomini magis conſentaneum, ac declarationibus Apoſtolicis conforme, ſi nihil eiuſmodi fratres acceperint.

Item notatio, & declaratio.

Iudidẽ. Et ex Salmãt, cap. ij.

Non videtur tamen neque vetitum, neque fratribus illicitum, quin poſſint recipere quicquid Nouitijs, etiam

antequàm probationis habitum ſuſceperint, fratribus, ſicut & cęteris pauperibus dare placuerit, Declarationibus Nicolai tertij vel maximè attentis.

De ijs, qui pro laicis recipiendi ſunt.

Ex Salmant. ca.ij. Et ex Valliſolet. 1593.

Eorũ qui pro laicis recipiendi ſunt qualitates, & ætas.

QVÆ ſuprà de ijs, qui ad probationis habitum recipi debent, generatim præſcripta ſunt, eadem omnia & ſingula, præter linguam latinam, etiam de ijs, quos pro laicis in poſterùm recipi contigerit, accuratè quidem, atque omnino inuiolatè ſeruentur. Ac præterea nullus pro laico citra vigeſimum ætatis ſuæ annum, nec vltra trigeſimum omnino recipiatur: & qui item non ſit aptus ad labores vtiles & honeſtos, huic ſancto Inſtituto vel maximè congruos: niſi eſſet adeò notabilis perſona, vt eius receptio & Clero, & populo magnæ ædificationi foret. Qui aliter quempiam receperit, illis ipſis pœnis omnino ſubiaceat, quæ ſuprà de alijs malè receptis præſcriptæ ſunt.

Ex Barchinonen. 1523. Et ex Salmant. capit.ij.

Laicis an liceat ad Clericatum aſcendere: & quomodo.

Nec præterea, poſt profeſſionem emiſſam, de Laicatu ad Clericatum cuiquam aſcendere liceat, niſi de licentia Generalis Capituli: tumq; Patrũm iudicio idoneus probetur, qui ad hoc promoueri cupit.

Ex eiſdem. Et ex Comp. Priuil. Leo X. Ver. Laici fratres.

Laicus temere Sacerdos factus ad Laicatũ reducatur.

Quòd ſi Laicus quiſpiam intra vel extra Ordinem quotiis modo ad Clericatum, ſeu Sacerdotium etiam, promotus fuerit, omni clericali honore, & ſacerdotali etiam priuetur, neque canonicum Officium perſoluere permittatur: ſed laicale recitare teneatur, & ad merum laicalem ſtatum omnino reducatur, prout ſanctione Apoſtolica cautum eſt.

De

De Conuentibus ad Nouitios educandos deligendis.

Quę loca ad Nouitiorũ educationem deligenda: & quomodo.

Ex Salmant. capit. ij. Et ex Neap. ca. xviij.

ILlud etiam piè ac prudenter cautum eſt, vt in Prouincialibus Capitulis quibusq;, ad Nouitiorum educationem ſtudioſè ac rectè ineundam, Loca nonnulla, à frequentiori ſæcularium concurſu & conuerſatione, quantum fieri poteſt, remota, communi Patrum conſilio, & conſenſu deligantur. Quamobrem, vt hoc ipſum exactè quidem, atque omnino inuiolatè ſeruetur, id ſanè denuo ſtatuimus atque adeò mandamus, ſub pœnis, Generalis arbitrio, negligentibus omnino ſubeundis. Nam inanis & vacua prorſus fuerit omnis diligentia, quæ in approbandis Nouitijs adhibetur, niſi & piè, & ſtudioſè, atque omnino diligenter eos educari curetur.

Nouitiatus ab alijs Conuentuum partibus ſegregandi.

Ex Vltramōt. cap. j. Et ex Valliſolet. 1593.

Quòd ſi in Conuentibus eiuſmodi, ad Nouitios educandos, prudenti Patrum conſilio, & vnanimi conſenſu delectis, ratio iniri poſſet, vt aliqua pars pro ipſis Nouitijs ſpecialiter deputaretur, opportunè quidem, ac piè eorum educationi proſpectum ſanè videretur: Quod vt executionem habeat, Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, pro eorum prudentia, pietate, ac Religionis zelo diligenter curent.

In Nouitiatu Magiſter ſolus cum Nouitijs habitet.

Ex eiſdem.

In qua quidem parte, quæ Nouitiatus vocabitur, ipſorum Nouitiorum Magiſtri vnà cum eis commorentur, vt eorum inſtitutioni, & integritati ſtudioſiùs conſeruandæ, faciliùs præſtò eſſe poſſint.

Quibus Nouitiatum ingredi prohibeatur.

Ex eiſdem.

Cęteris verò omnino omnibus in Nouitiatum ipſum ingredi, ſpecialiter & expreſsè prohibemus, ſub pęnis per Guardianum, de conſilio Diſcretorum, taxandis, & contrafacienti omnino ſubeundis.

Vigilandum Guardianis in id: & Miniſtris: immò & Generalibus ipſis.

Ex eiſdem.

Quòd ſi Guardianus id neglexerit, uel in ijs aliàs culpabilis fuerit, ipſe pro negligentiæ modo, vel culpæ ratione, pœnis afficiatur, Prouincialis arbitratu. Qui, ſi & ipſe in ijs deliquerit, pęnas ſubeat, Generalis arbitrio taxandas: quem certè ſperamus, vt hæc omnino ſeruentur, pro ſua pietate, prudentia, ac ſanctæ Religionis zelo diligenter curaturum.

Vt

Ex eiſdem. Vt autem huiuſmodi Loca inter Reformatos deligãtur, id ſummopere quidem cupimus, atque adeò rogamus: vt vel ſic & ipſi regularis vitæ diſciplinæ iam collapſæ, & Religioni pereunti opportunè ſuccurratur. Nouitiatus inter Reformatos ſint.

Ex Neap.cap. xviij. Illud verò vel in primìs omnino ſeruetur, vt in vnoquoque Nouitiatu huiuſmodi Nouitij vel minimùm quatuor, qui Clerici ſint, ſemper collocentur. Quot Nouitij in ſingulis Nouitiatibus locandi.

Ex Salmant. ca.ij. Et ex Valliſolet. 1593. Religioſi autem decoris, & ſanctæ honeſtatis ſtudioſiùs & accuratiùs ſeruãdæ gratia, ſtatuimus, vt nec Nouitij profeſſorum, nec profeſſi Nouitiorum cellas, quouis prætextu, vel quæſito colore ingrediantur, aut ingredi præſumãt. Contrafacienti Nouitio pœna ſit, vt pro prima vice flagella, diſciplinæ nomine, coram fratribus capitulariter congregatis ſibi adhibeat: pſalmum. *Miſerere mei Deus &c.* totum recitet: & genibus flexis humi, pane & aqua ieiunet: ac publicè, & grauiter per Guardianum moneatur. Quòd ſi ſecundò id ipſum admiſerit, ab Ordine expellatur. Nouitijs profeſſorum cellas ingredi nefas .

Ex Valliſolet. 1593. Ipſam eandem pœnam, nimirum vnius diſciplinæ & ieiunij pro prima vice, ſubeat profeſſus, qui aut Nouitij cellam ingreſſus fuerit, aut Nouitium in ſuam ingredi permiſerit: moneaturq; vt ſuprà. Quòd ſi ſecundò in id ipſum inciderit, ſtatim per Guardianum ad Prouincialis præſentiam mittatur. Prouincialis verò alium illi Locum ad commorandum deſignet, ac omni ſuffragiorum iure triennio priuatum declaret. Quam pœnam Prouincialis exequi omnino teneatur. Quòd ſi neglexerit, grauiter puniatur, Generalis arbitratu. Profeſſi nec Nouitiorũ cellas ingrediantur, nec Nouitios in ſuas ingredi permittant.

Ex Salmant. c.ij. Et ex Valliſolet. 1593. Quo tempore Nouitij in Nouitiatu permanſerint, extra Conuentum, niſi aut publicæ proceſſionis gratia, aut ad defunctorum corpora ſepulturæ tradenda, aut alia publica vrgentiq; de cauſa, nunquam egredi, aut etiam mitti poſſint: nec verò illis ipſis publicis de cauſis, niſi & ipſorum Magiſter ſemper adſit, illosque aſſociet. Nouitios è Cõuentu egredi, aut mitti vetitum.

Ex Valliſolet. 1593. Quòd ſi alicubi vrgens neceſſitas coegerit, vt ad petendam eleemoſynam, Nouitios etiam quandoque extra Conuentum mitti oporteat, non niſi cum Religioſis ætate graui, ac moribus & vita probatis mittantur. Guardianus autem, aut loci Superior quicũque, qui cõtrafecerit, Si quãdo mittantur, quid agendum.

& Of-

& Officio, & ſuffragiorum iure omnino priuetur. Quòd ſi Prouincialis hac de re admonitus, id exequi neglexerit, ſuo ſuſpendatur Officio: & grauiùs etiam cum eo agatur, Generalis arbitratu.

Rigor circa prædicta, neceſſarius.

Nec cuiquam id graue nimis videatur; tum quia maxima ex inde, regularis vitæ & diſciplinæ relaxatio prouenit; tum quia in hoc frequentiùs, & faciliùs peccari compertum eſt. Ex Valliſolet. 1593.

Nouitij tranſlatio quomodo facienda.

Si verò rationabili, aut vrgenti de cauſa contigerit, Nouitiorum quempiam ex vno ad alium Nouitiatum, Prouincialis iuſſu, transferri, vel aliò, eiuſdem permiſſu, ire; tunc illis ipſis caſibus ab aliquo ætate graui, moribusq; probato & laudabili Religioſo, ſemper aſſocietur. Antequàm verò transferatur, licèt ad quartum menſem adhuc non peruenerit, fratrum tamen ſuffragia, prout ſuprà, recipiantur: ac de ſuffragiorum exitu & Prouincialis ipſe, & Guardianus Loci, ad quem transfertur, opportunè admoneatur. Ex eiſdem.

Nouitijs cum externis quibuſque loqui vetitum.

Præterea cum ſæcularibus quibuſuis, etiam parentibus, ac item cum religioſis cuiuſuis alterius Ordinis, Nouitiorum nemini omnino loqui liceat, niſi neceſſariam ob cauſam, & Guardiano, & Nouitiorum Magiſtro probatam: tumq; illis ipſis, aut eorum altero ſemper aſſiſtente. Quòd ſi Nouitiorum quiſpiam in hoc deliquerit, & grauiter admonitus, idipſum admiſerit; Prouinciali deſuper opportunè admonito, Religionis habitu exui poſſit, ſi ita expedire videbitur: alioquin grauiter coerceatur, eiuſdem arbitratu. Ex Salmant. ca. ij. Et ex Valliſolet. 1593.

Studijs incũbere Nouitijs prohibetur: Ordines ſuſcipere: &, ſi Sacerdotes ſint, confeſſiones audire.

Nouitiorum nemini præterea permittatur, ſtudijs operam nauare: ſed quo tempore in probatione fuerint, diuinum Officium, & alia quæcunque, ipſorum ſtatui, ex præſcripto conuenientia, diligenter addiſcant, ac ſanctæ orationis & deuotionis ſtudio vel maximè incumbant. Nec item ad Ordines quoſcunque, etiam minores, neque præterea ad ſacras peccatorum confeſſiones audiendas; etiam ſi Sacerdotes fuerint, quando ad Ordinem recepti ſunt; vllatenus admittantur. Ex Salmant. cap. ij.

Nouitiorum liberæ voluntati impedimentũ minimè inferẽdũ, aut vis.

Poſtremò & Guardiani, & Nouitiorum Magiſtri, & alij fratres, & Superiores etiam, omnino omnes caueant, ne quem Nouitium, quouis prætextu, vel quæſito colore, impedire præſumant, quominus ad aliam Religionem, quam malue- Ex eiſdem.

maluerit, tranſeat, vel omnino etiam ad ſæculum reuertatur, ſicut de ſua libera voluntate proceſſerit. Neque præterea, quempiam quouis modo, vt profiteri velit, inducant: vt liberè, & non coactè profeſſio emittatur. Qui contrafecerit, Superior, Officio priuetur, & alij quicunque ſuffragiorum iure careant, Superiorum arbitratu.

Ex Vallisolet. 1593.

Qui verò quoquo modo Nouitij voluntatem impedierit, quominus profeſſionem emittat, anathema ſit, vt Sacra Tridentina Synodo cautum eſt.

Ex eiſdem. Et ex Conc. Trid. ſeſſ. xxv. c. xviij.

Qui id egerit anathema.

De Nouitiorum Magiſtris.

Ex Vallisolet. 1593.

Nouitiorum Magiſtri quàm neceſſarij.

QVIA verò parum eſſet, ac fruſtra fortaſſis tanta diligentia in approbandis ijs, qui ad Religionem admittendi ſunt, & locis ad eoſdem piè ac ſanctè educandos, deligendis, adhiberetur, niſi & de Magiſtris etiam ad id vel maximè idoneis prouideretur opportunè:

Ex Salmant. cap. ij. Et ex Vallisolet. 1565. Et ex Neap. cap. xviij.

Quomodo deligendi Magiſtri, & quales.

Propterea conſultò ac maturè decernimus & ſancimus, vt in ſingulis Prouincialibus Capitulis, pro vnoquoque Nouitiatu huiuſmodi, prudenti Patrum conſilio, & vnanimi conſenſu, Nouitiorum Magiſtri deligantur, deputenturq; Viri vtique graues, pij, prudentes, deuoti, probati, maturi, prouidi, & diſcreti.

Ex eiſdem. Et ex Vallisolet. 1593.

Quæ docere debeant Nouitios Magiſtri, & quæ cum eis agere.

Qui ſedulò Nouitiorum curam gerãt: magna pietate & religione, eos piè ac ſanctè inſtituant: in viam mandatorum Dei ſalutariter dirigant: Doctrinam Chriſtianam, Regulæ præcepta, & omnia, quæ ad regularis vitæ diſciplinam neceſſaria ſunt, maximè verò ſecundùm declarationes Pontificias, & præſertim Nicolai Tertij, & Clementis Quinti, Nouitios accuratè doceant: ſæpe eos purè confiteri, & Sacram Euchariſtiam deuotiſſimè ſumere faciant: ad ſeruandam cordis, mentis, & corporis puritatem, verbo & exemplo inducant: pios mores, & antiquas Sanctorum Patrum traditiones, laudabiles ac probatas Religionis conſuetudines & obſeruantias, accuratè ac ſtudioſè Nouitios ipſos edoceant; Eisq; in omnibus conſuetis exercitijs diligenter, ac ſumma aſſiduitate ſemper aſſiſtant.

Ex eiſdem.

Domi ſe contineant Magi-

Nec domo egrediantur, niſi vrgenti aliqua publicave de cauſa. Neq; preterea occupentur in aliquo miniſterio, vel

ſeruitio

ſtri, nec in alio ſeruitio à Superioribus occupentur.

ſeruitio, quod eorum muneri quoquo modo impedimento ſit, aut eſſe poſſit. Immo verò omnem fauorem & patrocinium illis Superiores quicunque impendant, illiſq; in omnibus ſemper aſſiſtant, & adiumento ſint, & eſſe velint. Ac omnia denique & ſingula, quæ de Nouitiorum ſalutari ac pia inſtitutione & educatione, à Sanctis Patribus pręſcripta ſunt, accuratè quidem, atq; omnino diligenter ſeruent.

Magiſtri quo modo extra Capitulum deligendi.

Quòd ſi quandoque etiam extra Capitulum vel Congregationem, quacũque de cauſa, Magiſtrum aliquem deputari oportuerit, id ſemper communi Patrum conſilio, & conſenſu fiat. Ex eiſdem.

Magiſtri Nouitiorum ætas, & conditio.

Præterea quò accuratiùs & ſtudioſiùs Nouitiorum inſtitutioni opportunè proſpectum & prouiſum eſſe videatur, ac re vera ſit, maturè ſtatuimus & decernimus, vt Nouitiorum Magiſtri, ætatis annorum ſint quinquaginta, vel quoad fieri poteſt, ad quinquageſimum appropinquent, aut quadrageſimum ſaltem omnino excedant. Qui præterea Guardianatus Officio triennio ſaltem rectè ac laudabiliter functi iam fuerint. Cupimus autem, vt etiam humanioribus literis docendis, & cantus Eccleſiaſtici ſcientia præditi ſint. Ex Neap. cap. xviij.

Munera quęcunq; à Magiſtris reijcieđa.

Quod verò ſuperiùs de munuſculis & muneribus quibuſuis à Nouitijs & eorum parentibus nullatenus accipiendis, ſanctè ac prudenter cautum eſt, & Sacra Tridentina Synodo vetitum; id ipſum vel in primìs Nouitiorum Magiſtris cauendum eſſe diſtrictè præcipimus, ſub pœnis contra proprietarios pręſcriptis, & grauioribus etiam, Superiorum arbitrio pręſcribendis. Ex Valliſolet. 1593. Et ex Conc. Trid. Seſſ. xxv. c. xvi.

Magiſterium recuſare nefas.

Poſtremò qui curam & Magiſterium eiuſmodi, ſine legitima cauſa, Prouinciali ac Patribus probata, pertinaciter recuſauerit, is ad omnia Religionis Officia, dignitates, & munera ſexennio inhabilis exiſtat, ac præterea quocunque ſuffragiorum iure pariter careat. Ex Salmant. ca. ij. Et ex Valliſolet. 1593.

Priuilegia Magiſtrorum.

Qui verò libenter illud ipſum ſubierit, ac ſtudioſè & omnino diligenter, vt par eſt, triennio ſaltem obierit, ac rectè in eo munere ſe geſſerit, is ad omnes Ordinis dignitates, gradus, & Officia opportunis temporibus aſſumi, & promoueri poſſit. Ex Valliſolet. 1593.

Nouitiorum cura quanti facienda.

Nec verò cuiquam mirum eſſe videatur, quòd tanti negotium huiuſmodi facimus: quandoquidem, ſi vel hoc Ex eiſdem.

vnum

vnum omni ſtudio, diligentia, & pietate debitè præſtetur; Religioni iã ferè pereunti, opportunè quidem conſultum, ac prudenter & piè proſpectum eſſe, videbitur.

Ex Valliſolet. 1593. Nemini quidem dubium eſſe poteſt, quòd ſi iuuentus bonæ indolis & ſpei recipiatur, boniſq; moribus, & regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis, ac ſanctis legibus, piè imbuatur, & inſtituatur diligenter, atque omni optima diſciplina inſtruatur accuratè; uix fieri poteſt, quin ad ſalutares in viam mandatorum Dei progreſſiones, & ſtudia ſalutaria, auxiliante Deo, proficiat, & fœliciter in Domino, ad finem vſque perſeueret. Iuuẽtutis benè inſtitutę optima ſpes.

Ex eiſdem. Nam quorum educatio, atque inſtitutio optima fuerit, eorum progreſſiones quoque & ſtudia, ſalutaria fore, ſperandum eſt. Propterea enim ſcriptum eſt. *Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.* Secus verò ſi perniciosè negligatur, quia ſemper in deteriora ruit, & prolabitur. Thren.3.c. Bonam educationem ſalutares progreſſiones ſequuntur.

Ex eiſdem. Itaque Prouinciales Miniſtri, omnem curam & diligentiam adhibeant, vt Nouitiorum Magiſtri, uiri pijſſimi ſemper ſint, & Nouitij ipſi religioſiſſimè inſtituantur. Miniſtrorum diligentia in p̄dictis exquiritur.

De Nouitijs ad profeſſionem admittendis.

Regula c.ij.

Finito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & Regulam obſeruare &c.

Ex Cõc.Trid. ſeſſ. xxv. ca.xv. Et ex Conſtit. Six.V. Cùm de cęteris &c. QVAE de Nouitiorum profeſſione ſolemniter emittenda, & ſacra Tridentina Synodo, & Sanctionibus Apoſtolicis præſcripta ſunt, accuratè quidem, atque omnino inuiolatè vel in primis ſeruentur. Seruanda in Nouitiorũ profeſſione.

Ex Vltramõt. cap.j. Et ex Salmant.cap.ij. Præterea pro Nouitio ad profeſſionem admittendo, in eo Conuentu, in quo pręſcripto probationis tẽpore, vel pro maiori parte commoratus eſt, ferantur tacita ſuffragia: vt Qualia ferenda ſuffragia.

ſinguli fratres nullo affectu vel reſpectu, impediti vel moti, ſuæ conſcientiæ liberè ſatisfacere poſſint.

Quota pars fratrum Nouitio ſuffragari debeat: & ſi ea fuerit, vel non fuerit ſuffragata, quid agendum.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Quòd ſi maior pars fratrum, in eo ipſo Conuentu de familia commorantium, Nouitio ſuffragata non fuerit; tunc abſque alio recurſu expellatur, & Religionis habitu omnino priuetur. Si verò tertia pars ei defuerit, eius receptio ſuſpecta ſit; ac propterea Prouincialis deſuper admoneri debet: qui habita ratione zeli, & ſuffragiorum qualitate penſata, prout iura diſponunt, ſecundùm Deum prouidere curabit. Si autem laudabile teſtimonium ſuæ conuerſationis habuerit, & vltra duas ex tribus partibus ſuffragiorum tulerit Scrutinio ſecreto; tunc de Generalis, vel Prouincialis licentia (quæ ſemper de ſcripto detur, vt ſuprà cautum eſt) ad profeſſionem admitti poterit.

Expropriatio profeſſionẽ præcedat.

Ex Salmant. cap.ij.

Veruntamen antequàm Nouitij profeſſionem emittant, omnino expropriari debent.

Nouitij teſtātes nihil ſibi reſeruent.

Ex eiſdem.

Quòd ſi velint, eis teſtari liceat: ſed nihil omnino pro ſe ipſis in teſtamento diſponant, vel aliàs reſeruari faciant: cùm id expreſsè Regulæ puritati repugnet.

Ad relinquendum quid fratribus Nouitiū inducere, vetitum.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Clement. Exiui de Paradiſo, §. Nos autem.

Illud verò tum Guardiani, tum Nouitiorum Magiſtri, & Superiores quoque, ac alij fratres omnino omnes caueant, ne quouis prætextu, vel quæſito colore, Nouitium quempiam inducant, vt eis vel priuato, vel communi etiam Cõuentus nomine, aliquid ex teſtamento relinquat: Quod & Regulæ noſtræ puritas requirit, & noſtro Inſtituto vel maximè conuenit. Contrafacientes pœnis contra proprietarios conſtitutis ſubiaceant, &, ſi Superiores ſint, Officio priuentur.

Probationis annus quomodo integer eſſe debeat, & continuus. Siq; Nouitius eo anno receſſerit, quid agendum.

Ex Cõc. Trid. ſeſſ. xxv. cap. xv. Et ex Vltramont. cap. j. Et ex Valliſolet. 1593.

Et quo exactiùs & accuratiùs ſeruetur quod ſacra Tridentina Synodus hac de re ſtatuit, conſultò decernimus, vt probationis tempus (quod vnius anni ad minùs eſſe debet, alioquin profeſſio irrita eſt & nulla) ita continuetur, quòd, ſi Nouitius quauis ex cauſa extra Ordinem, ſiue cum habitu, ſiue ſine illo exierit, & poſtea redierit; non computetur ei tempus, quo antea in probatione ſteterat: ſed denuo probationis annum incipiat. Quòd ſi etiam ſine rationabili cauſa exierit, ad Religionis habitum ampliùs admitti non poſſit.

Profeſ-

Ex Vltramōt. cap.j. Et ex Vallisolet. 1593.

Profeſſionis libertati præterea opportunè proſpicientes, conſultò ſtatuimus & decernimus, vt neque Guardiani, neque Nouitiorum Magiſtri, neque omnino Superiores alij Nouitijs ante profeſſionem primùm ſuffragentur, refragenturve. Neque item ante ſuffragiorum poſtulationem Nouitium aut laudent, aut vituperent: ſed omnino ſileant: vt omnes ſecundùm Deum quod ſenſerint, liberiùs agant.

Superiores Nouitiorum profeſſioni primi ne ſuffragētur, refragenturve: Nec laudēt tūc Nouitios, aut vituperent.

Ex eiſdem. Et ex Conc. Trid. ſeſſ. xxv. c. xviij.

Et quia etiam anathema, ex Sacra Tridentina Synodo aduerſus eos, qui mulieres ad Religionis ingreſſum coegerint, aut ab eodem fine iuſta cauſa quoquo modo impedierint, illatum, & ij, qui viros quoſcunque aut coegerint, aut impedierint vt ſuprà, meritò timere poſſunt; idcircò illud vel in primis omnino cauendum eſt & Superioribus quibuſuis, & Nouitiorum Magiſtris, & alijs fratribus omnino omnibus, ne quoquo modo ſuffragantes impediant, vel importunè moueant, quominus liberè de Nouitiorum receptione ſuffragia ferant. Neque item Nouitiorum quemquam aut quouis modo inducant, aut ſine iuſta cauſa impediant, quominus liberè profeſſionem emittat. Contrafacientibus pœna ſit illud ipſum anathema: ac præterea & Superiores Officio priuentur, & alij quicunque omni ſuffragiorum iure ſeptennio careant.

Anathema his, qui ꝓfeſſionis libertati quoquo pacto impedimentū inferūt, aut vim.

Ex Vltramōt. capit. j. Et ex Neap. ca. xviij. Et ex Valliſolet. 1593.

Nouitijs præterea (Clericis præſertim) profeſſionem emittere ne liceat, niſi Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta, & Regulam, & Regulæ pręcepta, æquipollentia, præcepti vim habentia, monitiones, Regulæ libertates, ingredientium & recipientium conditiones coram fratribus capitulariter congregatis, memoriter antea recitauerint: Et præterea, quòd rectè diuinum officium recitare, ac illud ipſum per ſe ordinare nouerint, Examinatores ad hoc ſpecialiter deputati; qui tres ſaltem ſemper eſſe debeant; ſincerè in Domino teſtentur.

Quæ recitāda à Clericis ante profeſſionem: quæ ſcienda: & quomodo, eos talia ſcire, conſtare debeat.

Ex Neap. cap. xviij. Et ex Valliſolet. 1593.

Laici verò, qui neque legere ſciunt, ſaltem Doctrinam Chriſtianam, ac Regulę præcepta & ipſi omnino antea recitent: alioquin ad profeſſionem nullatenus admittantur. Qui autem aliter admiſſus fuerit, eius profeſſio nulla ſit: & qui eum admiſerit, Officio priuatus, etiam ſuffragiorum iure triennio careat.

Quæ recitāda à Laicis.

Quæ docere debeant Nouitios Magiſtri.

Magiſter verò, qui Doctrinam & præcepta eiuſmodi Nouitios non docuerit, ad omnia Religionis Officia perpetuò inhabilis exiſtat. Prouincialis autem, qui pœnas prędictas exequi neglexerit, aut aliàs in his culpabilis fuerit, ſuo ſuſpendatur Officio, Superioris arbitratu.

Ex Neap. cap. xviij. Et ex Valliſolet. 1593.

Nouitijs quibuſcunq; ante profeſſionē arcta votorū conditio explicanda.

Nouitij prętereà, qui finito probationis tempore, ſupradicta omnia recitauerint, vt ſanctè cautum eſt; & iuxta Canonicas, & Apoſtolicas ſanctiones, ac Regularia Sanctorum Patrum inſtituta reperti fuerint idonei; antequàm ad profeſſionem ſolemniter emittendam admittantur, per Superiorem, vel alium ad id ſpecialiter deputatum, admoneantur diligenter, quàm grauis ea res ſit, & quàm multa requirant tria illa Religionis vota: vt vinculi vim ſeriò intelligant, quo ſe ſanctè ac piè aſtringi deliberant.

Ex Neapolit. in formula. Et ex Valliſolet. 1593.

Nouitijs ante profeſſionem, & in profeſſione, quid agendum, vt rite profiteantur.

Tùm pridie, quo quis profiteri ſtatuit, peccatorum ſuorum Sacramentali confeſſione peracta, & mane ſequentis diei ſumpto deuotiſſimè ſacratiſſimo Euchariſtię Sacramento, coram altari, vbi ſanctiſſimum Sacramentum aſſeruatur, profeſſionem emittat; illis omnibus & ſingulis, quę & Regula, & antiquis, perpetuoq; vſu receptis, ac probatis Sanctorum Patrum traditionibus pręſcripta ſunt, rite ac rectè ſeruatis.

Ex eiſdem.

Profeſſio in librum referenda: & quomodo notanda.

Profeſſionis autem, diei, menſis, & anni, quo facta eſt, nominis item & Patrię, tum profitentis, tum ad profeſſionem recipientis, memoria fiat in libro, ad eum vſum inſtituto; illis omnibus & ſingulis exactè ſeruatis, quę ſuprà de receptione ad probationis habitum, ſeruanda pręſcripta ſunt.

Ex Vltramõt. ca. j. Et ex Salmant. cap. ij. Et ex Neap. in formula.

De Iuuenibus profeſſis.

Qui nouiter profeſſi, ſub eodem Magiſtro ſint, & in eodem Cõuentu per biennium.

IVVENES profeſſi (Clerici pręſertim) quandiu in Nouitiatu permanſerint, ſub eiuſdem Nouitiorum Magiſtri cura ſint. Neq; ab eo, in quo profeſſi ſunt, Conuentu, ante biennium, ad alium transferantur, niſi magna ex cauſa, Prouincialis iudicio probata.

Ex Vltramõt. ca. j. Et ex Valliſolet. 1593.

Clerici quouſque Sacerdo-

Illud verò inuiolatè ſeruetur omnino, vt quouſq; ad Sacerdotium

Ex Valliſolet. 1593.

dotium aſcenderint, ſub alicuius Magiſtri ad id idonei, & per Capitulum, ſiue per Prouincialem Miniſtrum electi, cura ſemper eſſe debeant.

tes fiant, ſub alicuius Magiſtri cura degāt.

Ex eiſdem.

Magiſtri verò eos ſtudioſè ac piè inſtituant, erudiant, doceant, vt ſuprà, cùm de Nouitijs ageretur, dictum eſt. Atque in primis curent, vt ſtudioſè contineantur in officio, in timore Dei, & in obſeruatione eorum omnium, quæ Domino promiſerunt, & ad obſeruantiam Regularem neceſſaria eſſe videntur, præcipuè ſecundùm Summorum Pontificum, ac Sanctorum Patrum declarationes: quas crebrò eis perlegendas diligenter curent.

Magiſter Clericorū quæ pręſtare debeat in eorum inſtitutione.

Ex Vltramōt. cap.j. Et ex Valliſolet. 1593.

Maximè etiam condeceret, & ad cuſtodiendam Regularis vitę diſciplinam vel in primis opportunum eſſet, ſi per annum poſt profeſſionem emiſſam, extra Conuentum non mitterentur. Quòd ſi quandoque vrgenti de cauſa ſecus facere oporteat, prouecti, graues, & antiqui ac probati Religioſi eos ſemper comitentur, ſicut decet, & religioſi decoris grauitas vel maximè expoſtulat.

Iuuenes per annū poſt profeſſionē, extra Conuentū non mittendi: &, ſi mittātur, quid agendum.

Ex eiſdem.

Porrò illud omnino inuiolatè ſemper ſeruetur, vt neque eleemoſynę petendæ gratia, neque alterius cuiuſuis negotij ratione, ſoli vnquam extra Conuentum mittantur.

Soli nūquam iuuenes egrediantur è Conuentu.

De Clericorum Seminario in vnaquaque Prouincia erigendo.

Ex Cōc. Trid. ſeſſ. xxiij. capit. xviij. Et ex Neap. cap. xix.

QVOD Sacra Tridentina Synodus de Seminario Clericorum inſtituendo & erigendo, piè ac ſanctè decreuit, & nos amplecti ſummis votis ſemper optauimus, eò quòd & Eccleſiæ Dei, & Religionis noſtrę ſeruitio, decori, & ornamento id valde profuturum ſperamus.

Seminaria vtilia, honeſta, & vtilia.

Ex Neap. cap. xix.

Re itaque diligenter ac ſeriò tractata, & maturè diſcuſſa, Seminarium vnum vel alterum, prout opportunius pro diuerſitate locorum, & temporum varietate videbitur, in vnaquaque Prouincia primo quoque tempore inſtituenda & erigenda decernimus. Is autem numerus augeri poterit (quod & vehementer optamus) prout facultates tulerint, Prouincialium, & Diffinitorum arbitratu.

Inſtituēda in vnaquaque Prouincia, augendaq; pro conditione locorū.

Quales eſſe debeāt Clerici in Seminario collocandi.

In hoc verò Clericorum Collegio qui profeſſi legere & ſcribere vel optimè norint, principiaq; linguę latinæ quoquo modo ſciant, & quorum indoles & voluntas ſpem afferat, eos & vniuerſæ Dei Eccleſiæ, & Religionis noſtræ vtilitati ac ſplendori eſſe futuros, collocentur. Ex eiſdem.

Quandiu ibi perſeuerare debeant.

Quos exinde amoueri prohibemus, niſi triennio confecto; aut ſi fortè ita demeruerint, vel euidens neceſſitas coegerit, aut manifeſta vtilitas. Ex eiſdem.

Morum Magiſter Seminario præficiendus: Et qualis.

Morum verò Magiſter ijs præficiatur vir Sacerdos, qui ſit & integritate vitæ, & morum grauitate, atq; honeſtate vndequaq; probatus, ac docendis moribus vel maximè idoneus, communiq; ac perpenſo Patrum conſilio & conſenſu delectus, atq; liberalibus diſciplinis, quoad fieri poteſt, ſufficienter eruditus; qui Vicarius Conuentus ſit. Ex eiſdem.

Magiſter inſtruat iuuenes ad Chriſtianā pietatem:

Is primò quæ ſunt Chriſtianæ pietatis & Religionis hos iuuenes maxima animi pietate accuratè doceat, atq; in timore, & obſeruatione mandatorum Dei eos contineat. Ex eiſdem.

Ad regularē obſeruantiam:

Deinde in ijs, quæ ſunt regularis vitæ & diſciplinæ illos ſtudioſè erudiat, coneturq; & vitę exemplo, quę nullam habeat reprehenſionis anſam, & aſſiduis ac pijs cohortationibus ita eos inſtituere in ſpiritualis vitę ratione, vt ad perfectionis, quam Regula noſtra poſtulat, ſtatum progredientes, auxiliante Dei gratia, peruenire poſſint. Ex eiſdem.

Ad ſacrorum librorum intellectum:

Sacram Scripturam, libros Eccleſiaſticos, Homilias Sanctorum, Vitas Patrum, Maiorum noſtrorum Decreta, Summorum Pontificum, ac Sanctorum Patrum declarationes ſuper Regulam editas, crebrò legant. Ex eiſdem.

Ad Sacramentorū rationes & formas:

Sacramentorum tradendorum rationes & formas; & eas maximè, quę ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, & Sacras peccatorum Confeſſiones audiendas pertinent; diligenter ediſcant. Ex eiſdem.

Ad Eccleſiaſticos ritus & cęremonias.

Rituum quoq; ac cęremoniarum Eccleſiaſticarū, & Regularium item exactam diſciplinam, & pios habitus vel in primis poſſideant. Ex eiſdem.

Quæ iuuenes in Seminario degentes præſtare debeant.

Singulis diebus Miſſę ſacrificio interſint, atq; inſeruiant: bis in Hebdomada eorum Magiſtro peccata confiteantur: ſingulis diebus Dominicis, & alijs feſtis ſolemnioribus Sacroſanctam Euchariſtiam magna pietate & deuotione ſumant. Hęc omnia, vel eorum quicquam qui iuuenum in Seminario exiſtentium, pretermiſerit, negle- Ex eiſdem.

neglexeritue, pro modo culpę pęnas luat, Superioris arbitratu.

Ex eiſdem. Poſtremò Grammatices, Cantus Eccleſiaſtici, Orthographię, aliarúq; bonarum artium diſciplinam ſtudioſè diſcāt. *Quibus ſtudijs incumbāt.*

Ex eiſdem. Quod vt faciliùs fieri poſſit, ſęcularis Magiſter, vir vtiq; moribus & vita probatus, qui Grammatices, & Orthographię diſciplinam eos vel in primìs doceat, communibus Prouinciarum expenſis, Prouincialium & Diffinitorum arbitratu taxandìs, conducatur. *Sęcularis Magiſter Seminario cōducatur communibus Prouinciæ expenſis.*

Ex Cōc. Trid. ſeſſ.23. Cap.18. Et ex Neap. ca. 19. De huiuſmodi autem Loci & Seminarij viſitatione, morúq; correctione; de dyſcolis preterea, & incorrigibilibus, malorumq; ſeminatoribus acriter puniēdis, accuratè ſeruentur quę hac de re Sacra Tridentina Synodus ſāctè decreuit. *In Seminarij Viſitatione & correctione quæ ſeruanda.*

Ex Neap. cap. 19. Triennio confecto, iuxta ſingulorum ętatem, ac ſpiritualis vitę profectum, atq; in liberalium artium diſciplina progreſſum, ad altiora ſtudia promoueantur qui communi Diffinitorum iudicio & habiles, & aliàs idonei probati fuerint: vel etiam Prouincię ſeruitio partim deputentur, prout opportunius videbitur, partim in Collegio ampliùs erudiendi permaneant; alijq; in locum eductorum ſufficiantur, ita vt Collegium eiuſmodi opportunè innouetur, ac perpetuò ſeruetur. *Poſt trienniū quid de Clericis in Seminario degētibus, ſit faciendum.*

Ex eiſdem: Cui moderādo, ac optimè gubernando pręficiatur Guardianus ętate prouectus, moribus & vita probatiſſimus, prudentia inſignis, ac regimini experiētia vel maximè idoneus, & quem morum grauitas, & totius auteactę vitę ſanctitas ſpectabilem reddat; qui & mores iuuenum corrigere, & eos in diſciplina & in officio continere, ſtudioſè ac diligenter curet. *Qualis Guardianus Seminario præficiendus.*

Ex eiſdem. Hos autem iuuenes, vt commodiùs ſtudijs vacare, & in liberalibus diſciplinis faciliùs proficere poſſint, ab oneribus extra Conuentum ſubeundis; pręter quęſtam frumenti, tritici, ac vini; & vniuerſos, & ſingulos omnino eximimus. *Iuuenes Seminarij à quibus eximantur.*

Ex eiſdem. Vt verò ſanctę orationis & deuotionis ſpiritum nōn extinguant, cui cętera temporalia deſeruire vel maximè debent; preter diuinum Officium die noctúq; in Eccleſia debitè perſoluendum, & orationem vnius horę ſpatio ad Conſtitutionis pręſcriptum quotidie fiendam; ſeptem quoq; pſalmi pœnitentiales ſingulis diebus, hora competenti, iuxta probatam ac piam Religionis noſtrę conſuetudinem, ab *Quibus item obligentur.*

eiſdem integrè ac deuotè recitentur. Quibus recitandis, & diuino officio, & orationi nemini omnino abeſſe liceat, niſi neceſſitas coegerit, Pręſidi Magiſtroue probata. Qui verò in ijs deliquerit dignis pœnis afficiatur, Superioris arbitratu.

Seminaria cõmuni Locorũ contributione alenda.

Pro huiuſmodi autem Collegij ac Seminarij inſtitutione, & pro alenda iuuentute, alijsq; ſumptibus pro tam pij operis progreſſu & conſeruatione fiendis, ſinguli ſingularum Prouinciarum Conuentus in ſingulos annos eam contributionis portionem ſoluant, quam Prouinciales ipſi vnà cum Diffinitoribus arbitrati fuerint. Ex eiſdem.

Morientium Fratrum ſpolia Seminarijs applicata.

Huic etiam Seminario & inſtituendo, & conſeruando applicari volumus & decernimus; prout præſenti Conſtitutione & Decreto applicamus; omnia & ſingula fratribus ex hac vita decedentibus ad vſum conceſſa; donata quoq; etiam intuitu perſonæ; ab eiſdem acquiſita, vel quomodocunq; relicta; præter libros, de quibus diſponendum eſt prout infra cauetur. Ex eiſdem.

De applicatis Seminario quid agẽdum.

Quare nemini omnino liceat quacunq; de cauſa, vel quouis prætextu, aut quæſito colore, ſub graui ſuſpenſionis pęna, & alia grauiori etiam, ipſorum Patrum iudicio atq; arbitrio contrafacientibus infligenda, ex eis quicquam vel minimum quidem, dare vel accipere: ſed omnia & ſingula diligenter ac fideliter per Superiores Locorum vnà cum Patribus Diſcretis in inuentaria referantur, primo quoq; tempore Diffinitorij Patribus exhibenda. Ex eiſdem.

Applicata Seminario per quos, & quomodo diſponẽda.

Ex ipſis autem Diffinitorij Patribus, communi conſilio & conſenſu, duo deligantur, quibus mobilia prædicta integrè aſſignentur: Et ea ad communem Seminarij vſum & vtilitatem diſtribuere, diſponere, diſpenſare, & modis licitis diſtrahere eiſdem Patribus delectis, vnà cum Prouinciali, & Seminarij ipſius Guardiano liceat, prout opportunius & vtilius videbitur, dummodo nihil eorum vendatur; quod expreſsè omnino prohibemus. Ex eiſdem.

Ratio de applicatis Seminario reddẽda.

De quibus omnibus ipſi Patres delecti, ſemel aut bis in ſingulos annos, vniuerſis Diffinitorij Patribus, Prouinciaium iuſſu ſimul in vnum congregatis & coactis, rationem exactiſſimè, ac diſtinctè reddere teneantur: vt nullus vel fraudi, vel ſuſpitioni locus ſit, aut eſſe poſſit: ſed ſuper inde opportunè quidem, ac prouidè per omnia prouiſum, atq; proſpectum eſſe videatur, ac re vera ſit. Ex eiſdem.

De Cle-

De Clericis, qui ſacris initiandi ſunt.

Ex Cōc.Trid. ſeſſ. 23. Et ex Conſt.Sixti V.

CVM de ſuſcipiendis Ordinibus agitur, illud vel in primìs admonendum neceſſariò ducimus, vt quæ & ſacra Tridentina Synodo, & Sanctionibus Apoſtolicis, præſertim Sixti Quinti Summi Pontificis, eo de genere præſcripta ſunt, exactè quidem, atque omnino inuiolatè ſeruentur. Seruanda in ſuſcipiēdis Ordinibus.

Ex Neap.cap. xx.

Preterea qui ſacris initiandi ſunt Clerici, ad Ordines promoueri nequeant, niſi primùm de eorum integritate ac probatis moribus, per Guardianum & Diſcretos eius Loci, in quo de familia commorantur, teſtatum ſit, idq; de ſcripto &. Guardiani, & Diſcretorum propria manu obſignato, ſub hac forma, videlicet. Teſtimonium promouēdis ad Ordines neceſſarium.

Ex Valliſolet. 1593.

Nos infraſcripti Guardianus, & Diſcreti Conuentus N. N. fidem facimus, & ſincerè atteſtamur in Domino, fratrem N. N. Clericum profeſſum, iam in hoc ipſo Conuentu per annum & ampliùs de familia commorantem, quo tempore nobiſcum diuerſatus eſt, & probitatis exempla dediſſe, & religioſè ac laudabiliter vixiſse, & in Ordine N. N. per annum ſe deuotum, ſedulum, pium, atque omnino diligentem præbuiſſe; ac propterea non indignum nobis videri, qui ad ſacrum N. N. Ordinem promoueri poſſit. In quorum fidem, præſentibus propria manu ſubſcripſimus. Die &c. Quòd ſi nullis adhuc initiatus ſit Ordinibus, dicatur. *In Eccleſia per annum deuotè, ſedulò, piè, atque omnino diligenter ſeruiſſe &c.* Atteſtationis formula.

Ex Neap.cap. xx.

Præter hoc autem per Patres, ad id capitulari auctoritate, ſpecialiter deputatos, diligenti examine præuio, & doctrina, & aliàs idonei antea probentur: Quos preterea Prouinciales Miniſtri, aut per ſe ipſos, aut per alios, quos iudicauerint idoneos, iterum diligentiùs examinare teneantur. Qui ordinari debent, examinandi: & per quos.

Ex eiſdem.

Quocirca vt in Prouincialibus Capitulis quibuſque Prouinciales Miniſtri, è ſua quiſque Prouincia, viros aliquos & doctrina, & morum grauitate probatos, communi Patrum conſilio & conſenſu delectos, in vno pluribuſve locis, prout opportunius videbitur, examinatores collocent, id ſanè ſtatuimus & iubemus, ſub pœnis, Superiorum arbitrio, negligentibus omnino ſubeundis. Examinatores quomodo deputandi.

Illud

Examinatores quot eſſe debeāt, & quæ inquirere.

Illud verò, vel in primìs admonemus, vt Examinatores eiuſmodi, ſi fieri poteſt, quatuor, treſve, aut duo vel minimùm ſemper ſimul collocentur. Quibus in obeundo munere huiuſmodi hęc primùm diligenter inquirenda ſunt. Ex eiſdem.

1 *An examinandus ſcriptum probitatis ſuæ teſtimonium, vt præſcriptum eſt, habeat?*

2 *An ſit ætate legitima; nimirum aut ſacri Concilij Tridentini Decretis, aut Conſtitutionibus Apoſtolicis, vel regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis præſcripta?*

3 *A quo præterea Epiſcopo Confirmationis Sacramentum, vel, ſi iam ſacris initiatus ſit, priorem Ordinem ſuſceperit?*

4 *Quo item loco & tempore? & an ſuſcepti iam Ordinis teſtimoniales habeat?*

5 *An in adminiſtrando ſuſcepto iam munere, per annum ſaltem integrum laudabiliter ſe geſſerit?*

6 *An futuri muneris ſuſcipiendi naturam, & partes omnes vel optimè calleat?*

7 *An cum ætate & doctrina ſimul accreuerit?*

8 *An ab omni cenſura liber ſit?*

9 *An aliquo corporis defectu, aut aliàs inhabilis exiſtat?*

De quibus omnibus & ſingulis, ſi opus fuerit, ſcriptis teſtimonijs fide dignis edoceat.

Ordinandorũ eruditio exploranda.

Quibus actis, viſis, lectis, auditis, & examinatis diligenter, doctrinæ illius periculum, propoſitis punctis plùs minuſve, prout eiſdem videbitur, diligenti examine faciant. Ex eiſdem.

Approbatio Ordinãdorum quomodo faciẽda.

Quòd ſi ad opportunas interrogationes rectè reſponderit, & nihil canonicum obſtare cognouerint, approbationis teſtimonium, duorum ſaltem Examinatorum propria manu obſignatum, ſub infraſcripta forma ei dent. Ex eiſdem.

Approbationis forma.

Frater N. N. Clericus profeſſus, moribus & vita probatus, ætatis annorum N. Religionis verò N. ab Epiſcopo N. N. die N. prima tonſura ritè initiatus, doctrina & aliàs idoneus repertus, ad quatuor minores Ordines admitti poteſt. In quorum fidem &c. In Conuentu N. N. die N. Ex eiſdem.

Approbati ab Examinatorib. quid facere debeant.

Quod approbationis teſtimonium Examinatus ad Prouincialem afferat, in Prouinciali Archiuio ſeruandũ. Prouincialis autem pro ſua prudentia, ſi ita expedire eidem videbitur, ſcriptum eiuſmodi, cum eo libro quem Sixtus Quintus Pontifex Maximus, de annotandis Nouitijs conficiendũ decreuit, & cum alijs ſcripturis, prout opportunum cenſuerit, Ex eiſdem.

dili-

diligenter cõferat: ac præterea in librum alterum ad vſum eiuſmodi ſpecialiter deputatum, ſingula referenda curet: vt vel ſic nulla in poſterum errandi occaſio relicta ſit, vel eſſe poſſit.

Ex eiſdem.

Dimiſſoriales literæ Ordinãdis quomodo dandæ.

Sine præfato autem approbationis teſtimonio, Prouincialis licentiam, aut dimiſſorias (quas vocant) literas, pro ſuſcipiendis Ordinibus nemini det, ſub pœna Superioris arbitrio taxanda: Neque præterea, niſi per ſe aut per alios, vt ſuprà cautum eſt, diligenti examine præuio, idoneos antea repererit.

Ex Vallisolet. 1593. Et ex Concil. Trid. ſeſ. xxiij. cap. xj. & xiij.

Interſtitia in concedendis, & ſuſcipiẽdis Ordinibus ſeruanda.

Qui autem nondum Confirmationis Sacramento muniti ſunt; ac præterea qui à ſuſcepto Minorum Ordinum postremo gradu ad Subdiaconatũ, & à Subdiaconatu ad Diaconatum, & à Diaconatu ad Presbyteratum, per annum integrum non permanſerint; ij ad prædictos Ordines promoueri non poſſint: vt in ſuſceptis Ordinibus præſcripto tempore deſeruiant, ac vel ſic & cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accreſcat; quod & bonorum horũ exemplum, & aſſiduum, deuotum, ac pium in Eccleſia miniſterium, ac maior erga ſuperiores Ordines reuerentia, & crebrior, quàm antea ſacra Corporis Chriſti Domini communio comprobabunt, vt & Sacra Tridentina Synodo, & Sanctionibus Apoſtolicis iam ſanctè cautum eſt.

Ex Vltramõt. cap j. Et ex Salmant. cap. ij. Et ex Rom. 1587. Et ex Valliſolet. 1593.

Ad Ordines ſacros ſuſcipiẽdos, quando qs. poſſit admitti.

Neque præterea cuiquam ante biennium à profeſſione ſolemniter emiſſa, vt ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem promoueri poſſit, licentia detur; neque pro Sacerdotio ante quinquennium; niſi in ſacris iam fuerint, cùm probationis habitum ſuſciperent. Qui contrafecerint Miniſtri ſuſpendantur Officio, vel etiam priuentur, Superiorum arbitratu. Quòd ſi aliquando id neceſſitas poſtulauerit, non niſi de Miniſtri, aut Generalis Commiſſarij licentia fieri poſſit.

Ex Neap. cap. xx. Et ex Cap. Vnico. De Cleric. prom. per ſaltum. Et de eo, qui Ordinẽ furtiuè ſuſcepit. per to tum. Et ex Cõſt. Iul. II. & Sixti V.

In Ordines, Ordinumq; fũctiones temere intruſi quomodo puniendi.

Qui verò ſine licentia eiuſmodi, literisve dimiſſorijs, aut furtiuè, ſiue per ſaltum ad Ordinem quempiam promotus fuerit, aut in ſacris Subdiaconatus vel Diaconatus Ordinibus ſolemniter ſe ingeſſerit, antequàm illis ipſis inſignitus ſit; is vltra pœnas à iure Statutas, ab executione ſuſcepti iam muneris, ex Decreto Iulij Secundi Sũmi Pontificis ſuſpẽſus, ſpe quoque futuri muneris decennio careat, ac præterea grauiùs ét puniatur ad Cõſtitutionis Sixti Quinti præſcriptum.

Qui

Ordinis ſuſcepti quæ teſtimonia habenda: Et quid de illis agendum.

Qui autem & doctrina, & morum grauitate, & vitæ merito idonei, ad minores vel maiores Ordines, Superiorum conceſſu, legitimè admiſſi & promoti fuerint, mox eius Ordinis quem ſuſceperint, teſtimonium Epiſcopi, à quo promoti ſunt, vel ſaltem Guardiani eius Loci, vbi Ordinem ſuſceperint, authenticum, ſigilloq; munitum ad Prouincialem afferant: alioquin ab executione iam ſuſcepti muneris ſuſpenſi ſint, quouſq; ſufficienter de ueritate conſtiterit. Teſtimonium verò eiuſmodi in certum librum, Prouincialis iuſſu referatur, atq; in Prouinciali Archiuio perpetuò ſeruetur.

Ex Vltramôt. cap. i. Et ex Valliſolet. 1593.

Ordinãdi quò debeant ad ſuſcipiẽdos Ordines mitti.

Illud etiam ſtatuimus, vt qui ſacris initiandi ſunt, vel ad quoſuis Ordines promouendi, intra cuiuſq; Prouinciæ limites arceantur; ac etiam præſente Epiſcopo, & ſacras Ordinationes celebrante, in eadem Diœceſi, in qua de familia commorantur, Ordines ſuſcipiant: vt vel ſic multis malis, & abuſibus ſalubriter proſpectũ, atq; opportunè prouiſum eſſe videatur, ac re uera ſit. Vbi verò Epiſcopus abfuerit, aut ſacras Ordinationes non celebrauerit, tunc ad alium mittere, & accedere liceat, dummodo intra fines Prouinciæ exiſtat.

Ex Valliſolet. 1593.

Suſcepti Ordinis executio quando cõceſſa, aut vetita.

Illud verò præcipuè etiam obſeruandum erit, vt nemo poſt ſuſceptos Ordines, in eorum executione ſe ingerat, quouſq; exactam ſacrarum cæremoniarum, & eorum omnium præterea, quę ad executionem eiuſmodi pertinent, cognitionem, ſtudioſè ac diligenter comparauerit; tumq; ex ſcripto Prouincialis conceſſu, cui ea de re ab aliquo rectè perito antea teſtatum ſit.

Ex eiſdem.

Oblationes pecuniariæ in nouis Miſſis vetitæ.

In Miſſis nouellis præterea, ſiue cantu ſolemniter, ſiue priuatim ſine cantu celebrentur, oblationes pecuniarias fieri omnino prohibemus, ſub pœnis contra proprietarios conſtitutis, & Sacerdoti nouam Miſſam celebranti, & Guardiano vel Superiori eius Loci, vbi id fieri contigerit, omnino ſubeundis.

Ex Salmant. cap. iiij. Et ex Valliſolet. 1593.

De Apoſtatis.

Et nullo modo licebit eis de iſta Religione exire, iuxta mandatum Domini Papæ:

quia

quia ſecundùm Sanctum Euangelium, nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei &c.

Ex Salmant. capit. ij. Et ex Conc. Triden. ſeſſ. 25. ca. iiij. Et ex Valliſolet. 1593.

Apoſtatare quid ſit.

CVM & antiquis, & modernis, ijsq; probatis, ac perpetuo vſu receptis Conſtitutionibus, declaratum ſit expreſſe, atque pro cōſtanti habeatur, eos omnes noſtri Ordinis fratres, qui contra obedientiam, vel ſine ſui Superioris licētia, cum habitu & ſocio, vel ſine vtroque, aut eorum altero, quouis prætextu, aut quæſito colore; etiam ad ſuos Superiores accedendi, vt ſacra quoque Tridentina Synodo cautum eſt; de Conuentu receſſerint, aut exierint, apoſtatas eſſe, & pro apoſtatis haberi debere, & apoſtaſiæ notam & pœnam incurrere: Cumq; multæ difficultates ſuperinde exortæ ſint; nec iuſtum quidem, nec rationabile omnino eſſe videatur, vt & qui leuiùs, & qui grauiùs, in eo genere, delinquunt, pari pœna puniantur; magis autem & iuſtitia requirat, & ratio vel maximè expoſtulet, vt iuxta menſuram delicti, ſit & plagarum modus: Idcirco hos de apoſtaſiæ nota gradus, ſeu genera, conſultò ponenda cenſuimus, ac maturè decernimus, videlicet vt apoſtaſia.

Ex Valliſolet. 1593.

Apoſtaſię ſex gradus.

Alia ſit leuis,	Alia grauis,
Alia leuior,	Alia grauior,
Alia leuiſſima:	Alia grauiſſima:

vt leuiores culpæ leuioribus pœnis purgentur, & grauioribus grauiores coerceantur, prout iuſtitiæ ordo requirit, & rationis rectitudo expoſtulat.

Ex eiſdem.

Quę leuis apoſtaſia.

Leuem itaque apoſtaſiam declaramus eſſe, quando quis ſine legitima Superioris ſui licentia, tacita vel expreſſa, Conuentum egreditur, & per diem naturalem extra commoratur.

Ex eiſdem.

Quę leuior.

Leuiorem autem, ſi de Superioris ſui quidem licentia exierit, ſed ſine licentia eiuſdem vel etiam in altero Conuentu, noſtri vel alterius Ordinis pernoctarit: niſi adeò vrgens neceſſitas interceſſerit, quæ illum, Superioris ipſius iudicio, meritò excuſet.

Leuiſ-

Quæ leuiſſima. Leuiſſima verò erit, quando ſine licentia expreſſa vel tacita, de Conuentu quidem egreditur; ſed tamen eodem die reuertitur. Ex eiſdem.

Quę grauis. Porrò grauem apoſtaſiam dicimus, ſi quis ſine Superioris ſui licentia, & contra obedientiam eiuſdem vel tacitam, (etiam ſub prætextu ad Superiores accedendi) exierit; ſed tamen ad Superiores non ierit, & extra obedientiam vel triduo permanſerit. Si verò ad Superiorem, rectà quidem, acceſſerit, de leui ſaltem apoſtaſia notetur. Ex eiſdem.

Quæ grauior. Grauior erit, ſi contra obedientiam ſui Superioris expreſſam, de Conuentu receſſerit (etiam ſub prætextu ad Superiorem accedendi, ad quem tamen non acceſſerit) & extra obedientiam, cum habitu vel ſine eo vel dies octo commoratus fuerit. Si autem Superiorem adierit, de graui ſaltem puniatur. Ex eiſdem.

Quæ grauiſſima. Grauiſſima verò erit, quando quis, timore Dei poſtpoſito, ac ſuæ ſalutis oblitus, Religionis habitum temere depoſuerit, & extra obedientiam perſeuerans, infra duos menſes culpam ſuam coram Prælato non agnouerit. Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1565.

Qui aliò eũt, quàm ſibi per facultatem liceat; aut aliunde; aut tempus præſcriptũ excedunt; aut ſoli ſine licentia incedunt; ſinguli apoſtatę. Declaramus præterea, quòd & qui Superiorum conceſſu aliquò proficiſcens, aliò, vel alia quidem via vadit, quàm ſibi per facultatem liceat, & qui tempus ſibi ex facultate præſcriptum exceſſerit, in apoſtaſiæ notam incurrit, aut leuem, aut grauem, vel grauiorem etiam, prout plùs, minuſue Superioris iudicio à recta declinauerit, aut preſcriptũ tẽpus ſine vrgẽti neceſſitate, Superioris iudicio probata, exceſſerit: ac itẽ qui ſine Socio de loco ad locũ proficiſcitur, niſi iuſta de cauſa id ſibi ſpecialiter, ſcripta facultate cõceſſũ ſit, apoſtaſiæ notã incurrat, aut graue, aut leue, Superioris iudicio librată. Ex Valliſolet. 1593. Et ex Neap. ca. xxvij.

Apoſtaſię pœna præſcribitur: & quia pęnis antiquis nõ ſatis adhuc illi proſpectum, ideo nouæ adduntur, & grauiores. His itaq; ita declaratis, & ſatis luculenter explicatis, nunc ſingulis apoſtaſiæ gradibus, ſingula pœnarum genera præſcribenda ſunt. Quia verò, etſi grauiſſimis pœnis in apoſtatas ab antiquis temporibus, in hodiernum vſq; diem animaduerſum ſit; vt eæ quidem in Generalibus Capitulis quibuſque ſemper aggrauatæ ſunt; non videtur tamen ſatis adhuc ſuperinde proſpectum, nec vſquequaque opportunè prouiſum: propterea volentes, quantùm cum Deo poſſumus, apoſtatis viam præcludere, & apoſtatandi vitium & petulantiam coercere; animarumq; ſaluti, Religionis honori, atq; vel in primìs diuinæ glorię, chriſtia- Ex Valliſolet. 1593. Et ex alijs pluribus videlȝ. Salmant. 1553. Aquila. 1559. Valliſolet. 1565. Romanis 1571. 1575. 1587. Pariſien. 1579. Neap. 1590.

chriſtiana charitate conſulere cupientes; manum agrauare cogimur: Et quidem non vt laqueos inijciamus, ſed vt magis laqueos ipſos diſrumpamus, atque ab eis, adiuuante Deo (ad quem ſolum mentis oculos dirigimus) Religioſorum animas eruamus.

Ex Salmant. cap. ij.

Apoſtatæ excõmunicantur.

In primìs igitur, omnes & ſingulos noſtri Ordinis apoſtatas excommunicamus, Et ex Decreto prӕſentis Statuti, anathematis vinculo innodamus, auctoritate Apoſtolica ſuper hoc nobis conceſſa, prout ex ſequenti Priuilegio patet.

Ex Monum. Ord. fol. 37.

Auctoritas excommunicãdi apoſtatas.

Innocentius Papa Quartus &c. Vt apoſtatas, & inſolentes veſtri Ordinis, niſi veſtris ſalubribus monitis acquieſcant, excommunicare, ligare, capere, & carceri mancipare, ſi videbitur expedire, poſſitis, auctoritate præſentium liberam vobis concedimus facultatem.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Vltramõt. cap. vj. Et ex Ro. 1575. Et ex Pariſien. 1579.

Apoſtatę pro excommunicatis quomodo denunciãdi. Et quid poſt eorũ apoſtaſias tum Guardiani facere debeãt, tum Miniſtri.

Prӕterea Guardiani, ſeu Locorum Superiores, quocũque nomine vocentur, prima refectione immediatè ſequenti, illos coram fratribus capitulariter congregatis, ad aliorum terrorem, & præſeruationem, pro excommunicatis publicent & denuncient: idq; ſingulis ſextis ferijs primi menſis eorum apoſtaſiæ: ac ſtatim Prouincialem admoneant, vt eius iuſſũ, de apoſtaſia eiuſmodi mentio fiat in libro, ad hoc ſpecialiter inſtituto: vt ſi apoſtata redire diſtulerit, & apoſtaſiæ tẽpus non ignoretur, & pœnam pro apoſtaſia ſibi debitam, leuiorem vel grauiorem ſubeat, prout plùs minuſve in apoſtaſia permanſerit.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Rom. 1575.

Super criminibus apoſtatãtium Proceſſus formãdi, & ſeruandi.

Ac præterea ſi prӕter apoſtaſiam, aduerſus eum habeatur ſuſpitio criminoſa, Prouinciales Miniſtri in ſua quiſque Prouincia, opportunos Proceſſus formare, & de inditijs, & de crimine prætenſo inquirere diligenter curent: Proceſſusq; & ſcripturas eiuſmodi, in Prouinciali Archiuio ſeruent: vt in eius ſpontanea vel coacta reuerſione, in eum iuridicè procedi poſſit à quocunque eius legitimo Superiore, & non reportet beneficium ex culpa perpetrata. Id autem vt omnino inuiolatè ſeruetur, diſtrictè prӕcipimus, ſub priuationis Officij pœna, Prouinciali Miniſtro negligenti ſubeunda.

Ex Pariſien. 1579. Et ex Rom. 1571. Et ex Salmant. capit. ij. Et ex. Valliſolet. 1593.

Apoſtaſia quãdo Generalibus ſignificanda. Et Apoſtatę in alienis Prouin-

Quod ſi à ſuis Prouincijs apoſtatauerint, Generalem ſtatim de apoſtaſia eiuſmodi Prouinciales admoneant. Et ſi in alias Prouincias apoſtatæ abierint, ad proprias omnino redire cogantur. Quod ſi Prouinciales neglexerint, & ſi quos habent

cijs, Conuentibuſue, minimè retinendi.

habent apoſtatas, ad propria primo quoq; tempore non remiſerint; ſuis Officijs omnino priuentur. Nam expreſsè prohibemus, vt neq; Prouinciales in Prouincijs, neq; Locorum Superiores in Conuentibus apoſtatas retinere poſſint: quinimo eos ab apoſtaſia, vt infra cauetur, ſolemniter abſolutos, & per triduum in carcere detentos, ad propria cum litteris teſtimonialibus remittere debeant. Quod ſi neglexerint, Officio priuentur.

Apoſtata non aliò, quàm ad propria mittẽdus.

Nec uerò apoſtatas eiuſmodi ad Generalis præſentiam, neque ad Curiam Romanam, neq; ad alium locum, præterquàm ad propriam Prouinciam, licentiare aut mittere, cuique liceat, ſub eadem priuationis Officij pœna. Ex Valliſoleti 1593.

Apoſtata ad Generales, ſeu Curiæ Officiales accedente, quid faciendũ.

Si verò ad Generales Prælatos, vel Curiæ Romanæ Officiales, apoſtatas recurrere contigerit, & ab eis puniri, pœna illa pro apoſtaſia duntaxat, & non pro alijs defectibus, per eos admiſſis, intelligatur inflicta. Nam pro alijs defectibus, ad proprios eorum ordinarios Prælatos, qui ipſorum cauſas & demerita meliùs agnoſcunt, puniendi remittentur: niſi fortè ab eiſdem Generalibus, rationabili de cauſa, ſuper alijs defectibus, de poteſtatis plenitudine, eos puniri contigerit. Ex Valliſolet. 1593. Et ex Salmant. cap. ij.

Facultas egrediendi limites Prouinciæ, aut Conuentus, Superiori ante ipſum egreſſum oſtendenda.

Nemini præterea, ſub cuiuſuis obedientiæ, aut licentiæ, à Superioribus Prælatis obtẽtæ, prætextu, aut Conuentus, aut Prouinciæ limites egredi liceat, ſub grauis apoſtaſiæ nota, ipſo facto incurrenda, niſi prius aut Prouinciali Generalis licentiam, aut Superiori Locali Prouincialis obedientiam oſtenderit, & ab eo recedendi benedictionem acceperit. Quòd ſi Prouincialem in remotis agere cõtigerit, ita quòd eius præſentia facilè haberi non poſſit, & negotium, pro cuius expeditione iter facturus eſt, vrgeat, ac Superioris Loci iudicio, dilationem non patiatur; tunc locali Prælato licentiam, ſeu obedientiam eiuſmodi, coram teſtibus oſtendat, & Prouincialem ipſum, de ſuo receſſu per literas admoneat. Porrò vt primum in Prouinciam redierit, Prouinciali reditum, ſaltem per literas, ſignificet. Ex Salmant. ca. ij. Et ex Valliſolet. 1593.

Superiori locali extra queſtã mittere non licet.

Superiori locali prǫterea, fratres ſuos extra Conuentus ſui limites, ſeu quæſtam, mittere, aut licentiare ne liceat, niſi ex ſpeciali Superioris facultate, id ſibi conceſſum ſit. Contra ſi fecerit Officio priuetur: & qui cum licentia eiuſmodi abierit, de leui ſaltem apoſtaſia notetur. Ex eiſdem.

Qui

Ex Salmant. cap. ij.

Generalis licentia ad iter agendum, quãdiu valeat.

Qui autem à Generali, extra Prouinciam eundi, licẽtiam obtinuerit, eam infra duorum menſium ſpatium, debitæ executioni demandare teneatur: quo termino tranſacto, licentia eiuſmodi nulla ſit: & propterea qui ea vti voluerit, apoſtaſiæ notam incurrat, aut grauem, aut grauiorem, Superioris iudicio, pro grauitate delicti, & perſonarum qualitate, de Diſcretorum conſilio, taxandam.

Ex eiſdem.

Commiſſionalibus obedientijs tẽpus haud præſcriptum.

Hoc tamen Decreto, eos excipimus, qui à Generalibus Commiſſarij mittuntur: nam Commiſſiones eiuſmodi qui acceperit, eas opportuno tempore, nullo termino præſcripto, exequi poterit, prout ab ipſis Superioribus demandatum fuerit.

Ex eiſdem:

Obedientiæ à Superiorib. localibus requirendæ: ab hoſpitibus oſtendendę.

Et vt apoſtatarum cognitio faciliùs haberi poſſit, nullus fratrum, quicunque ſit, in quouis Conuentu recipiatur hoſpes, niſi aut obedientiales literas, aut licentiam, Locorum Superioribus, quocũque nomine vocentur, primùm oſtenderit: niſi Pater ſit adeò grauis, vt de eius perſona nullatenus dubitari poſſit. Id qui prætermiſerit Loci Superior, Officio priuetur, Superioris arbitratu.

Ex Neap. cap. xxix.

Apoſtatæ ſolẽniter abſoluendi.

Apoſtatæ omnes, cùm ad obedientiam & pœnitentiam redierint, modo & forma ſequenti, in Communitate ſolemniter abſoluantur.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Abſolutionis eorum ordo, & modus.

Fratribus, Superioris iuſſu, capitulariter congregatis, ſuiſq; locis ordine ſtantibus, apoſtata coram eis Conſtitutus, & genuflexus, flagella, diſciplinæ nomine, ſibi adhibeat, ac pſalmum. *Miſerere mei Deus &c.* Totum recitet. Quo finito, qui præeſt dicat.

Kyrie eleyſon. Cæteris reſpondentibus. *Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon*. Et dicto *Pater noſter* ſub ſilentio, intelligibili voce ſequentes verſus dicantur, cum ſua Oratione.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem*. ℟. *Sed libera nos à malo*.
℣. *Saluum fac ſeruum tuum*. ℟. *Deus meus ſperantem in te*.
℣. *Eſto ei Domine turris fortitudinis*. ℟. *A facie Inimici*.
℣. *Domine exaudi orationẽ meã*. ℟. *Et clamor me⁹ ad te ueniat*.
℣. *Dominus vobiſcum*. ℟. *Et cum ſpiritu tuo*.

Oremus.

DEVS, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum N. N. quem apoſtaſiæ

ſententia ligat, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde idem ipſe Pręſes apoſtatam abſoluat, ſub ſequenti forma.

Abſolutionis forma.

AVCTORITATE Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Prælatorumq; noſtri Ordinis, mihi in hac parte commiſſa, ego te abſoluo ab hoc vinculo Excommunicationis, quo teneris & ligaris per apoſtaſiam: & reſtituo te ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium: diſpenſando tecum in omni ſententia irregularitatis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi qua exinde innodatus teneris. In nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. — Ex Neap. ca. 29.

Pœna leuiſſimę apoſtaſiæ.

Quibus peractis, imponatur ei pęnitentia, pro apoſtaſiæ qualitate; nimirum pro leuiſſima, vt prima vice vno die carceri mancipetur, & ſuffragiorum iure per annum careat. Pro ſecunda vice eiuſmodi pœna duplicetur. Et ſic deinceps aggrauatis vicibus puniatur. — Ex Valliſolet. 1593.

Pęna leuioris.

Pro leuiori verò, biduo carceri, pro prima vice, mancipari debeat, ac biennio actiua & paſſiua voce priuatus exiſtat. Pro ſecunda vice pœna duplicetur. Ac deinde aggrauetur vt ſuprà. — Ex eiſdem.

Pœna leuis.

Pro leui autem, pro prima vice triduo incarceretur, ac ſuffragiorum iure triennio careat. Pro ſecunda & tertia vice multiplicetur pœna; ita vt, ſi in hoc frequentiùs inciderit, de grauiori, vel grauiſſima etiam, quandoq; puniatur; ut dum augetur culpa, augeatur & pœna, pro frequentiore incurſu, vel apoſtatantium contumacia. — Ex Salmant. ca. ij. Et ex Valliſolet. 1593.

Pęna grauis.

Porrò pro graui apoſtaſiæ nota, pro prima vice apoſtata triduo carceribus mancipetur, ac pane & aqua ieiunet, omniq; ſuffragiorum iure triennio careat. Pro ſecunda vice, pęna eadem duplicata, probationis caputium tribus menſibus deferat, & vltimum locũ inter oēs ſui ordinis profeſſores teneat. Pro tertia verò vice, præter prædictas pęnas, de grauiori puniatur. Si frequenter in id ipſum incidere conſue- — Ex eiſdem. Et ex Salmant. capit. ij.

uerit,

uerit, de grauiſſima puniendus erit.

Ex Aquilanis 1559 Et ex Valliſolet. 1565. & 1593.

Pro grauiori autem apoſtaſia, pro prima vice trimeſtri carceri mancipetur; quo tempore ſingulis hebdomadibus, pane & aqua tribus diebus ieiunet, ac præterea ſexta feria, coram fratribus capitulariter congregatis, flagella diſciplinæ nomine, ſibi adhibeat, ac pſalmũ. *Miſerere mei Deus &c.* totum recitet, humiq; genuflexus, panem & aquam tantũmodo, comedat & bibat; ac deinde omni ſuffragiorum iure ſexennio priuatus ſit. Pro ſecunda vice, pęnæ eiuſmodi duplicentur, ac pręterea probationis caputium per annum integrum deferat; quo tẽpore inter omnes ſui ordinis profeſſores, vltimum locũ teneat, & vtenſilia lauet. Pro tertia verò vice, omni ſuffragiorum iure perpetuò careat, probationis caputiũ triennio integro deferat; quo tempore ſingulis ſextis ferijs, diſciplinam faciat, ac humi genuflexus in Communitate, pane & aqua ieiunet, vltimum locum inter omnes teneat, vtenſilia lauet, & pro carceribus Conuentũ habeat; vt vel ſic Conuentui adiumento ſit, & non grauamini; nec vnquam egredi permittatur, niſi publicę proceſſionis, vel vtilitatis cauſa. Quòd ſi quis adeò petulãs fuerit, vt in id ipſum rurſum incidere non vereatur, pro modo culpæ, augeãtur & pęnæ; ita vt, ſi videbitur, ad triremes etiam mittatur.

Pœna grauioris.

Ex Valliſolet. 1565. & 1593.

Pro grauiſſima verò apoſtaſiæ nota, qui primò inciderit, is trimeſtri carceri mancipetur, ac triẽnio integro probationis caputium deferat; quo tempore ſingulis ſextis ferijs coram fratribus, in Cõmunitate congregatis, diſciplinam faciat, ac humi genuflexus, pane & aqua, ſine caputio ieiunet; omnium ſuffragiorum iure decennio careat; quo tempore inter omnes ſui ordinis profeſſores vltimum locũ teneat, vtenſilia lauet, & de Conuentu, niſi publicæ vtilitatis cauſa, nunquam egrediatur. Si autem ſecundò inciderit, omnes ſupradictæ pęnæ duplicentur, vel magis etiam augeantur, pro modo culpæ; vt iuxta menſuram delicti, omnino ſit & plagarum modus. Si verò quis adeò ſuæ ſalutis oblitus ſit, (quod Deus auertat) vt Sathanæ poteſtati traditus, tertiò apoſtatauerit, is velut incorrigibilis, Religionis habitu perpetuò priuetur, & ad triremes per decennium condemnatus mittatur: & ſi in ſacris fuerit, & ſuperuixerit, omnium ſacrorum Ordinum executione, perpetuò ſuſpenſus ſit.

Pœna grauiſſimæ.

Ex eiſdem.

Singuli verò apoſtatæ, poſt abſolutionem, corã fratribus capitu-

Poſt abſolu-

tionem, quid facere debeat apoſtata. capitulariter congregatis, vt ſuprà cautum eſt, ſolemniter factam, ſemper genuflexi, & ſine caputio, coram eiſdem, humi pane & aqua ieiunent. Et qui pœnas prædictas neglexerit, aut aliter apoſtatam abſoluerit, is Officio priuetur, vel grauiùs etiam puniatur, Superioris arbitratu.

In contumacem apoſtatam quid agẽdum. Quòd ſi quis apoſtatarum adeò impęnitens, & contumax fuerit, vt pœnas prædictas ſubire recuſet; is omnibus iuris & facti remedijs, etiam per cenſuras, grauiter coerceatur; inuocato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Ex eiſdem.

Superioris cuiuſque poteſtas in apoſtatas: Et cuiuſq; etiam fratris, cùm neceſſe. Declaramus præterea, Superiores quoſcunque, tum Prouinciales, tum Locales, ordinariam poteſtatem habere, excommunicandi, capiendi, & carcerandi omnes apoſtatas, etiam aliarum Prouinciarum, ad eorum Prouincias & Loca diuertentes: et in caſu neceſſitatis, etiam fratres alij facultatem habeant, apoſtatas noſtri Ordinis capiendi, vt Conſtitutionibus etiam Apoſtolicis cautum eſt. Ex Salmant. ca. ij. Et ex Vltramont. ca. vj. Et ex Valliſolet. 1593. Et ex Priuileg. Innocent. IIII.

Apoſtatarum euagatio à Superioribus tollenda. Caueant autem Prouinciales Miniſtri, & Locorum Superiores quicunque, vt non permittant apoſtatas, etiã aliarum Prouinciarum, in ſcandalum Ordinis, euagari: ſed eos, prout magis expedire videbitur, capiendos diligenter curent, ac in eos animaduertant, & cętera ſeruent, prout ſuprà ſtatutum eſt. Ex Valliſolet. 1593.

Qui hactenus in alienis Prouincijs commorati ſunt, ad proprias reuertantur. Et quia, vt multis abuſibus & incommodis occurratur opportunè, prudenter quidem cautũ eſt, quòd fratres forẽſes, quibuſuis de cauſis in alienis Prouincijs degentes, quamprimùm ad propria reuertantur, & nulla pręteritorum Superiorum Ordinis obedientia, ſiue licentia ſuffragetur eiſdem; propterea decernimus, quòd ſi id adimplere recuſauerint, vel etiam neglexerint, grauis apoſtaſiæ notam incurrant. Ex Neap. cap. xxviij. Et ex Valliſolet. 1593.

Incorporari ĩ aliena Prouincia, quomodo vetitum, cõceſſum ve. Nec de cętero cuiquam liceat, in aliena Prouincia incorporari, niſi natiuus fuerit eiuſdem: tumq; de vtriuſque Prouinciæ capitulari conſenſu: & quòd in ea, in qua incorporari quis cupit, biennio ſaltem commoratus ſit. Quòd ſi quis aliter incorporatus fuerit, eius incorporatio nulla cenſeatur: & præterea nullatenus deinceps incorporari poſſit: ſed ad propria omnino redire teneatur (niſi Generali Miniſtro aliter viſum fuerit) alioquin grauis apoſtaſiæ notam incurrat. Ex Neap. cap. xxviij. Et ex Pariſien. 1579. Et ex Valliſolet. 1593.

De veſtimentorum ratione, & qualitate.

Regula cap.ij.

Et illi, qui iam promiſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui voluerint habere. Et qui neceſſitate coguntur, poſſint portare calciamenta. Et fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: & poſſint ea repeciare de ſaccis & alijs pecijs, cum benedictione Dei. Quos moneo & exhortor, ne deſpiciant neque iudicẽt homines, quos viderint mollibus veſtimentis & coloratis indutos, vti cibis & potibus delicatis: ſed magis vnuſquiſque iudicet & deſpiciat ſemetipſum.

Ex quatuor Magiſtr. Et ex Declarat. Nic. III. & Clem. V.

IAM ſatis manifeſtè conſtat, & ex declarationibus Apoſtolicis, & ex quatuor Magiſtrorum ſententia, Superiores poſſe plura veſtimenta, & mantellum quoque fratribus concedere, ſecundùm loca, & tempora, & frigidas Regiones, prout eis videbitur expedire.

Supiores plura veſtimenta fratribus concedere poſſe.

Ex Cõc. Trid. ſeſſ. xxv. ca. j. & ij. de Reform. Et ex Salmant. capit. ij. Et ex Neap. c. viij.

Porrò illud animaduertendum eſt omnino, quòd, ſicut neceſſaria cuiquam denegari non debent, ſic & ſuperflua concedi non poſſunt. Quamobrem Prouinciales Miniſtri diligenter curent, vt & ſuperflua tollantur, & prouideantur neceſſaria.

Neceſſitas cõcedẽda: ſuperfluitas tollẽda.

Ex Valliſolet. 1593.

In neceſſarijs autem eiuſmodi, omnibus æquè, atq; opportunè prouidendis, & ſuperfluis tollendis, illud vel in primìs cauendum eſt, vt ab omni perſonarum acceptatione alieni appareant, ac re vera ſint.

Perſonarum acceptatio cauenda.

Ex eiſdem.

Neceſſariam tamen perſonarum rationem, pro ſingularum qualitate, & diuerſitate meritorum, ſemper habẽdam

Meritorũ, & qualitatum, ratio habenda.

eſſe, meminerint, prout paternæ charitatis, & diſcretionis ratio poſtulat.

Veſtimentorum ſingularitas euitanda, vniformitaſq; ſeruanda.

Cęterùm cùm Regula dicat, quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur; ne ab hoc ſalutari pręcepto, vel in dexteram ſuperſtitioſę ſingularitatis, vel in ſiniſtram vanæ curioſitatis declinare contingat; ac proinde turbatio, vel etiam diſſolutio in Ordine oriatur: conſultò decernimus, ac diſtrictè præcipimus, quòd fratres omnes taliter induantur exteriùs, quòd vniformitas veſtium conformitatem indicet animorum: Ita tamen, vt & panni vilitas ſtrictè ſemper ſeruetur, & monſtruoſę repeciationis deformitas prudenter euitetur. Ex Valliſolet. 1565.

Panni vilitas in quibus attēdi debeat.

Et quia veſtimentorum vilitas, in pretio pariter & colore ſemper attendenda eſt, in quibus aſperitas & paupertas relucere vel maximè debet; propterea ordinamus & decernimus, vt omnes talibus veſtimentis induantur, quòd neque de curioſitate argui, neque de ſuperſtitione notari meritò poſſint, ac debeant. Ex Salmant. cap. ij. Et ex Vltramont. c. iij. Et ex Valliſolet. 1565.

Super veſtimētorum qualitate, conſcientię Prælatorum aggrauantur.

Quia verò ſuperinde Summi Pontifices in declarationibus ſuper Regulam editis, Pręlatorum conſcientias aggrauant, idcirco diligenter curent, vt, quoad fieri poteſt, veſtimentorum vniformitas vbiq; ſemper ſeruetur. Ex Declarat. Nic. III & Mar. V. Et ex Valliſolet. 1593.

Caputij forma.

Ad maiorem autem conformitatem inter nos ſanctè retinendam, ordinamus & decernimus, vt caputij latitudo à lateribus, conum iuncturæ humerorum non excedat, neque à parte poſteriori, longitudo illius cingulum tranſcendat. Ex Salmant. capit. ij. Et ex Neap. cap. ix.

Habitus item:

Habitus verò longitudo talis ſit, quòd fratris illum deferentis menſuram nullatenus ſuperet: latitudo autem illius palmis decem & octo maior non ſit, nec minor quindecim eſſe debeat. Ex eiſdem.

Manicarum:

Manicarum longitudo extremam manuum iuncturam cooperiat, nec vltra protendatur: & earum latitudo circa manum paulò plùs, minuſve palmo vno ſit. Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Mantelli.

Mantellum autem non ſit rugatum vel criſpatum, ac ipſo habitu ſaltem palmo vno breuius ſit. Ex Valliſolet. 1593.

Qui formam prædictam nō ſeruauerint, reformādi, & puniendi.

Qui in prædictis aut omnibus, aut ſingulis ſecus fecerit, Prouincialis arbitrio reformetur, & omni ſuffragiorum iure triennio careat. Prouinciales autem, ſub priuationis Officij pœna, hæc omnia ipſi primùm inuiolatè ſeruent, Ex eiſdem.

& ab

& ab alijs omnino omnibus exactè ſeruanda, diligenter curent.

Ex Neap. c. ix. Vt verò nullus excuſationi locus ſit, aut eſſe poſſit, in omnibus Communitatibus, in quibus fratrum veſtimenta confici ſolent, Tabella, qua forma, tam habitus, quàm caputij & Mantelli, vt ſuprà cautum eſt, vulgari ſermone confecta, loco aperto & conſpicuo, perpetuò appenſa permaneat, ab ipſis Prouincialibus vel in primis, atque ab alijs omnino omnibus, ſub eiſdem pœnis ſeruanda. Tabella in Communitatibus appendenda, prædicta re ferens.

Ex eiſdem. Omnibus prætera & ſingulis diſtrictè præcipimus, vt eodem modo, eiſdemq; pannis in communi veſtiantur: & nullus, etiam ſub prætextu eleemoſynæ ſibi ab aliquo elargitæ, in particulari veſtiri poſſit: ſed eleemoſynam ipſam Procuratori Conuentus Apoſtolico, de ſcitu Guardiani aſſignādam curet, vt de panno communi cum alijs cōmuniter veſtiatur. Contra qui fecerit, ſuffragiorū iure ſexēnio careat. Eodem pāno, & eadē forma omnes fratres veſtiendi.

Ex eiſdem. Et ex Vallisolet. 1593. Vt autem hæc omnia ad unguem ſeruentur, & vniuerſis, & ſingulis, qui nunc veſtimenta ex panno vulgò Raſſetta, vel Saglia impannata, Bononienſi vel Mediolanenſi, aut etiam Matelicano habent, diſtrictè præcipimus, vt infra ſpatium ſex menſium ab huius Conſtitutionis euulgatione, veſtimenta eiuſmodi omnino relinquant, Superiorum arbitrio in vſus licitos conuertenda. Qui hoc neglexerit, prætermiſeritve, actibus legitimis triennio careat. De veſtimētis pretioſis (ſi quæ fratribus nunc ſunt) quid agēdum.

Ex Neap. c. ix. Qui verò in poſterùm ſimilibus pannis veſtiri auſerit, vltra pœnas prædictas, pannis eiſdem priuetur, ac præterea bimeſtri carceri mancipetur. Talia veſtimēta, in poſterùm ne fiant.

Ex eiſdem. Similiter qui modò habitus, & caputia, mantellumq; contra prædictam Conſtitutionis formam habent, cuiuſuis panni ſint, infra idem tempus, ſub eiſdem pœnis, ad eādem formam omnino reducere teneantur. Quæ nunc deformia ſunt veſtimenta, reformanda.

Ex Vallisolet. 1593. Quòd ſi ratio aliqua etiam iniri poſſet, vt in ſingulis Prouincijs, vnius coloris & pretij pannus inueniretur, ex quo vniuerſis fratribus veſtimenta fierent; & Regulæ noſtræ puritati, & fraternę Communitatis vnitati, opportunè quidem proſpectum, ac prouiſum ſanè videretur. Vnius coloris & pretij panni omnes, in tota quacunq; Prouincia deſiderantur:

Ex eiſdē. Et ex Declarat. Nic. III. & Clem. V. Quamobrem Prouinciales Miniſtri & Cuſtodes, quibus de fratribus induendis ſolicita cura eſſe debet, vt in vno pluribuſve locis, prout opportunius videbitur, communis pannus, ex quo vniuerſi fratres induantur, & honeſto Miniſtris, & Cuſtodibus veſtimentorū cura commendatur,

 pretio,

pretio, & decenti colore; qui cinericius ſemper ſit, vt & declarationibus Apoſtolicis, & Regularibus Sanctorũ Patrum Inſtitutis iam ſanctè cautum eſt; opportuno tẽpore conficiatur, pro eorum pietate, & Religionis zelo, ſtudiosè laborẽt.

Vbi emendi ſint pãni, à Prouincialibus ordinandum.

Illud verò vel in primis omnino ſeruetur, vt Locorum Superiores quicunque, ad pannum eiuſmodi pro fratribus induendis emendum, eò ſemper conueniant, quò per Prouinciales & Cuſtodes ipſos ordinatum fuerit, eiſdem ſub pœnis, ipſorum Prouincialium arbitrio taxandis. Ex Valliſolet. 1593.

Habitus & mãtelli conformitas.

Præterea vt in veſtimentis exterioribus; in habitu nimirum & mantello; quoad fieri poteſt, conformitas appareat, atque ad Patrum noſtrorum imitationem, vilitas, aſperitas, paupertasq́; vel in primis ſemper reluceat, id magnopere quidem cupimus, atque adeò mandamus. Ex Salmant. cap. ij. Et ex Vltramõt. ca. iij.

Cũ habitu, caputio, chorda, & femoralibus dormiendũ: Caputiũq́; ab habitu minimè ſit diſſutum.

Illud præterea etiam ſanctè cautum eſt, vt fratribus nunquam ſine habitu cum caputio, femoralibus, & chorda dormire liceat, niſi ægrè valetudinis cauſa; tumq́; de Medicorum Cõſilio, & Superiorum venia. Qui contrafecerit, corã fratribus capitulariter congregatis, humi ſine caputio genu flexus, pane & aqua ieiunet. Qua pœna puniatur etiam profeſſus quicunque, qui caputium diſſutum portauerit. Ex Salmant. ca. ij. Et ex Valliſolet. 1593.

Camiſiæ, anaclynteria, linteamina, caligæ, ocreæ, calcei, crepidæ, aliaq́; eiuſmodi, fratribus habere, ordinariè non licet.

Cũ verò ex declarationibus Apoſtolicis, & quatuor Magiſtrorum ſententia, manifeſtum ſit, quòd Superiores plures tunicas fratribus concedere poſſunt, conſequens eſt, ea de re antea dubitatum fuiſſe, an ſcilicet duas tunicas fratribus habere liceret; Et ideo, quod in ijs non eſt conceſſum explicitè, intelligitur denegatum expreſsè; ac propterea interulas ſiue camiſias, lineas vel laneas, de bombice vel cotono, linteamina, anaclynteria, caligas, ocreas & crepidas, ac alia generis eiuſmodi, quorum omnium vſum, & antiquis traditionibus, & Regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis ſemper vetitum fuiſſe legimus, fratribus habere non liceat. Ex Declarat. Nic. III. & Clemen. V. Et ex quat. Mag. Et ex Valliſolet. 1593.

Quæ ex ijs, omnino neceſſaria ſunt, ea cõcedi poſſunt.

Nihilominus cùm etiam, quod eſt omnino neceſſarium, neque iure naturæ, neque humanis legibus denegari poſſit, nec ſanè debeat, idcirco, & camiſias, & anaclynteria, & Linteamina quoque, crepidas, & calciamenta, fratribus infirmis concedi poſſe, pariter accepimus. Ex Valliſolet. 1593.

Sine licẽtia in ſcriptis, nemo prędictis vtatur.

Quamobrem Sanctorum Patrum veſtigia ſecuti, & antiquis Conſtitutionibus inhærentes, conſultò decernimus, Ex Salmant. ca. ij. Et ex Valliſolet. 1593.

vt

vt quicunque fratrum inuentus fuerit camiſijs vti, aut almutijs, vel linteaminibus, anaclynterijs, crepidis, caligis, calceis, ſine ſcripta Prouincialis Miniſtri facultate; is omni ſuſragiorum iure triennio careat. Et, ſi monitus non ſe correxerit, duobus menſibus carceri mancipetur, vel grauiùs etiam puniatur, Prouincialis arbitratu.

Ex Valliſolet. 1593. Quòd ſi vera neceſſitas verè interceſſerit, q̃ antea per Medicos decreta, & Prælatos diligenter examinata ſit; permittimus, vt qui neceſſitate eiuſmodi laborauerit, ea duráte, de licétia Prouincialis Miniſtri, & camiſijs, & almutijs impunè vti poſſit. Interea vero, veluti qui cõmunitatem ſequi minimè poteſt, nullo prorſus in Ordine, etiam Vicariatus, Officio fungi poſſit. *Quibus ſupra ſcripta cõcedi poſſunt: & qua lege.*

Ex eiſdem. In concedendis autem licentijs pro calceamentis, iuxta Regulam, manifeſtæ neceſſitatis tempore, & non aliàs vtique ferendis, caueant Miniſtri, vt licentias eiuſmodi pro magni frigoris tempore, vel ægrè valetudinis, aut itineris neceſſarij cauſa, tantummodo concedant. *Calceamenta quibus de cauſis concedi poſſint.*

Ex eiſdem. In eis locis prætereà, quæ Infirmariæ & Foreſteriæ vocantur, anaclynteria, crepidas, & linteamina; & hæc ipſa ſenibus quoque, qui quinquageſimum ætatis annum excedant; concedi poſſe permittimus. Qui alijs, vel aliter prædicta conceſſerit, permiſeritue, aut in prædictis delinquentes non punierit Prouincialis, Officio priuetur, Generalis arbitratu. Quam pœnam & Locorum Superiores ſubeant, Prouincialis arbitrio, ſi in illis ipſis deliquerint, aut delinquentes pro eorum poſſe non correxerint, vel ſaltem ea de re Prouincialem opportunè non monuerint. *Vbi, & quibus anaclynteria, crepidę, & linteamina cõcedi poſſint.*

Ex Salmant. cap. ij. In Sacriſtijs verò, ad Miſſas ter ſanctè celebrandas, & ſacra munera reuerenter obeunda, iuxta declarationes Apoſtolicas, & antiqua Ordinis Inſtituta, crepidæ ſemper ſint, & decentes, & opportunæ. *Crepidę in Sacrarijs habēdę.*

Ex Valliſolet. 1593. Cùm etiam inter cętera, quę ad veſtimenti rationem pertinent, fratribus neceſſaria, & cingulum, & femoralia, & calepodia item, eos habere oporteat; idcirco ne ſibi fratres ea comparare, aut prouidere, contra Regulæ puritatem cogantur, de illis ipſis Superiores Locorum, quocunque nomine vocentur, eiſdem omnino prouidere debent. Id verò perniciosè quidem ab omnibus ferè neglectum, moleſtiſſimè ferentes, decernimus, ac firmiter præcipimus, vt Superiores *Femoralia, & chordę, & calepodia fratribus prouidēda à Locorum Superioribus.*

tiores

riores huiuſmodi, fratribus & vniuerſis & ſingulis, ea ipſa omnino prouideant: ac Prouinciales Miniſtri deſuper inuigilent, eaq; opportunè prouidenda, diligenter curent. Qui id omiſerint, neglexerintve Locorum Superiores, Officio priuentur: & Prouinciales quoque, ſi & ipſi in eo defecerint, condignè puniantur, Generalis, vel Viſitatoris arbitratu: quibus cùm Viſitationes Prouinciarum obierint, de ijs ipſis vel in primis ſpecialiter, ac diligenter inquirendum eſt.

Femoralia, chordæ, Calepodiorum corrigię: ea omnia & ſingula, qualia eſſe debeãt.

Porrò vt femoralia eiuſmodi nõ rugata vel criſpa, ſed omnino ſimplicia, & iuxta veterem ac probatam Religionis noſtræ conſuetudinem fieri debeant, id ſanè præcipimus. Cingulum verò chorda ſit omnino rudis & ſimplex, omniq; curioſitate carens: quemadmodum & ipſas calepodiorum ſtreuetas ſiue corrigias, ſemper eſſe oportet. Aliter verò factas, tam chordas, quàm brachas, & ſtreuetas, ſiue corrigias ipſas omnino prohibemus, ſub pœnis Prouincialium arbitrio taxandis, locorum & temporum diuerſitate, ac perſonarum item qualitate debitè penſatis. Ex eiſdem.

Veſtimentorum curioſitas euitanda: aſperitas, vilitas, & paupertas amãda.

Illud præterea quod poſtremo loco, hoc ipſo de genere, nobis etiam monendum cenſuimus, atque etiam mandandum, eſt, vt Prouinciales ipſi primùm, ac alij fratres omnino omnes, ab omni veſtimentorum curioſitate abſtineãt, ita vt in veſtibus ipſis omnino omnibus nulla curioſitas appareat: ſed magis aſperitas, vilitas, & paupertas, vt ſuprà cautum eſt, ſemper reluceat, prout vel maximè decet pro Inſtituto, quod ſanctè profitemur. Ex eiſdem.

Repunta, bottoniq;, vt vocant, prohibentur: Et quare.

Nemini repunta, ornamentaq; nodoſa, bottonos vulgò vocata, deferre liceat, ſub pęna Prouincialiũ arbitrio taxanda: In quo ſi & ipſi quoque deliquerint, omnino puniantur, Generalis, vel Viſitatoris arbitratu. Non enim mala ſolùm, ſed & quæ mali ſpeciem habent, ſunt nobis vel in primis euitanda. Suﬃcit enim pręteritum tẽpus ad voluntatem gentium conſummandam in deſiderijs, & vanitatibus, &c. Nam dedecet plurimùm, vt qui vanitatem ſæculi iam pedibus calcaſſe videntur, illos ampliùs eius delicijs & vanitatibus delectari. Pudet Ægyptum reliquiſſe, & ad Ægyptiaca iterum aſpirare. Et ſanè ſpeciem ſcandali habet, hominem ſacco indutum, vlla prorſus vanitatis ſpecie delectari. Et quidem ſępe meminiſſe iuuabit verba magni illius ſerui

Ex Salmant. cap. ij. Et ex Valliſolet. 1593.
Ex j. Pet. c. iiij.
Ex D. Bern. in Cant.
Ex vita S. Hilarionis.

Dei,

Dei, ſuperuacaneũ eſſe munditias in cilicio quęrere. Quòd ſi munditias, quantò magis delicias & vanitates? Delectet igitur mentem magnitudo præmiorum, & non deterreat aſperitas veſtimentorũ. Magis autẽ & verbis,& factis vnuſquiſque verè oſtendat, ac ſtudioſè oſtendere curet, carnem ſuam crucifixiſſe cum vitijs & concupiſcentijs, ita vt cum Apoſtolo dicere poſſit. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo: vt vel ſic fideles populi glorificent Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Ex D. Gregorio.

Ad Galat. ca. vlt. Et ex i.Pet. cap. ij.

In ijs autem exactè omnino, ac ſtrictè cauendis Prouinciales Miniſtri, pro eorum pietate,& ſanctæ Religionis zelo, ad retinendam regularis vitæ diſciplinam,diligenter inuigilent, & in ijs, quæ ad veſtimenta fratrum attinent, nulla prorſus vanitatis indicia permittant: alioquin nouerint exactiſſimam & Deo, & Superioribus de ijs ipſis rationem illis eſſe omnino reddendam.

Ex Valliſolet. 1593.

Vanitatis indicia in veſtimentis, à Prouincialibus tollenda.

Poſtremò illud etiam cauendum eſt omnino, ne veſtes extraneas, religioſas vel ſæculares, aut clericales, etiam ſub ſpecie deuotionis,fratres induant: nec verò habitus, aut veſtes Ordinis, ſæcularibus quauis de cauſa, aut quouis modo accõmodent, niſi cum in mortis articulo,piæ deuotionis affectu,in eis ſepeliri elegerint.

Ex Salmant. cap. iij. Et ex Val.1593.

Extraneas veſtes induere, ſuasq; ſęculari bus, pterquàm ĩ mortis articulo, dare vetitũ.

Præſentationes autẽ laruatas, vana ſpectacula, choreas inanes,& Comœdias, Chriſtiana pietate & religioſa honeſtate,vt par eſt, magnopere deteſtantes, decernimus & ſtatuimus, vt fratres nullo vnquam tempore,etiam Carniſpriuij, etiam animi recreandi gratia, vel quauis alia occaſione vel cauſa, Religionis habitum exuant, ſęcularemue ſuperinduant, nec verò choreas ducant,Comœdias recitent,vana ſpectacula repræſentent, laruatas, aut etiam obſcœnas pręſentationes faciant, aut hęc ipſa vel maximè deteſtanda, ſpectatum accedant, ſub graui ſuſpenſionis pœna ipſo facto incurrenda,& alijs grauioribus, etiam priuationis Officij & ſuffragiorum iuris, & carceris denique, Superiorum arbitratu,contrafacientibus infligendis.

Ex Neap.cap. xxx.

Laruatæ pręſentationes, & vana ſpectacula euitanda.

De Tonſura.

ET quia Tonſura etiam ad honeſtum fratrum ornatum & habitum, & ad quandam religioſę mortificationis ſpeciem

Tonſuræ habita ratio: & quare.

ſpeciem pertinere videtur, idcirco hæc eo de genere ſtatuimus, & decernimus.

Radendi Fratres: & quãdo: & vbi: & quomodo.

Fratres omnes de quindena in quindenam radantur, vt aliàs ſanctè cautum eſt, & regulari obſeruatione, ac religioſa conſuetudine firmatum: ſed nemini prorſus ad ſęcularium tonſtrinas, hac de cauſa, quouis prætextu, aut quęſito colore accedere liceat: ſed omnes in tonſtrinis fratrũ radi teneantur. Qui contrafecerit, omni ſuffragiorum iure triennio careat. Qui autem caput vel occiput, & non barbam ſibi radi fecerint, vtſuprà, triennio priuentur. Quam pęnam & barbitonſores ipſi ſubeant, ſi contra præſentis Conſtitutionis præſcriptum, quempiam radere auſerint. Guardiani verò, qui fratres eorum curæ commiſſos, aut radere non fecerint, aut aliter quàm præſcriptum eſt, radi permiſerint, Officio priuentur. Ex Salmant. cap. ij. Et ex Neap. cap. xi.

Qui ſine periculo radi non poteſt, is quomodo tũdendus.

Quòd ſi quis aduerſæ valetudinis cauſa, Prouinciali antea probata, ſine graui & manifeſto ſanitatis periculo, radi non poterit; huic forficulis; ſed ita profundè, vt raſus omnino videatur; tundi liceat: ita tamen, vt nulla capitis, & barbæ diſparitas appareat, nec re vera ſit. Ex Neap. cap. xi.

Coronæ capitis forma, circuliq; laicorũ.

Capitis autem corona ad aures vſque pertingat: quæ latitudine quidem tres digitos communes nullatenus excedat. Laicis verò circulus in rotundum ducatur, ab auribus paululùm ſuprà, iuxta veterem ac probatam Religionis conſuetudinem. Contra qui fecerit laicus, pro prima vice probationis caputium tribus menſibus deferat, pro ſecunda verò actiua & paſſiua voce priuetur, vel grauiùs etiam puniatur, Prouincialis arbitratu. Quam pœnam & Clerici ſubeant, ſi contrafecerint. Sacerdotes verò pro eorum qualitate puniantur, Prouincialis arbitratu: qui vt hæc exactè quidem, atque inuiolatè ſeruentur, diligenter curet: rationem alioquin, ac pœnas, Generalis arbitrio, daturus. Ex eiſdem.

Biretum in loco patenti minimè deferendum.

Nemo præterea in loco communi, ac patenti, biretum in capite deferat: cùm Beatiſſimus Pater noſter Sanctus Franciſcus hoc vel maximè abhorreret, adeò vt ex diſcipulis eius, vnus tantummodo id fecerit, quem, veluti Iudam, damnatum eſſe legimus. Ex Salmant. cap. iij.

Dediui-

De diuino Officio.

Regula ca.iij.

Clerici faciant diuinum officium ſecundùm ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſię, excepto pſalterio, ex quo habere poterunt Breuiaria. Laici verò dicant vigintiquatuor Pater noſter pro Matutino: pro Laudibus quinque: pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona; pro qualibet iſtarum ſeptem: pro Veſperis autem duodecim: pro Completorio Septem: & orent pro defunctis.

Ex Ro. 1571.

A Pij V. pſcripto nõ recedendum, tam in recitãdo diuino officio, quàm in Miſſis dicẽdis.

QVOD de diuino officio nobis vel in primis grauiter commonendum cenſuimus, id eſt, quòd cùm illud ſecundùm ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ nobis dicendum ſit, à præſcripto Pij Quinti Summi Pontificis, nihil omnino varietur. Quod de Miſſis quoque & exactè quidem, atq; omnino inuiolatè etiam ſeruetur.

Ex Salmant. cap. iij. Rom. 1575. & 1587. Pariſien. 1579. Neap. ca. i. Valliſolet. 1593.

Ad officia diuina omnibus conueniendũ.

Ad diuinum autẽ officium, atque adeò ad omnes horas canonicas, die noctuq;, iuxta veterem ac probatam Religionis noſtrę conſuetudinem, in Eccleſia, piè ac ſanctè perſoluẽdas, fratres omnino omnes, quos rationabilis cauſa, Superiori probata, non excuſarit, opportunè conueniant.

Ex Valliſolet. 1593.

Vltimum cãpanę ſignũ nõ expectandum.

Nec verò vltimum campanę ſignum expectent, quod eſt manifeſtũ modicę pietatis & deuotionis indicium: ſed omnino ante horarum principia in Choro ſemper ſint, ad prępanda corda ſua Domino.

Ex Salmant. cap. iij. Et ex Neap. cap. j. Et ex Valliſolet. 1593.

Quibus ab officio diuino abeſſe liceat: & quando.

Ab officio diuino, in Eccleſia quotidie ter ſanctè celebrando, nemini prorſus abeſſe liceat, niſi quos Officij munus excuſarit, vel neceſſitas coegerit, aut cauſa legitima interceſſerit, quę Superiori antea probata ſit. Hoc tamen decreto Lectores excipimus, ac Prędicatores item, quo tempore actu legunt, vel prędicant: quos tamen vehementer hortamur in Domino, vt quantùm per occupationes licuerit, &

rit, & ipſi pro eorum pietate & religione, diuinis officijs intereſſe velint. Diebus autem feſtis Lectores, horę Tertiarum, & Veſpertinis officijs omnino interſint. Soléniori-bus verò feſtis, & ipſi, & Prędicatores etiam, Matutinis horis intereſſe teneantur, niſi illis diebus prędicent.

Vbi Matutinum media nocte recitari nō poteſt, quando recitandum.

Sicubi quandoque contigerit, vt Matutinum officiū, vel propter aeris intemperiem, vel aliam neceſſariam ob cauſam, Prouincialibus & toti Diffinitorio probatam, media nocte in Eccleſia recitari non poſſit; id ſaltem ſummo mane recitetur, ita vt in ortu ſolis vel circiter, Prima recitari poſſit. At verò nullo quouis tempore, poſt Veſperas vel Completorium, niſi ſtato illo ante Paſcha triduo, ac per totam Sanctiſſimi Corporis Chriſti Domini Octauam recitari liceat. Ex Valliſolet. 1593.

Officium paruum B. Virginis, quo tempore dicendum.

Officium quoq; Beatiſſimę Virginis Marię, quod paruum vocatur, illis ipſis diebus, quibus ex preſcriptis, aut vniuerſę familię, aut cuiuſque Prouincię regulis, dicendum eſt, illud in Choro omnino recitetur. Ex Apoſtolicis Pij V. Et ex Valliſolet. 1593.

Hora tertiarū cum Miſſa, & veſperæ quādo canendæ.

Diebus omnibus Dominicis, feſtiſq; alijs, ex preſcripto Eccleſię colendis, vbi ſex vel minimùm ſunt fratres, qui canendi vſum habeant, hora Tertiarum cum Miſſa, ac Veſperę item canantur. Ex Valliſolet. 1593.

Conuentualis Miſſa quotidie celebranda.

Conuentualis Miſſa, quæ officio diei ſemper omnino cōueniat, quotidie celebretur: nec vllo quouis pretextu, occaſione, vel cauſa prętermitti liceat. Ex Valliſolet. 1593.

In Feſto immaculatæ Conceptionis B. Virg. quod Officium recitandum.

In feſto prętere Immaculatę Conceptionis Deiparę, ſémperq; Virginis Marię, proprium eius officium; nempe. *Sicut lilium inter ſpinas &c.* ad formam tamen noui Breuiarij redactum; ex conceſſione Sixti Quinti Summi Pontificis, vbique recitetur, ac eius Octaua quoq; omnino celebretur. Ex Cōſt. Sixti V. Et ex Valliſolet. 1593.

Quod idē in feſtis Ordinis.

Dies feſti quoque Sanctorum Sanctarumq; noſtri Ordinis, cum ſuis Octauis & Trāſlationibus, vbique celebrentur. Ex Valliſolet. 1593.

Quod ſingulis quibuſq; quītis ferijs, nō impeditis.

Officium prętere Sacratiſſimi Corporis Chriſti Domini, ſingulis quibuſque quintis ferijs, duplici vel ſemiduplici feſto non impeditis, per totum annum, excepto Aduētus, & Quadrageſimę tempore, ſicut in eius octaua, nihil penitus mutato, ex Apoſtolica conceſſione, vbique celebretur. Ex eiſdem. Et ex conceſſ. Sixti V.

Calendariū in ſingulos annos conficiendum: & quale.

Ad hęc vt in ſingulis Prouincijs, atque adeò in vniuerſa familia, vnus ideq; omnino modus, eademq; forma ſit in recitandis diuinis officijs, Calendariū ad formā, ex calendario Ro- Ex Valliſolet. 1593.

tio Romano præſcriptam, in ſingulos annos, Prouincialium iuſſu, conficiatur opportunè, atque omnino diligenter: in eoq; etiam dies illi feſti, quos Chriſti fidelibus ſolemnes proponunt Epiſcopi colendos, accuratè notentur; vt illis ipſis diebus, & campanarum ſono, & officij ac Miſſarum celebratione cum Cathedralibus Eccleſijs fratres omnes omnino conueniant.

Ex eiſdem. Qui in ijs erratis deliquerit, aut eorum quicquam neglexerit, prætermiſeritue, grauiter puniatur, Superioris arbitratu, pro negligentiæ ratione, vel contumaciæ modo. Delinquentes in prędictis, puniendi.

Ex Salmant. cap. iij. Et ex Neap. cap. j. Et ex Valliſolet. 1593. Qui autem horis canonicis diurnis, pariterq; nocturnis, legitimè non impeditus abfuerit, is condignis pœnis afficiatur omnino, Superioris arbitratu, pro negligentiæ modo. Quòd ſi matutinis horis abfuerit, pro prima vice quinquies orationem dominicam, cum ſalutatione Angelica, prima refectione ſequenti, coram fratribus in Communitate, genibusflexis, & brachijs in modum crucis extenſis, dicere teneatur. Pro ſecunda vice, præter prædictam pœnam, diſciplinam quoque omnino faciat. Quòd ſi tertiò abfuerit, vltra prædictas pœnas, humi genuflexus coram fratribus vtſupra, pane & aqua ieiunet. Si verò negligens fuerit, vltra prædictas pœnas, omni ſuffragiorum iure triennio careat, & grauiùs etiam puniatur, Prouincialis arbitratu. Cui pœnæ ſubijciendus, qui horis canonicis nō interfuerit: Et Matutinis primò:

Ex Valliſolet. 1593. Quibus pœnis, vtſupra pariter puniantur, qui alijs horis, & præſertim veſpertinis, non interfuerint. Deinde alijs etiam.

Ex Neap. c. j. Et ex Valliſolet. 1593. Guardiani autem, qui pœnas eiuſmodi in delinquentes exequi neglexerint, eaſdem ipſi ſubeant, & Officio quoque priuentur, Prouincialium arbitratu: quibus vel in primìs de ijs ſpecialiter inquirendum eſt, & ſanè diligenter, cùm viſitationes obierint, & in delinquentes, ac negligentes eiuſmodi grauiter animaduertendum: alioquin & ipſi dabunt pœnas, Generalis, vel Viſitatoris eius arbitrio, taxandas. Pœnę prædictæ à Guardianis omnino infligendæ.

De di-

De diſciplina Chori, & recta canendi, & pſallendi ratione.

Ad diuinas laudes, diu noctuq; conueniendum.

AD diuinas laudes vel altiſſimè canendas, & ad diuina Officia ter ſanctè celebranda, & omnino ad pſallendum ſapienter in Choro, modulatis vocibus & organis, in conſpectu Angelorum, Domino, die noctuq; omnes conueniant quàm diligentiſſimè, pſallentes mente, pſallentes & ſpiritu, canentes in vocibus, exultantes in cordibus, in hymnis & canticis ſpiritualibus Deo gratias agentes, & pſallentes in vnum, quoniam benignus & ſuauis eſt Dominus, quoniam in ęternùm miſericordia eius. Ex Valliſolet. 1593.

Quomodo in Eccleſiam intrandum.

In ingreſſu autem Eccleſię, hęc ante omnia vna ſit communis cogitatio, intentio communis, communis oratio. *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo Domine.* Ex eiſdem.

Quomodo Sãctiſſimum Sacramentum in primo ingreſſu adorandum.

Deinde recto itinere ad ſcalas altaris Domini, vbi diuiniſſimum Euchariſtię Sacramentum aſſeruatur, accedant, & ibi demiſſo capite, vtrunque genu flectãt, conuerſaq; ad Sanctuarium Dei & facie & mente, pręcelſum illud Corporis Domini Sacramentum, in abſcondito tabernaculi ſui, tãquam in Papylione Regem omnium Regum maximum, fide pura & confeſſione, atque oratione deuota, colant, adorent, & orationem dominicam dicant. Ex eiſdem.

Quomodo ante illud orandum.

Poterit ẽt vnuſquiſque, prout opportunius videbitur, & propria cuique deuotio ſuaſerit, piè quidem orare elegantiſſimo illo ſimulq; pijſſimo Sancti Thomę Aquinatis, verè Doctoris Angelici, rithmo. Ex eiſdem.

Richmus D. Thomę, in adoratione Sãctiſſimi Sacramenti.

Ex opuſculis ipſiuſmet D. Thomę.

Adoro te deuotè, latens Deitas,
Quę ſub ijs figuris verè latitas.
Tibi cor meum ſe totum ſubijcit:
Quia te contemplans, totum deficit.
Viſus, guſtus, tactus in te fallitur:
Sed auditu ſolo tutè creditur.
Credo quicquid dixit Dei filius:
Nihil, veritatis hoc verbo, verius.
In cruce latebat ſola Deitas:
Sed hîc latet ſimul & humanitas.

Ambo

Ambo tamen credens, atque confitens,
Peto, quod petijt latro pœnitens.
Plagas, ſicut Thomas, non intueor:
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magis credere,
In te ſpem habere, te diligere.
O Memoriale mortis Domini,
Panis verus, vitam præſtans homini,
Præſta meæ menti de te viuere,
Et te illi ſemper dulce ſapere.
Pie Pellicane, Ieſu Domine,
Me immundum, munda tuo ſanguine,
Cuius vna ſtilla ſaluum facere,
Totum mundum poſſet ab omni ſcelere.
Ieſu, quem velatum nunc aſpicio,
Quando fiet illud, quod tam ſitio,
Vt te reuelata cernens facie,
Viſu ſim beatus tuæ gloriæ. Amen.

Aut etiam orare quiſque poterit oratione illa deuota, eleganti, & pietate plena. **Alia Oratio, pro libito dicenda.**

Aue verum Chriſti corpus, natum de Maria Virgine,
Verè paſſum, immolatum in cruce pro homine,
Cuius latus perforatum, vnda fluxit ſanguine,
Eſto nobis prægustatum in mortis examine.
O dulcis, ò pie, ò Ieſu fili Mariæ. Amen.

Ex Vallisolet. 1593. Cùm autem ab oratione ſurrexerit; ne ad locum ſuum pergens, terga vertat ſanctiſſimo Sacraméto; quàm diligentiſſimè animaduertat, vt cùm dextro genu, & capite ſimul reueritus fuerit coram Altari venerabile Sacramétum, versùs eam partem Chori, ſiue dextram, ſiue ſiniſtram, ad quam illi accedendum eſt, pedem referat: indeq; Superiori in Choro exiſtenti, humili capitis inclinatione, facta reuerentia, modeſto ac demiſſo vultu, tanquam timoris caſti, & ſanctæ verecundię plenus, per cancellos ex alterutro Chori latere, pergat quò illi eundum eſt: ſaluteťq; non ore, ſed nutu, omnes illos, per quorum ſedilia tranſierit: à quibus ipſe quoque viciſſim, iuxta Apoſtolicam Chriſtianæ, & Sacerdotalis modeſtię formam, in ſilentio ſalutetur; amore & honore, ſigno capitis, ac religioſo nutu inuicem præuenientes. **Quo poſt Orationes prædictas, ſurgēdum, & ad Chori ſedes eundum.**

Quomodo ad ſua loca cuique accedendum.

In Choro omnes ſuo loco & ordine ſe recipiant, neque huc aut illuc curſitent, vel per aliorum ſubſellia vagentur, neque locum mutent, etiam occaſione genua flectendi. Ex eiſdem

A quibus in Choro abſtinendum.

In Choro nemo rideat, loquatur nemo, nemo vanè aut curiosè circumſpiciat, neque vanis aut vagis aſpectibus rem diuinam perturbet. In Choro nemo priuatim ſibi officium dicat, vbi communi officio opera datur. Nemo libros aut literas, vel alias ſcripturas legat, aut quicquam aliud agat, quod ad diuinum officium non pertineat. Ex eiſdem.

Quę in Choro vniformiter agenda.

In Choro ſimul omnes pro temporis & officij ratione, ex Inſtituto Eccleſiæ, & ex veteri ac probata Religionis conſuetudine, æquè ſtent, ſedeant, ſurgant, caput aperiant, operiant, inclinent, ac genua flectant, & omnia denique ſimul omnes vniformiter agant, curentq; diligenter, vt inter ſe ne minimùm quidem diſcrepent. Nam qui vnius corporis ſunt membra, vnumq; Chorum faciunt, vni etiam Deo ſumma charitate, coniunctiſſimoq; chriſtianæ pietatis ſtudio ſeruire debent. Ex eiſdem.

Multa pietatis opera, priuatim fieri licet, quæ in Choro fieri non expedit.

Cùm enim domi ſunt fratres, & clauſo cubilis oſtio, ſolus quiſque orat ad Dominum, liberum eſt illi, vt eum fert deuotio, pietas, & pietatis affectus, nunc cum Moyſe & Aaron extollere manus; nunc cum Salomone genua flectere; interdum cum Chriſto procidere pronus in terram; aliquando verò ſedere ad pedes Domini cum Maria Magdalena; percutere pectus, & oculos ad terram inclinare cum Publicano; leuare caput, & oculos in cœlum defigere cum Apoſtolis; exclamare voce magna cum Centurione; loqui ſub ſilentio cum Anna matre Samuelis; aſpergere ſe cineribus, & induere cilicio cum Niniuitis; lachrymis rigare lectum cum Dauid Rege; extendere brachia in modum crucis ad imitationem Crucifixi; vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet in nomine Domini: ſed in Choro vnuſquiſque caput aperiat cum aperientibus, operiat cum operientibus, cum inclinantibus inclinet, genua flectat cum flectentibus, ſtet cum ſtantibus, & cum ſedentibus ſedeat. Ex eiſdem.

Singularitas in Choro cauenda.

Denique in ijs, quæ in Eccleſia exteriùs aguntur, nullus omnino ſit ſingularis, non ſit alicui propria deuotio magiſtra, ſed conſuetudo communis. Interiùs quidem & in Ex eiſdem.

cubi-

cubiculo quiſque nitatur, vt alter alterum deuotione ſuperet, æmuletur in ſuſpirijs, in humilitate, in pietate, in gemitibus: ſed exteriùs in Choro ſint omnes omnino pares; immo verò non pares, optamus enim, vt non videantur plures, ſed vnus ſolus in Choro omnes.

Ex eiſdem. Antequàm Officium inchoetur, dato ſigno, ſtatim omnes conſurgant, ſimulq́;, vt temporis ratio poſtulauerit, alternis vocibus rite compoſitis, per ſe ipſos pſallant, canant, recitent, audiant, ſuaui concentu, ac modulatis vocibus; idq́; non negligenter, incompoſitè, oſcitanter, indecorè, cõfusè, præcipitanter, ruptim, inconcinnè: ſed ſedatè, piè, deuotè, concinnè, decorè, modulatè, diſtinctè, tractim, decenter, compoſitè, decenti denique corporis geſtu, habitu, inceſſu, acceſſu, receſſu. Quomodo pſallendum.

Ex eiſdem. Vnuſquiſque ita ſeſe Choragis accõmodet, vt, quod vox Chori per ſeſe indicat, vna eadéq; vocis nõ exultatione, non inundatione, ſed modulatione cantantes, Chorum faciant: nam vbi conſonantia non eſt, Chorus eſſe non poteſt, quia hæc ipſa vox, Chorus, ordinem indicat, & conſonantiam atque concentum ſignificat. In Choro enim Sacerdotalis dignitas & maieſtas vel maximè apparet, nulla verò eſt, aut eſſe poteſt dignitas & maieſtas, vbi ordo non eſt, ac ideo ad certos modos ac numeros præeuntis Magiſtri, omnes aſpiciant, ſeſeq; illi diligenter conforment. Vnuſquiſque ſeſe Choragis accommodare debet: Et quare.

Ex eiſdem. Quamobrem, vt in Prouincialibus Capitulis, Chori Vicarius, ſiue ſacrarum cęremoniarum Magiſter, & Chori moderator, in ſingulis Prouinciarũ Conuentibus, inſigniorib us præſertim, inſtituatur, qui ſit vel apprimè eruditus, ac tantæ rei vel maximè idoneus, id ſanè decernimus, ac firmiter præcipimus. Chori Magiſter in ſingulis Conuẽtibus inſtituendus.

Ex eiſdem. Ipſe autem Chori Magiſter, & cantus Eccleſiaſtici moderator attendat quàm diligentiſſimè, vt omnes & ſinguli, qui ad Chorum conuenerint, vnum eundemq; tenorem, pro temporis & officij ratione, perpetuò ſeruent, ſedendo, ſtando, genuflectendo, ſurgendo, tegendo, detegendo, & inclinando caput, demittendo, extollendoq; vocem; vt ex verbis & actionibus ſingulorum, vna quædã omnium incredibilis harmonia & videatur, & audiatur per omnia: Magiſtri eius cura.

Ex eiſdem. qualis eſt, in magno hoc mundo, tanquam in admirabili ac planè diuino Dei templo, vbi omnia mutuis numeris in- In magno hoc mũdo mirabilis

harmonia reperitur: Et in ipſis quoque Angelorũ Choris. uicem conſtant, grauibus, leuibus, ac medijs, ipſius Dei Optimi Maximi, velut citharedi, manu admirabiliter temperatis: & qualis eſt prætereà in ipſis quoque Angelorum Choris, in quibus, dum Ordinem conſonantia oſtendit, & ordo ipſe conſonantiam facit; in militiam tranſit Chorus, & militia pariter tranſit in Chorum; vſque adeò, vt apud Patres noſtros, ex ſacris literis idem ſit, Chorus, & militia cœleſtis exercitus.

Magiſtro Chori, in his quæ ad Chorum attinent, ab omnibus ſemper obediẽdum: & is ipſe, abſentibus Guardiano, & Vicario, curam Conuẽtus habeat. Eam ipſi quoque in Choro harmoniam, toto corde deſiderantes, quam & ipſi idiotæ, & ſimplices populi, & audiant & videant; vt ex ſenſibili iſta erigantur animis ad intelligibilem illam, qua & Angeli, & Archangeli, & omnium denique Angelorum Chori in ſęcula ſęculorum laudant Deum: inuiolabili iure præcipimus, vt Magiſter Chori, ab omnibus & ſingulis, in Choro ipſo habeatur tãquam Campiductor, ad cuius nutum Caſtra ſtant, mouentur, eunt, redeunt; vt cùm ille aliquid dicendum, canendum, pſallendum, faciendum, prouidendumve iuſſerit, nõ obedire ſit ſcelus, reſiſtere aũt & repugnare nefas; ac propterea qui non obedierit, notetur, & notatus puniatur pro cõtumaciæ modo, Superioris arbitratu. Idem autem Chori Magiſter, Guardiano, & Vicario abſentibus, & Chori, & Conuentus ipſe curam habeat. Ex eiſdem.

Sacrum ſilentium in Choro ſeruandum. In Choro denique, ſacrum apud omnes, religioſumq; ſilentium, inuiolatè ac perpetuò ſeruetur. Faceſſant ſomnus, riſus, ioci, rixę, colloquia, nugæ. Taciti ſint vultus, nutus, paſſus, ipſa quoque pectora, & mentes tacitæ ſint; vt ne ſibilus quidẽ ille, ZT, quo Maiores, addita maieſtate manus, ſilentia indicunt, niſi rarò audiatur, iſq; non niſi ex ore ipſius Chori Magiſtri, aut Præſidentis in Choro, ad continendum non minùs in Officio, quàm in ſilentio fratres. Ex eiſdem.

De cantu muſico, & muſicis inſtrumentis.

Muſica inſtrumenta, Organo excepto, atque eo, quod Regalẽ vocant, oĩa QVAMVIS ad diuinas Laudes, vocibus & Organis vel magnificè, & altiſſimè canẽdas, varia quoq; inſtrumẽtorũ genera adhiberi poſſe, nõ ꝓhibeat Eccleſia; nos tamẽ, pro eo quod ſanctè profitemur Inſtituto, & ad ꝑcauẽda in- Ex Valliſolet. 1593. Et ex Neap. cap. xxij.

da incommoda per multa, vanitates ſalutariter euitandas, & fugienda ſcandalorum pericula quamplurima, conſultò ſtatuimus & decernimus, vt nullo quouis tempore, quouis prætextu, occaſione, vel cauſa, in Eccleſijs noſtris, tam fratrum, quàm Monialium, inſtrumenta muſica, prçter Organum, & illud quod Regalum vocant, in diuinis officijs, & Miſſis canendis, adhiberi liceat, ſub graui ſuſpenſionis pœna, & fratrum, & Monialium Superioribus quibuſuis, ſi contrafieri permiſerint, ipſo facto incurrenda. Quod ſi fratrum quiſpiam, aut Monialium vlla contrafacere auſerit, vterque ſuffragiorum iure triennio careat: & hæc velo per menſem priuetur, ille verò carceri mancipetur, Superioris arbitratu. — *in Eccleſijs noſtris prohibentur.*

Ex Salmant. capit. iij. Et ex Neap. cap. xxij. — Quod etiam de cantu fracto, quē figuratum vocant, aliàs prudenter quidē ac piè ſtatutum eſt, opportunè renouantes, in Eccleſijs noſtris vt ſuprà, per quoſcunque muſicam fieri, ſub eiſdem pœnis, diſtrictè prohibemus. — *Muſica, quæ cãtu fracto fit, itē prohibita.*

Ex Neap. cap. xxij. — Hoc tamen Decreto, Prælatorum ac Principum Muſicos excipimus, quibus & cantu muſico, & cuiuſuis generis inſtrumento (non tamen ſacris Canonibus vetito) vti liceat, vbi Prælati vel Principes ipſi, in Eccleſijs noſtris, diuinis officijs, aut Miſſis interfuerint. Porrò eoſdem vehementer rogatos cupimus, vt per viros Eccleſiaſticos id præſtari velint: Decent enim ſancta ſanctis, & profana profanis. — *Prælatorũ ac Principum Muſici, à prędictis prohibitionibus excepti.*

Ex eiſdem. — Fratribus præterea, & Monialibus quoque, & vniuerſis & ſingulis, omnia & ſingula, cuiuſuis generis inſtrumenta, præter Monochordium, interdicimus, ſub pœnis, Prouincialium arbitrio taxandis. Nec verò Prouincialibus ipſis inſtrumenta eiuſmodi, cuiquam aut concedere, aut permittere liceat, ſub pœna, Superiorum arbitrio, eiſdem imponenda. — *Monochordio excepto, quęcũ que alia inſtrumēta, fratribus & monialibus vetita.*

Ex eiſdem. — Rurſus ad collocutionum loca, quæ Parlatoria vocantur, nemini omnino, aut Monialem, aut etiam Puellam ex ijs, quæ educationis gratia, Superiorum conceſſu, in Monaſterijs noſtris degunt, artem muſicam, aut cantu aut inſtrumento, docendi cauſa, vllatenus accedere liceat; nec verò accedendi licentia detur. Neque præterea cuiquam, aut Monialium, aut Puellarum huiuſmodi, ad eadem loca, ea ipſa de cauſa, quouis prætextu, aut quæſito colore, acceſſus permittatur, ſub pœnis, Prouincialium arbitrio, & Abba- — *In Parlatorijs Monialiũ, muſicam quancunque, tam diſcere, quàm docere, vetitum cuicunque.*

tiſſis, & Monialibus, quæ contrafecerint, aut ſecus fieri permiſerint, imponendis.

Puellis ipſis, quæ in Monaſterijs Monialium educātur, prædicta obſeruanda.

Cùm autem Puellæ eiuſmodi, ex ſacræ Congregationis Decreto, ad ea ipſa, ad quæ Moniales ipſæ, quoad Clauſuræ rationem, obligentur; aut eaſdem pœnas ſubeant, aut è Monaſterijs educantur, ſi quoquo modo contrafacere auſerint. Quòd ſi etiam fieri poſſet, vt Puellæ ipſę in Monaſterijs noſtris, poſt hac educandæ non reciperentur, multis ſanè incommodis, opportunè quidem ac prudēter, proſpectum eſſe videretur. Ex eiſdem.

De ſacris ritibus, & cæremonijs.

Sacerdotibus & Clericis, quo modo ſtandum in Choro, aut ſedendum.

AD veteres & probatos tum Eccleſiæ, tum Religionis noſtræ ritus pertinet, vt in diuinis officijs, Clerici perpetuò ſtantes ſint, Sacerdotes verò alternatim ſedeant, dum pſalmi omnes, vel lectione vel cantu recitantur. Ex Valliſolet. 1593.

Quid agendū ad pſal. *Venite exultemus &c.*

Ad matutinū autē dum auditur vox illa, qua Eccleſia vtitur, tanquā tuba vel organo, ad inuitandum populū. *Venite exultemus Domino &c.* omnes protinus ſtrenuè conſurgāt, & cum cœli auibus contendant ad laudandum Deum, cęli & terrę creatorem; & dum ille pſalmus canitur vel legitur, omnes ſtantes ſint, quoad uſque finiatur. Ex eiſdem.

Quid ad pſal. *Ecce nunc benedicite Dominū &c.*

Vltimus quoque ille pſalmus, quo extrema hora Completorij clauditur, nēpe. *Ecce nunc benedicite Dominum &c.* hanc Religionem & pietatem exigit, vt abſque vlla exceptione, omnes conſurgant, ſtent, & caput aperiant. Ex eiſdem.

Quid ad Verſ. *Gloria Pat. &c.*

Cùm in fine pſalmorum dicitur. *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto &c.* Antiquus & probatus Religionis ritus eſt, vt omnes aſſurgant, atque aperto capite, humiliter ſe inclinent. Ex eiſdem.

Quid ad nomina IESV, & MARIÆ.

Præterea cùm ſanctiſſimum illud nomen IESVS nominatur, quod eſt ſuper omne nomen, in quo omne genuflectitur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; & ſuauiſſimum illud MARIA; ſurgant omnes, caput aperiant, & inclinent. Ex eiſdem.

Quid ad ultimos Hymnorū verſiculos, & ad alias etiā

Ad vltimos præterea Hymnorum verſiculos, quibus arcanum Sanctę Trinitatis myſterium continetur, adoratur, & colitur, ex veteri ac probata Sanctorum Patrum Inſtitutione, Ex eiſdem.

tutione, ac pia traditione Eccleſiæ, omnes humiliter caput inclinent: ad Hymnos autem quoſcunque, omnes ſemper, aperto capite, ſtantes ſint.

Hymno.ũ partes.

Ex eiſdem. Cùm Hebdomadarius item Capitula, Orationes, Benedictionesq́; legit, canitue, oẽs caput aperiant, & ſtantes ſint.

Quid ad Cap. & ad Benedict.

Ex eiſdem. Prꝫterea dum cantica illa, Beatꝫ Mariæ Virginis, Zachariæ Prophetæ, & Simeonis iuſti. *Magnificat &c. Benedictus &c. Nunc dimittis &c.* Dicuntur, canunturve, vt omnes in Choro, ſtãtes ſint, caput aperiant, & à ſubſelijs diſtẽt, & antiquæ traditionis, & ſacræ obſeruationis ritus eſt.

Quid ad *Magnificat, Benedictus, & Nunc dimittis.*

Ex eiſdem. Similiter quoque ſurgendum eſt, & aperiendum caput, dum in Miſſa, vel aliàs, Euangelium legitur, cantaturve. Et dum in diuinis officijs dicitur, vel etiam cantatur. *Sit nomen Domini benedictum. Adiutorium noſtrum in nomine Domini*; ac præterea dum dicitur. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.*

Quid ad Euãgelia. & Verſ. *Sit nomen Domini &c. Adiutorium noſt &c. In noĩe Pat. &c.*

Ex eiſdem. Ritus autem eſt deuotiſſimus, atque ideo omnium maxima obſeruatione digniſſimus, quòd Chriſtiani omnes in Eccleſia, maximè autem religioſi viri, vtrũque genu, demiſſiſſima mente flectant, cùm audiunt.

Verbum caro factum eſt.
Et homo factus eſt.
Te ergo quæſumus, famulis tuis ſubueni &c.
O ſalutaris hoſtia, quæ Cæli pandis oſtium &c.
O crux, aue ſpes vnica &c.
Tantum ergo Sacramentum &c.
Nos quoque, qui ſancto tuo, redempti ſanguine &c.
Redemiſti nos, Domine Deus, in ſanguine &c.

Et denique, vbi de pretioſo ſanguine Chriſti Domini memoria agitur, ſemper genuflectatur.

Quid ad *Verbum caro f. eſt. Et homo fac. eſt. Te ergo q̃s famulis tuis ſub. &c. O ſalutaris Hoſtia. O crux, aue ſpes vnica. Tantum ergo Sacr. &c. Nos quoq́;, qui ſãc. tuo &c. Redem. nos Do. Deus in ſ. t. Et vbicunq́; de ſanguine Chriſti fit mentio.*

Ex eiſdem. In Miſſis præterea, dum canitur Introitus. *Salue ſancta Parens &c.* & Offertorium. *Aue Maria &c.* omnes ſimiliter genuflectanꝫ: quod ſemper faciendum eſt, cùm terminantur diuina officia laudationibus, & Oratione ad Beatam Virginem Deiparam.

Salue Regina, mater miſericordiæ &c.
Aue Regina Cꝫlorum &c.
Alma Redemptoris Mater &c.

Quid ad Introitum. *Salue ſãcta Parẽs &c.* & Offertoriũ, *Aue Maria &c. Et Salue Regina &c. Aue Regina Cælorum &c. Alma Redemptoris Mater &c.*

Quid ad *Reginæ Cæli.*

Ad laudem verò illam. *Regina Cęli &c.* à Paſcha Reſurrectionis Domini, ad ſacram Pentecoſten vſque, non genuflexi, ſed ſtantes ſint; idq; vt muto eloquio, ac tacita pietate, gloriam Chriſti reſurgentis ſignificent.

Quid ad initia Hymnorũ. *Chriſte Red. om. Ieſu noſt. redẽp. Ieſu ſalua. ſæc. Ieſu Coro. Virg. Ieſu Coro. celſ. Ieſu Redẽp. om. O lux beatiſſ. O lux beata Tr. O Glorioſa Domina.*

Cùm autem inchoantur Hymni illi.

Chriſte Redemptor omnium.
Ieſu noſtra redemptio.
Ieſu Saluator ſęculi.
Ieſu Corona Virginum.
Ieſu Corona celſior.
Ieſu Redemptor omnium.
O lux beatiſſima.
O lux beata Trinitas.
O glorioſa Domina. omnes caput humiliter inclinẽt.

Quid ad alios eos Hymnos. *Veni Crea. Spir. Veni ſancte Spi. Aue mar. Stel.*

Dum autem inchoantur illi. Ex eiſdem.

Veni Creator Spiritus.
Veni ſancte Spiritus.
Aue Maris Stella. omnes genua flectant.

Ritus omnes Religionis, exactè ſeruandi.

Et vt multa paucis comprehendamus, ritus omnes, quos vel ex antiquis traditionibus acceptos, vel ex Regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis præſcriptos, & antiqua conſuetudine, ac perpetuo vſu probatos, retinuit, ac ſanctè retinet Religio noſtra, piè quidem, atque omnino exactè ſeruentur. Ex eiſdem.

Ritualis liber conficiendus.

De quibus, vt in vniuerſa familia, vna ſit omnibus pietas actionum, quibus eſt vna prorſus fides mentium, communi Patrum conſilio & vnanimi conſenſu, decretum eſt, vt ritualis liber huiuſmodi, primo quoque tempore conficiatur quàm accuratiſſimè, & confectus, ad communem vtilitatem & pietatem, piè ac diligenter exercendam, quamprimùm detur in lucem. Ex eiſdem.

Cęremoniæ ac Rubricæ Sãctæ Romanæ Eccleſiæ, in celebrandis Miſſis, & in recitãdo officio diuino, retinendæ.

Sancti ritus præterea, & cęremoniæ ſacræ, quibus ſancta Mater Eccleſia Romana, ſanctè ac piè in celebratione Miſſarum vtitur, ac rubricæ quoque & pia Eccleſiæ traditione, & probatis Sanctorum Patrum Inſtitutis, ac nouiſſimè Pij Quinti Summi Pontificis, grauiſſimo decreto, & iuſſu præſcriptæ, vt par eſt, retineantur omnino, & quàm accuratiſſimè, atque inuiolatè ſeruentur. Nam Eccleſia ſancta Dei, veluti Ex eiſdem.

veluti Regina, & Sponſa Regis Regum, aſtat à dextris illius in veſtitu deaurato, mira ſtatuum, ordinum, graduumq́; circũdata varietate: ſed eadẽ, tanquam Corpus CHRISTI Domini, vehementer gaudet, dum eãdem domum, quæ eſt Eccleſia ipſa, vnanimes inhabitant Sacerdotes & Miniſtri Domini, vnius moris & ritus. atq; inuiolatè obſeruandę.

Ex eiſdem. Itaque vnus ſit omniũ Sacerdotum, in celebratione Miſſarum, ritus; is inquam, quem Sancta Romana Eccleſia ſeruat, in libris ritualibus deſcriptum: cui nemo adijciat, nemo adimat, nec iota quidem. Canon eſt, Regula eſt, & ideo & citra, & vltra peccatur, dum vel ſurſum vel deorſum, aut hinc vel illinc ab ipſa Regula, vel paululùm quidem, declinatur. Vnus omniũ Sacerdotum ritus, in celebrandis Miſſis, eſſe debet: Et quis.

Ex eiſdem. Quia verò cæremoniæ facilè memoria elabuntur, & nunquam vſque adeo rite ac rectè docentur verbo, vt bene per omnia diſcantur, niſi longo ac perpetuo vſu, frequentiq́; obſeruatione; idcirco præcipimus, vt omnes, & Clerici vel maximè, in Choro, actiones, iuſſaq́;, & nutus Magiſtri Chori diligenter attendant, ac per omnia omnino exequantur, illiq́; in omnibus ſeſe conformẽt. In diuinis autem caueant quàm diligentiſſimè, ne quid, vel minimum quidem, erratum admittant. Magiſtri Chori actiones, iuſſa, & nutus obſeruari debent.

Ex eiſdem. Intelligant præterea omnes & ſinguli, ex Apoſtolica regula Doctoris gentium, chriſtiano viro, & religioſo præſertim ac pio, nonmodo attendendum eſſe ipſi pietati, ſed etiam doctrinæ, quę eſt ſecundùm pietatem. Pietas eſt ipſe Dei cultus, doctrina verò ſecundùm pietatem, aliqua ex parte, in ſacris ritibus, & cæremonijs verſatur, quæ pias fideliũ mentes ſalutariter ędificant: ac propterea eas ſanctè cuſtodit, ac firmiter tenet & ſeruat Eccleſia, Spiritus ſancti magiſterio diuinitus edocta. Pietati non modo, ſed & doctrinæ ſecundùm pietatem attendendum.

Ex eiſdem. Ad extremùm verò, documentum magnum eſſe debet nobis omnibus, quòd, ſicut ipſe Chriſtus Dominus ſedit ſuper Aſellum, non nudum, ſed Apoſtolicis veſtibus ornatum, ita Chriſtiano, ac religioſo viro incumbendum eſt ſuper doctrina chriſtianæ pietatis & religionis, Eccleſiaſticis ritibus & cæremonijs decorata, in Miſſa præſertim, in diuinis officijs, in Sacramentorum adminiſtratione & vſu; in quibus diuini cultus Summa, per admirabili pietate & religione continetur. Super doctrina, ſacris ritibus decorata, incumbẽdum.

Secu-

Quibus liceat Sacerdoti, ſacra facienti, miniſtrare: & quo habitu.

Sęcularibus autem quibuſuis, etiam pueris, adoleſcentuliſue, Sacerdoti ad altare Domini rem diuinam facienti, niſi ſumma neceſſitate, ſeruire ne liceat, niſi clericali militiæ deſcripti ſint; tumq; veſte talari, ac ſuper pelliceo decenter induti. Indecorum enim eſt, & ab omni Religione prorſus alienum, vt ad ſacram menſam Domini, ipſi etiam curiæ cęleſti, religioſè quidem, ac reuerenter adorãdam; Laici homines propiùs accedant, & ipſis Sacerdotibus, pręſertim dum ſacras libant ad aras, ipſis etiam Angelorum primatibus, dignitate longè præcellentibus, deſeruiant: Tractent enim ſacra ſacri, & profana profani. Ex eiſdem.

Non expletis adhuc diuinis officijs, nemini è Choro egredi licet.

Pręterea Superior in Choro quicunque ſit, iubeat, vt nemo, niſi peractis ex toto diuinis officijs, egrediatur è Choro, niſi neceſſitas vrgeat, cui lex præſcribi non poſſit; tumq; Superioris venia primùm petita, cui etiam ſui digreſſus cauſam, vel nutu ſaltem, antea ſignificet. Ex Salmant. ca.iij. Et ex Valliſolet. 1593.

Thurificatio tam in Choro, quàm ĩ Altari, quomodo facienda.

Vbi verò Chorus, pro temporis, & officij ratione, thurificandus ſit, incenſum Prouinciali, Superiorive Prælato in Choro exiſtenti, primùm detur: cui etiam ſoli, tanquam pro Epiſcopo, Thuribulum ter ducendum erit. Nam etſi Sacerdoti, Miſſam, ſiue veſpertinum officium ſolemniter celebranti, ex antiquo ac probato & Eccleſię, & Religionis vſu, incenſum detur, illiq; ſemper, dum eſt in Altari, primùm dari debeat; in Choro tamen, Prouinciali, Superiorive Prælato, antea dari debet. Sacerdoti autem cauendum eſt, vt thurificato per eum Altari, ne ſanctiſſimo Euchariſtię Sacramento terga vertat, illi in ſiniſtro Altaris cornu ſtanti, incenſum detur. Ex Valliſolet. 1593.

Diuinum officium, ex libro recitandum: Et quare.

Admonitos etiam omnes & ſingulos eſſe cupimus, quòd qui ex libro diuinum officium in Choro recitant, indulgentiam, ex Apoſtolica benignitate, cõſequuntur. Quamobrem vt libros Clerici ſemper præparare velint, Guardiani, ſiue moderatores Chori, diligenter curent. Ex eiſdem.

Defectuũ, in recitandis diuinis officijs admiſſorum, quomodo indulgẽtia concedatur.

Peractis demum diuinis officijs, mox pro conſequenda omnium defectuum, in illis ipſis recitandis, humana fragilitate admiſſorum, plenaria remiſſione, ab Leone Decimo Summo Pontifice conceſſa, humili ſupplicatione, aut ab omnibus ſimul, aut cęteris attentè ac deuotè audientibus, ab Hebdomadario tantùm dicatur. Ex eiſdem.

Sacro-

Sacroſanctæ indiuiduę Trinitati, Crucifixi Domini noſtri Ieſu Chriſti humanitati, & Beatiſsimæ, ac Glorioſę Virginis Mariæ fœcunditati, atque integritati, & omnium Sanctorum vniuerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobiſq; remiſsio peccatorum, per infinita ſæcula ſęculorum. Amen. Et beata uiſcera Marię Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium. Et beata Vbera, quæ lactauerunt Chriſtum Dominum. — *Deuota oratio in fine officij dicenda.*

Ex eiſdem. Ante verò ne ſurgant, quàm à Superiore vel Hebdomadario, diſcedendi ſignum detur. Quo dato, mox æquè omnes conſurgāt, & mutua charitatis ſignificatione, ſe inuicem ſalutantes, nō verbo, ſed nutu, eodem modo & ordine, eaq; modeſtia, qua diuina officia celebraturi, Chorum ingreſſi ſunt, illis ipſis completis egrediantur. Vix enim ferri poteſt tumultus ille quandoque inſanus, & præceps curſus exeuntium, qui haud dubiè nobis videntur Caſtrorum acies inordinatæ, quæ præ timore fugiant à facie arcus, à facie inimici & perſequentis. — *Quomodo ſit è Choro, iā peractis diuinis officijs exeundum.*

Ex eiſdem. Deniq; ſicuti Chorum ingreſſi, ad Sanctum altare adorauerunt in ſilentio Dominum, ita peractis diuinis officijs, ſimiliter genuflectant, adorent, & orent: in quo Superior, cui præ omnibus ipſa religio & pietas Dei, & in Choro & in Eccleſia vel maximè colendi, ipſo iure ſpecialiter commiſſa eſt, diligenter inuigilet. — *In exitu, Sanctiſſimum Sacramentum adorandum.*

Ex eiſdem. Sacriſta verò diligenter curet, vt Chorus qualibet Hebdomada ſemel & iterum, hoc eſt feria quarta & ſabbato, ſcopis mundetur, & tergatur quàm diligentiſſimè; ita ut ab omni ſqualore & puluere, perpetuò mundus ſit, & omnino appareat. — *Chorus bis in hebdomada mundandus.*

Ex eiſdem. Hæc de diſciplina Chori, ac de ſacris ritibus pauca dicēda, & præſcribenda cenſuimus. Vt vero accuratè, piè, atque omnino ſtudioſè ab omnibus ſeruentur, Sacrarū Cæremoniarum Magiſtri, Guardiani quoq;, ac Prouinciales ipſi diligenter curent. — *Prædictorum obſeruatio a Superioribus procuranda.*

De pia

De pia in Eccleſia verſandi ratione.

In Eccleſia, quæ fieri prohibeantur.

SANCTARVM Eccleſiarum, piæ uenerationi, ſanctitati, decori, & cultui, Chriſtiana pietate & religione proſpicientes, conſultò decernimus & ſancimus, vt nemo in Eccleſia dormiat, comedat, bibat, rideat, curſitet, deambulet, negotietur, tumultus excitet, cum mulieribus loquatur, & vt omnia vno verbo dicamus, quicquã omnino agat, quod domum Dei nõ deceat, aut oculos diuinæ Maieſtatis offendere poſſit. Profana ſunt hæc omnia, irreuerentiæq; ac turpitudinis plena, indecora, atque ideo pro zelo Dei ſeueriſſimè arcenda, coercenda, vindicanda, quia domus Dei, domus orationis eſt, quã ideo decet ſanctitudo in longitudine dierum. Ex Vallisolet. 1593.

Dũ ſacra fiũt, quomodo per Eccleſiam incedendum.

Quòd ſi diuina dum celebrantur officia, vel Miſſæ ſacrum fit, Sacriſtæ, aut alteri, Sacerdoti; Clerico item, vel Laico etiam, interdum per Eccleſiam neceſſariò incedendum ſit; grauiter & modeſtè, ac religiosè id omnino fiat; nec verò cum ullo, vllave ſermonem inaniter illis commiſcere liceat. Ex eiſdem.

Sæculares, à ſacris Altaribus, per Sacriſtã arcendi.

Vt Laici homines, & eò magis mulieres, dum celebratur præſertim, procul ab Altaribus arceantur, id Sacriſtæ diligenter curandum eſt. Illis verò, ne vllo vnquam tempore inhæreant, omnino prohibeat. Quòd ſi quis contumaciter obſtiterit, id Epiſcopo ſignificet. Ex eiſdem.

Eleemoſynas quęritantes, extra Eccleſiam ſtent.

Neminem præterea per Eccleſiam eleemoſynam quæritare permittat, ſed extra fores Eccleſiæ, quicunque petunt, omnino maneant. Ex eiſdem.

De Eccleſiarum nitore & cultu, ac de earum obligationibus, emolumentis, ornamentis, & ſumptibus &c.

Quę circa Eccleſiarum nitorẽ & cultum, hactenus ordi-

QVAECVNQVE verò de Eccleſijs, Altaribus, Capellis, & de earum obligationibus, emolumentis, & oneribus. Quæ item de Tabernaculo ligneo portatili, de Ex Vallisolet. 1593.

ſacra

ſacra Pixide, & ſacris oleis. Quæ de Sanctorum Reliquijs, earum cultu, & pia veneratione. Quæ de ſacris Calicibus, Patenis, Corporalibus, & Purificatorijs. Quæ de Lampadibus, Labris, & Aſpergillis. Quæ de Candelabris, Crucibus, & Ceroferarijs. Quæ de Conopœis, Puluinaribus, & Tobaleis. Quæ de ſacris libris, Miſſalibus, Breuiarijs, Ritualibus, & ijs qui ad cantũ Eccleſiaſticũ pertinẽt. Quæ de Sacrarijs, Oratorijs, Armarijs, & Arculis. Quæ de ſacris veſtibus, ornamentis, vaſis, inſtrumentis, ac vniuerſa deniq; ſupellectile Eccleſiaſtica. Quæ de ſepulturis deniq;, Cenotafijs, Lapidibus, & Cœmeterijs, ex auctoritate Viſitationis Apoſtolicæ, aut aliàs ſanctè decreta ſunt, vt quoad fieri poteſt, & per facultates licuerit, exactam executionem omnino habeãt, Prouinciales Miniſtri, & Viſitatores etiam, pro eorum pietate & religione, diligenter curent. nata ſunt, illa omnia exactè ſeruanda.

Ex eiſdem. Quò verò ad obligationes & onera, & emolumẽta item, cùm ſæpe contingat, vt in quibuſdam Eccleſijs, vel tam magnus Miſſarum celebrandarũ numerus, ex uarijs defunctorum relictis impoſitus ſit, vt illis in ſingulos dies à teſtatoribus præſcriptos, nequeat ſatisfieri, vel eleemoſyna pro illis celebrandis, adeò tenuis exiſtat, vt non facilè is Sacerdotum numerus, qui ſufficiat, honeſtè ſuſtentari poſſit; vnde piæ teſtantium voluntates depereunt, & eorum conſcientias, ad quos prædicta ſpectant, onerandi, occaſio datur: idcirco Sacra Tridentina Synodus, cupiens hæc ad pios vſus relicta, quò pleniùs & vtiliùs poteſt, impleri, quoad Regulares, Generalibus facultatem dedit, vt in Generalibus Capitulis, re diligenter perſpecta, poſſint pro eorum conſcientia, in illis ſuorum Ordinum Eccleſijs, quas hac prouiſione indigere cognouiſsent, ſtatuere circa hęc quicquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem, expedire iudicauerint. Pijs legatis quomodo ſatiſfaciendum.

Ex eiſdem. Quia verò de ijs in Generali Capitulo, nuper Valliſoleti celebrato, neque plena cognitio haberi, neque propterea ſufficienter prouideri potuit; maximè verò cùm omnium Prouinciarum & Locorum, par ratio eſſe nequeat; idcirco, eiuſdem Sacri Concilij Tridentini auctoritatẽ ſecuti, conſultò decernimus, vt Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, vnà cum Diffinitoribus, adhibitis etiam in conſilio, ſi opus fuerit, alijs religioſis ac pijs viris, in eo genere peritis Generalis Capituli Valliſoletani, circa pia legata Decretum.

ritis, primo quoq; tempore, re accuratiùs & diligentiùs examinata, de ijs ſtatuant, prout eis expedire videbitur in Domino. Illud autem omnino diligenter prouideri curent, vt et fratrum conſcientijs, & pijs legantium diſpoſitionibus deſuper opportunè conſultum ſit, ac re uera prouiſum eſſe videatur.

Circa pia legata, quid ſpecialiùs agendum.

Ex eiſdem:

Quia verò & ipſa Sacra Tridentina Synodo cauetur expreſsè, vt eorum ſemper defunctorum commemoratio fiat, qui pro ſuarum animarum ſalute, legata eiuſmodi ad pios vſus reliquerunt; propterea etiam ſtatuimus ac firmiter pręcipimus, vt feria ſecunda cuiuſlibet hebdomadę, aut feſto, aut aliàs non impedita, defunctorum Miſſa perpetuò decantetur, pro ijs, qui aut pia legata pro eorum pietate ac ſalute reliquerunt, aut in dies nobis eleemoſynas pro fidelibus defunctis liberaliter elargiuntur.

Eccleſia ſemel ſaltem ſingula quaq; hebdomada, diligenter purganda.

Ex eiſdem.

Poſtremò, quod ad Eccleſiarum nitorem attinet, Sacriſtę diligenter curent, vt qualibet Hebdomada bis in Chorò, vt ſuprà cautum eſt, ſemel autem in tota Eccleſia, non deſint qui ſcopas ferant, qui tergant, verrant, ſpargant, qui purgamenta educant, pauimenta expolient, in angulis quibuſq; purgent omnia, etiam aranearum opera, nitidasq; oſtendant columnas, & columnellas itē, atque omnino efficiant, vt circa diuiniſſimum Corporis Domini Sacramentum, omnia nitida ſint, eluceant, fulgeant, coruſcent; vt vel ſic & ipſi quoque Angeli, tanquam ad Sepulcrum Chriſti glorioſum in albis ſedētes, vel maximè gaudeant, atque pręgaudio, accedentes inuitent, & dicant. *Venite, & videte locum, vbi poſitus eſt Dominus.* Et quaſi muto eloquio, vel potiùs affatu angelico, vnicuiq; reuerenter inſinuent & innuāt. *Hìc Deum adora.* Hęc de Eccleſiarum nitore & cultu, ac de earum obligationibus & ornamentis, paucá monuiſſe, & ſtatuiſſe voluimus.

De Silentio.

Silētium quibus ī locis ſeruādum: & quibus item temporibus.

Ex Salmant. ca. iij. Et ex Valliſolet. 1593.

SACRUM Silentium, ſicut in Choro, ita & in Eccleſia, & in Sacrario, quod Sacriſtia vulgò vocatur, in Dormitorio quoque, & Refectorio etiā, perpetuò, atque omnino inuiolate ſeruandū, firmiter pręcipimus: Ac pręterea, ne pię deuotionis, & chriſtianę pietatis feruor, propter multiloquium

quium extinguatur, ſtatuimus, vt ſilentium à ſigno Salutationis Angelicę in ſero, ad pulſationem Primę ſequentis diei vſque, ab omnibus inuiolatè ſeruetur, exceptis hoſpitibus, & qui eis ſeruiunt de Superioris licentia, quibus, modeſtè tamen, & quoad fieri poteſt tacitè, loqui permittitur.

Ex eiſdem. Similiter hora dormitionis, à feſto Reſurectionis Domini, ad feſtum Exaltationis Sanctę Crucis vſque, ſingulis diebus, poſt ſecundam menſam, dato capitularis campanę ſigno, ad Nonam vſque, omnino ſileatur. *A Reſurrectione, ad Exaltati. Sanc. Cru. qua hora ſilēdum:*

Ex eiſdem. Ieiuniorum pręterea diebus, ſimili modo poſt ſecundam menſam dato ſigno, ſilendum eſt, donec per Sacriſtam ſignum detur ad ſurgendum. *Qua hora itē ieiunij tēpore.*

Ex eiſdem. Quòd ſi neceſſitas coegerit, quę euitari non poſſit, fratribus loqui liceat, breuiter tamen, & quoad fieri poteſt, ſummiſſa voce. Cuius rei gratia cunctos fratres admonemus, ac vehementer hortamur in Domino, vt quod oportet, religiosè, tacitè, ſummiſsè, ac modeſtè, ſicut viros religioſos ac pios vel maximè decet, vbique & ſemper loqui aſſueſcant. *Prædictis tēporibus, quomodo loquendū, ſi loqui tamen fuerit neceſſe.*

Ex eiſdem. Hortamur pręterea, ne per aliorū Cellas frequentes ſint, & Iuuenes preſertim; quibus & aliorum Cellas ingredi, & alios in proprias admittere, ne liceat, Magiſtris & Superioribus duntaxat, publici muneris obeundi gratia, exceptis, ſub pœnis, Prouincialium arbitrio taxandis. *A frequētiori cellarū ingreſſu, omnes abſtineant: Iuuenes vel maximè.*

Ex eiſdem. Illud verò vel maximè & omnibus, & ſingulis omnino cauēdū eſt, vt nunquā quis clauſo hoſtio, in cella cuiuſq; ſit, ita vt cuiq; liberè ingredi non liceat. Contra qui fecerit, grauioris delicti ſuſpitione reus ſit. *Clauſo oſtio, in alterius cella, nemini eſſe licet.*

Ex eiſdem. Sacri autē ſilentij omni religione & pietatis ſtudio colendi, ac religioſę honeſtatis & modeſtię, accuratiùs & diligentiùs conſeruandę gratia, magnopere quidem cupimus, atque adeò mandamus, vt ſęculares ad interiores Officinas, aut ad interiora Clauſtri nunquam admittantur; in Dormitorium verò illis perpetuò interdictus ſit ingreſſus, & ad ſacra Chori & Sacriſtię abdita, dum diuina lebrantur officia, nunquam pateat acceſſus. *Sæculares ad quas partes Cōuentuum noſtrorum nō admittendi: A quibus item arcendi.*

Ex eiſdem. Siquidem indignè nimis vileſcunt Sacra, vileſcunt Sacerdotes & Miniſtri Dei, ipſa diuini cultus pietas & gloria, ipſius Chori dignitas ſanctitas & magnificentia vileſcunt, *Quare id agēdum.*

vileſcunt

vileſcunt deniq; ſacroſancta Myſteria, ac deniq; omnino omnia. Quamobrem, vt tantus in re tanta, tam ſancta, ac pia, nonmodo non progrediatur, ſed tollatur prorſus, ac penitus diſſipetur abuſus, in manu forti & brachio extenſo, ſalubriter atque opportunè pro Dei gloria prouidendum eſt, ne ampliùs in oculis hominum, & in ánimis omnium vileſcant ſacra, conterantur pedibus, & conculcentur ſancta.

Quomodo pręſertim à Choro, ſecludendi.

Ideo & pro dignitate loci, & pro ipſa diuini cultus pia ratione, omni ſtudio, pietate, officio curetur, vt Epiſcopi, pro eorum in Deum pietate & religione, opportune prouidere velint, etiam ſub Excommunicationis pœna, ne quis ſæcularium, auſu temerario, diuinorum officiorum tempore, Chorum ipſum introire præſumat, velut importunus irrumpens in ſecreta colloquia, quæ miſcentur inter Deum, & eius domeſticos ſeruos & miniſtros. Qui autem ignoranter fuerit ingreſſus, monitus ſtatim exeat, & interea quiſq; illi oraculo aſſueſcere diſcat. *Nè appropies huc, quia terra ſancta eſt.* Ex eiſdem.

Chorus, vbi iā poſt Altare trāſlatus non fuerit, quamprimùm transferendus.

Hoc autem quò faciliùs & ſuauiùs effici, & optatæ executioni ad vota demandari poſſit, ac vt omnium altercationum, cōtentionum, & rixarum occaſiones cum ſęcularibus euitentur, & vt id ſęculares minùs ęgrè ferant, Chorum Prouinciales Miniſtri & Locorum Superiores, aut à poſteriori parte Altaris maioris, aut ſuperiori aliquo Eccleſię loco, prout opportuniùs videbitur, vbi iam id factum non ſit, primo quoq; tempore, transferri & accomodari, diligenter curent. Ex eiſdem.

A Sacrario & Sęculares arcēdi: & quare.

Hęc eadem regula perpetuò, atque inuiolatè ſeruetur etiam de ipſo Sacrario; ita vt, dum Miſſę celebrātur, in eoq; Sacerdotes ad diuina ſanctè peragēda, ſe pręparant, ac ſacras veſtes induunt, ſęculares quicunq; omnino foris maneant, & procul arceantur, propoſita eamet Excommunicationis pœna, & alia quoq; Epiſcoporum arbitrio, ſtatuenda. Res quidem indignitate & impietate plena, & ab omni religione, & Sacrorum cultu & maieſtate prorſus aliena, vt laici homines ſacra Sacerdotum penetralia introſpiciant, & arcana ſcrutentur. Ex eiſdem.

Prędicta exactè ſeruanda: & vt ſeruentur, à Superioribus

Porrò vt hęc omnia ita exactè ac ſtudioſè ab omnibus ſeruentur, ſicut ſanctè ac piè decreta ſunt, Locorum Superiores, & Prouinciales quoque, pro eorum pietate & religione, diligen- Ex eiſdem.

ligenter curent. Quę verò ad ſacrum Silentij cultum, & ſecularium ad interiora loca, & Dormitorij quoque ingreſſum pertinent, exactè quidem atque omnino inuiolatè ab omnibus ſeruanda, firmiter precipimus. diligenter curandum.

Ex eiſdem. Contrà qui fecerit, culpam ſuam ſingulis vicibus coram fratribus capitulariter congregatis humiliter cognoſcat, ac pœnam ſubeat, Superioris arbitrio taxãdam. Quòd ſi monitus neglexerit, vel etiam cõtempſerit, grauiùs puniatur pro negligentię modo, vel contemptus ratione. Si verò in contumacia perſeuerauerit, ſuffragiorum iure priuetur, & grauius etiam puniatur, Prouincialis arbitratu, pro contumacię modo. Contrafacientes quomodo puniendi.

Ex eiſdem. Quia verò in ijs frequentiùs ac faciliùs peccari compertum eſt, propterea omnem curam & Locorum Superiores, & Prouinciales quoque adhibeant, vt tandem aliquando ſuperinde opportunè proſpectum, ſatisq; prouiſum eſſe videatur, ac re uera ſit: & quò magis in retinenda, reſtituendaq; regularis vitę diſciplina laborauerint, eò maiori quidem mercede, honore, ac laude, ſe à Deo vtiq; donandos certò ſciant. Denique nouerint, extremis morbis extrema remedia adhibenda eſſe. Neque cuiquam mirum videatur, quòd hæc tã acriter inſectemur: quandoquidẽ nos vehemẽter & vrget, & angit in ijs videre vſquequaq; collapſam regularis vitę diſciplinam. Quare & Locorum Superiores, & Prouinciales Miniſtros vehementer hortamur, & obſecramus in Domino IESV, vt in abuſibus eiuſmodi tollendis, & reſtituenda regularis vitę diſciplina, omnem diligentiam ſolicitudinem, curam, ſtudium, omnes conatus, & omne denique officium adhibere velint. Superiorũ diligentię, obſeruantia prædictorũ ſummopere commendata: Et quare.

Ex Neap. cap. xxiij. Illud prçterea conſultò decernimus, vt fratrũ nemini ſęculares conſanguineos, affines, vel amicos, ad comedendum in Communitate cum fratribus quouis modo, occaſione, vel cauſa, etiam pietatis & ſpiritualis letitię, aut mutuæ charitatis ſignificatione, vel demum antiquę conſuetudinis vel neceſſitudinis gratia admittere liceat: neque licentia eiuſmodi vllatenus cuiquã detur, niſi fortè pro aliquo Prçlato, vel magnę ſpectabilitatis Domino, qui pro eorum dignitate, & ſingulari in Religionem noſtram pię deuotionis affectu, fratribus honori & ornamento, ipſiq; fratres & ędificationi & exemplo futuri ſint. Contrafacientes Guar- Sæculares ad comedendũ cũ fratrib. in Cõmunitate, non admittendi: Et, ſi quis admittatur aliquando, qualis eſſe debeat.

diani Officio priuentur, & fratres alij ſuffragiorũ iure trie-nio careant.

De Ieiunio.

Et ieiunent à feſto omnium Sãctorum, vſque ad Natiuitatem Domini. Sanctam verò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epifania, vſque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti ſint à Domino: & qui nolũt non ſint aſtricti: ſed aliam vſque ad Reſurrectionem Domini ieiunent. Alijs autem temporibus, non teneantur niſi ſexta feria ieiunare. Tempore verò manifeſtæ neceſſitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali. Regula ca. iij.

Ieiunij diebus, etiam à lacticinijs abſtinẽdũ.

QVo tempore fratribus vel ex pręcepto Eccleſię, vel ex Religionis noſtrę Inſtituto ieiunãdum eſt, non ſolũ ab eſu carnium, ſed etiam ab ouis, caſeo, & lacticinijs quibuſuis abſtinere debent. Locorum verò Superiores, qui talia in Communitate comedi permiſerint, aut comedenda fratribus prouiderint, ipſi quidem Officio, fratres verò, qui ea comederint, ſuffragiorum iure priuentur, Prouincialium arbitratu. Ex Salmant. ca. iij. Et ex Valiſolet. 1593.

Neceſſitas ab ea lege eximitur.

Quòd ſi neceſſitas vrgeat, quæ Medicorum iudicio decreta ſit, Superiorię; antea probata; in Valetudinario quę neceſſaria fuerint comedere liceat. Ex Valliſolet. 1593.

Vt ieiunari poſſit, neceſſaria prouidẽda.

Vt tamen fratres ieiunare poſſint, eis Superiores Locorum quę ſunt neceſſaria & licita, diligenter prouidenda curent. Ex Salmant. capit. iij.

Illud

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Illud verò & Locorum Superioribus, & Prouincialibus quoque, ac alijs fratribus omnino omnibus inuiolatè ſeruã dum eſt, vt quantùm per occupationes neceſſarias licuerit, in Communitate ad comedendũ ſimul conueniant. In victu enim, quemadmodum & in veſtitu iam cautum eſt, cõmunitatem ab omnibus inuiolatè ſeruandam firmiter pręcipimus; ita tamen, vt pro diuerſitate meritorum, & laborum quoque, iuxta laudabilem ac probatam Religionis conſuetudinem perſonarum ratio ſemper habeatur.

Omnibus fratribus in Communitate comedendum: & communiter.

Ex eiſdem.

Extra Communitatem, ſine rationabili cauſa, Superiori probata, nemini comedere liceat. Quòd ſi Locorum Superiores, in concedendis licentijs eiuſmodi, nimis faciles fuerint, Prouincialium arbitrio coerceantur.

Extra Cõmunitatem, quando comedere liceat: Et quõ.

Ex eiſdem. Et ex Regula capit. iij.

Sanctam verò Quadrageſimam, quę incipit ab Epifania, vſque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit, ſicut nemo cogi poteſt, ſic omnes incitari debent, vt pro conſequenda vel in primis benedictione Domini, ieiunare velint. Nam cùm dixerit, *Qui voluntariè eam ieiunant, benedicti ſint à Domino*, ita magis animat atque incendit, vel quia magnitudinẽ virtutis oſtendit, vel quia ineſtimabili ſua diſcretione, noluit rem in neceſſitatem legis concludere, vt eligendi cupiditas creſcere poſſet: natura enim vehementiùs in ea ferimur, quæ propria voluntate facienda eligimus.

Ad ieiunium eius Quadrageſimę, quæ Benedicta à Patrib. noſtris dicta eſt, nemo cogẽdus: omnes inuitandi.

Ex eiſdem.

Illud verò omnino curandum eſt, vt qui voluntariè eam, pro eorũ pia deuotione, ieiunare voluerint, eis Superiores Locorum, quæ neceſſaria fuerint, diligenter prouideant; vt & ipſi vnà cum illis benedictionẽ Domini conſequãtur.

Ieiunantibus eò ipſo tempore, neceſſaria prouidenda.

Ex Valliſolet. 1593.

Porrò qui ſtatutis ieiuniorum diebus, abſque neceſſitate, Superiori probata, ieiunium fregerit, grauiter arceatur, Superioris ipſius arbitratu. Prouinciales autem, ac Viſitatores item, quo tẽpore Viſitationes obierint, an ieiunium ex præſcripto inuiolatè ſeruetur, diligenter ac ſpecialiter inquirãt.

Qui ieiuniũ fregerit, grauiter arcendus.

De euagatione fratrum ſtudioſè tollenda.

Regula ca. iij.

Conſulo verò moneo & exhortor fratres meos in Domino IESV CHRISTO, vt

quando vadunt per mundum, non litigēt, neque contendant verbis, nec alios iudicent: ſed ſint mites, pacifici & modeſti, manſueti & humiles, honeſtè loquentes omnibus, ſicut decet &c.

De licentijs tā eundi per mundum, quàm de Cōuentib. egrediēdi: & ad quē ſpectet easdare

Ex Valliſolet. 1593.

CVM ſine licentia fratres per mundum ire nō poſſint, neque preterea de Conuentibus egredi eiſdem liceat; licentia verò hęc regulariter ad Locorum Superiores ſpectet; illa verò ad Prouinciales pertineat: idcirco hęc de licentijs eiuſmodi præſcribenda duximus.

Qui ſine licētia è Conuentu egreditur, apoſtata.

Ex Ro. 1587.

Nemini omnino cuiuſcunque gradus, dignitatis, aut conditionis exiſtat, præter eos, qui Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis Officio functi ſunt, ſine Superioris licentia tacita vel expreſſa, oretenus obtenta, de Conuentu egredi liceat, ſub apoſtaſiæ nota, ipſo facto incurrenda.

Licentia pro egreſſu, quomodo petenda: &, ea obtenta, atque executioni demandata, in regreſſu ad Cōuentum, quid agendum.

Ex Neap. cap. xiiij.

Licentia verò eiuſmodi omni qua decet humilitate & reuerentia petatur, atque aliter petentibus omnino denegetur. Obtenta verò egredientes, vt primùm redierint, ad Superiorem Loci, & regreſſus ſignificandi, & petendæ benedictionis gratia, continuò accedant. Quod qui præſtare neglexerit, prætermiſeritve, ei trium menſium ſpatio egrediendi licentia non detur, ac præterea flagella, diſciplinæ nomine, coram fratribus capitulariter congregatis ſibi adhibeat, & humi genuflexus, pane & aqua ieiunet. Et ſi in contumacia perſeuerauerit, grauiùs etiam puniatur, Prouincialis arbitratu, pro contumaciæ modo.

Euagādi libertas, coercēda à Superioribus.

Ex eiſdem.

Quia verò euagandi libertas, vel petulantia magis, aut fratrum importunitate, aut nimia etiam Superiorum indulgentia, magna nimis euaſit, adeò vt alicubi plerique fratres & admirationi, & ſcandalo etiam fortaſſis populo ſint; idcirco religioſæ honeſtatis conſeruandæ gratia, Locorum Superiores admonemus ac requirimus in Domino, vt non niſi grauibus vrgentibusq; de cauſis, eorum iudicio probatis, egrediendi licentiam petentibus concedant. In quo ſi nimis faciles fuerint, licentiandi poteſtate, Prouincialium arbitrio priuentur. Qui præterea

terea petentium importunitatem & petulantiam, graui ſeueritate coerceant.

Ex eiſdem. In licentijs verò concedendis, neceſſariam perſonarum rationem, pro ſingularum qualitate vel in primis ſemper habendam eſſe decernimus. In cōcedēdis licentijs, rō perſonarū habēda.

Ex Valliſolet. 1593. Socium præterea Superiores ipſi, quem maluerint, aſſignent, prout eis opportuniùs videbitur: nec cuiquam is detur, quem quiſpiam petierit, niſi ex ijs fuerit, quibus ſocium gratum, ex Conſtitutionum præſcripto, habere licet. Socius per Superiorem aſſignandus.

Ex Salmant. cap. ij. Cùm autem extra Cōuentuum, vel Prouinciarum etiam fines cuiquam egrediendum fuerit, id ei ne liceat, ſub apoſtaſiæ nota, ipſo facto incurrenda, niſi impetrata priùs, aut Prouincialis, aut Generalis ſcripta facultate. Pro egrediendo è Prouīciæ, vel Cōuēt⁹ finibus, quę licētia neceſſaria.

Ex Valliſolet. 1593. Prouinciales autem, ad quos regulariter ſpectat licentias eiuſmodi concedere, admonemus ac requirimus in Domino, vt & regularis diſciplinæ retinendæ ſtudio, & religioſę honeſtatis accuratiùs conſeruandæ gratia, nimiam fratrum euagandi petulantiam, quoad fieri poteſt, coercere velint. Nam ad inutiles vagosq; fratrum diſcurſus ſalubriter tollendos, & ad retinendum diligentiùs regularis diſciplinæ rigorem, tot tantaq; Religioni noſtræ priuilegia ſancta Sedes Apoſtolica conceſſit. Prouinciales itaque pro viribus laborent, vt quantùm fieri poteſt, ab euagatione huiuſmodi efficaciter fratres coerceant, & in Officio & diſciplina continere diligenter curent. Pro euagandi petulantia coercenda, ſtudio sèà Superioribus laborandū.

Ex eiſdem. Cùm autem licentias eiuſmodi in caſibus tantummodo neceſſarijs concedere eiſdem liceat, caueant ne facultate eiuſmodi abutantur: alioquin eadem, Generalis arbitratu, priuèntur, & ſuſpendantur etiam Officio, ſi ita ei expedire videbitur in Domino. Licētiandi poteſtate, Prouinciales ne abutantur.

Ex Neap. cap. xxvij. Illud verò vel in primis inuiolatè ſeruent, vt cauſa ipſa, propter quam licentia conceditur, ea ipſa facultate ſemper explicetur, ac pręterea reuertendi tempus præſcribatur, ne fratribus diutiùs euagari liceat. Conceſſionis cauſa, ſcripto explicanda.

Ex eiſdem. Publicæ etiam, ac religioſę honeſtatis ſtudioſiùs conſeruandę gratia, veteri ac probatæ, perpetuoq; vſu receptæ Religionis conſuetudini inhærentes, etiam ſtatuimus & decernimus, vt fratrum nemini prorſus, ſine ſocio Nemini ſine ſocio iter facere licet.

iter facere liceat, ſub apoſtaſiæ nota, eò ipſò incurrenda, niſi neceſſariam ob cauſam, Prouincialis aut Generalis iudicio probatam, ſcriptoq; eius conceſſu luculenter explicatam. Prouincialis autem pro ſua pietate, religione, & regularis diſciplinę retinendæ ſtudio, caueat, ne facultatem eiuſmodi, niſi vrgente, ſibiq; manifeſta neceſſitate, cuiquam tribuat.

Etiā ad eleemoſynas quærendas, bini, ſi fieri pōt, mittēdi ſunt fratres. — *Ex Valliſolet. 1593.*

Quòd ſi ratio etiam iniri poſſet, vt quando fratres ad petendam eleemoſynam exeunt, bini ſemper incederent; per pulchrè quidem actum, ac religioſo decori opportunè proſpectum ſanè videretur.

Per Ciuitates & Oppida, bini ſemper incedāt fratres. — *Ex eiſdem.*

Illud verò omni ratione vel in primìs omnino ſeruetur, vt per Terras, Ciuitates, & loca, vbi Fratrum noſtrorum Monaſteria & Loca exiſtunt, Fratres qui de familia in eiſdem morantur, bini ſemper incedant.

E Conuentu egredi, nemini licet, niſi is à Superioribus, aut miſſus ſit, aut vocatus. — *Ex Salmant. capit. ij. Et ex Concil. Trid. ſeſ. xxv. cap. iiij.*

Sacri Concilij Tridentini auctoritatem præterea ſecuti, & antiquis Conſtitutionibus inhęrentes, etiam conſultò decernimus, vt de Loco recedere nemini omnino liceat, ſub quocunque prætextu, etiam ad Superiores accedendi, niſi ab eiſdem, aut miſſus, aut vocatus fuerit; tumq; facultate ſcripto priùs impetrata, ne tanquam deſertor Inſtituti, ab Ordinarijs locorum puniatur. Qui contrafecerit, eò ipſò apoſtaſiæ notam incurrat.

Superioribus Localibus, quādo fieri poſſit facultas, extra fines mittēdi: Et qua lege. — *Ex Valliſolet. 1593. Et ex Salmant. cap. ij.*

Prouincialibus tamen liberum ſit, Locorum Superioribus permittere, vt certis caſibus, fratres ſuos ad viciniora Loca, vel etiam ad eorum præſentiam mittere poſſint. Quibus caſibus, de Diſcretorum conſilio, facultas eiuſmodi, ſcripta ſemper detur, qua miſſionis, vel cōceſſionis etiam neceſſitas expreſsè probetur. Qui contrafecerint, & Officio, & ſuffragiorum iure priuētur, Prouincialium arbitratu.

Qui ad quærēdas eleemoſynas mittūtur, à Superioribus localibus quo licentiandi. — *Ex Valliſolet. 1593.*

Hoc tamen Decreto eos excipimus, qui colligendę eleemoſynæ gratia, intra terminos ſingulis Monaſterijs præſcriptos, mittuntur. Quibus ſanè Superioris verbum ſufficiar, niſi fortè propter improbos, ad euitanda in populo ſcandala, neceſſarium ſit ſcriptum miſſionis ipſius teſtimonium. Cuius forma in fine Decretorum reperiri licet.

In Ciuitatib. nec negotiari, nec etiā comedere, fratrib. forenſib. licet, — *Ex Salmant. capit. iij.*

Illud etiam ſtatutum eſt, vt vbi contigerit, quempiam, Superiorum conceſſu, ad aliquā Ciuitatem, Terram, vel Oppidum accedere, vbi fratrum noſtrorum Locus exiſtat, eius Superiori ſe præſentet, antequàm ad Terram eiuſmodi accedat;

cedat; neque prætcrea ſine licentia eiuſdem, aut de Loco exire, aut in Ciuitate, Terra, vel Oppido negotiari, aut etiam comedere ei liceat, ſub apoſtaſię nota, ipſo facto incurrenda.

niſi prius Superiori Côuentus ſe præſentauerint.

Ex Salmant. capit. iij. Et ex Neap. cap. xv.

Negotia verò eiuſmodi ipſis Locorum Superioribus antea ſignificentur, vt eorum conceſſu, ſi eis expedire videbitur, ea pertractari liceat.

Foreſes negotia Superiori ſignificent.

Ex Neap. cap. xv.

Qui etiam ſocium ex eorum familia eiſdem aſſignent, niſi Patres Ordinis, aut aliàs Prouinciales Miniſtri fuerint: quos pro eorum dignitate, quoad ſocium, & negotia ſignificanda, hoc Decreto excipimus.

Socios ex ſua familia, Superiores forenſibus aſſignent.

Ex Neap. cap. xxj Et ex Valliſolo. 1583.

Vt etiam multis abuſibus & periculis occurratur, opportunè ſtatuimus, vt quo die quiſque acceſſerit, & quo item receſſerit, ab eiſdem Locorum Superioribus, in ea ipſa facultate, qua quiſque acceſſerit, diligenter notetur. Quod vt omnino fiat, & ille quidem humiliter procurare, & ij diligenter præſtare teneantur, ſub pœna illi apoſtaſiæ, ijs priuationis Officij, eò ipsò negligentibus incurrenda.

Quò die quis accedit & recedit, quomodo notandum.

De Fratribus quauis de cauſa Romam confluentibus: & de ijs, quæ Procuratori & Commiſſario Curiæ Romanæ, hoc circa præſtanda ſunt &c.

Ex Neap. cap. xxj.

CVM ad ſanctam Vrbem, multis ſanè de cauſis, vndequaq; fratres, Superiorum conceſſu, quotidie confluāt; idcirco ad omnem dubitationem tollendam, & ad cauenda incôuenientia quamplurima, circumſpecta prouidentia, opportunè quoque ſtatuimus, vt quò primùm appulerint, ſtatim ad Locum noſtrum ſanctæ Marię de Aracœli, rectà quidem properent, & coram Procuratore vel Commiſſario Curię, ad pręſcriptum vſque receptum vtriuſque familię morem, illico ſe præſentent; & ſi quæ negotia Romæ pertractanda habuerint, cum eo ſyncerè ac fideliter conferant; & quicquid ipſe deſuper decreuerit, inuiolatè quidem exequantur; eiq; in omnibus & per omnia, tanquam verò ac

Romam accedentes, ad Locum Aracęli rectà properent: Coram Officialibus Curiæ ſe præſentent: Cũ eis negotia pertractanda conferāt: Ab eorũ Decretis, ne latum quidẽ vnguem, recedāt.

legitimo eorum Prçlato, ſubijciantur, & eius mandata diligenter ſeruent.

Sine licentia Officialis Curiæ, forenſibus è Conuentu egredi nō licet.

Nec verò cuiquam, quouis prætextu, vel quacunque de cauſa, ſanctas etiam Eccleſias inuiſendi gratia, abſque expreſſa eiuſdem licentia, de Conuentu egredi liceat, ſub apoſtaſię nota, ipſo facto incurrenda. Ex Neap. cap. xxj.

Acceſſus & receſſus eorū in libro notādus: & ea de cauſa ab eis receſſus ſignificandus.

Præterea quo die acceſſerint, & quo diſceſſerint item, Commiſſarius vel Procurator reſpectiuè, in libro ad hoc ſpecialiter deputato, diligenter adnotandum curet, vt vel ſic vſquequaque opportunè proſpectum ſit. Quamobrem nemo Roma diſcedat, niſi receſſum eidem antea ſignificet. Ex eiſdem.

Forēſibus. Romę commorandi, tempus præſcriptū: Et quo, modo.

Qui autem pię deuotionis gratia, Superiorum conceſſu, Romam contenderint; ijs in ea commorandi, trium dierum terminum præſcribimus. Negotiorū verò cauſa eò proficiſcentibus, dierum octo ſpatium ſtatutum ſit. Quem tamen commorandi terminum, producere vel contrahere, Procuratori vel Commiſſario reſpectiuè, liberū ſit, vt pro rei ac perſonarum qualitate, neceſſarium, pro ſuo quiſque munere iudicauerit. Ex eiſdem.

Cum Apoſtatis, Romam accedentibus, q̄d agendum.

Porrò qui ſine legitima facultate Romā acceſſerint, eos ab apoſtaſiæ cenſura rite abſolutos, & ſtatuta pœna ſalutariter emendatos, mox ad propria remittant, ab eorum Superioribus, pro ipſorum demeritis iure puniendos. Ex eiſdem. Et ex Salmant. capit. ij.

Romam accedendi facultas, qua de cauſa concedenda.

Prouinciales autem & vniuerſos, & ſingulos admonemus, vt non niſi vrgentibus de cauſis, fratribus eorum curæ commiſſis, Romam proficiſcendi, licentiam concedant. Ex Neap. cap. xxj.

Ordo Capitularis audientię inter Officiales Conuētus Araçęli ſtatuitur.

Vt nullus præterea in audiendis, puniendiſve culpis, etiam muneris eò de genere ineundi cauſa, confuſioni locus ſit, ſed omnia rectè ac ordine fiant; ſtatutos Capitularis audientię dies, ſingulis quibuſque Officialibus in eodem Loco reſidentibus præſcribendos, operæpretium duximus, prout pręſenti Conſtitutione pręſcribimus. Guardiano itaque, pro ſuæ curæ fratribus comiſſis, ſecundam, quartam, & ſextam feriam, ſolemni feſto non impeditam, aſſignamus. Pro Ciſmontanis autem tertiam & quintam feriam. Pro Vltramontanis verò diem Sabbati ſimiliter non impeditam, Procuratori Commiſſariove reſpectiuè attribuimus. Ex eiſdem.

Fratres quicunque in iti-

Poſtremò illud etiam magnopere quidem cupimus, vt quando Fratres vadunt per mundum, ſalutaris moniti Bea- Ex Valliſolet. 1593.

tiſſimi

·tiſſimi Patris noſtri Sancti Franciſci perpetuò meminerint, videlicet vt non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent: ſed ſint mites, pacifici, modeſti, manſueti, & humiles: ac denique omnino tales ſint, quales eſſe voluit, & ſanè quales eſſe decet, pro Inſtituto quod ſanctè profitemur. neribus, quales ſe præbere debeant.

Ex eiſdem. Quando verò de Conuentu egrediuntur, modeſtè, religiosè, ac decenter incedant, manibus religioſo more compoſitis, graui quidem inceſſu, vultu demiſſo, oculis non vagis; ita vt populo ſanctitatis exemplo ſint, & quam præ ſe ferunt, religioſam dignitatem & perſonam oſtendant. Qua compoſitione è Conuentibus exeundū.

De non equitando.

Regula c. iij. Et non debeant equitare, niſi manifeſta neceſſitate vel infirmitate cogantur. In quamcunque domum intrauerint, primùm dicant. Pax huic domui. Et ſecundùm ſanctum Euangelium, de omnibus cibis qui apponuntur eis, liceat manducare.

Ex D. Bonau. ſuper Re. Et ex Salmant. ca. 5. Et ex Neap. ca. 25. Et ex Valli ſolet. 1593. SVPER hoc loco Sanctus Bonauentura dicit, quòd neque bigare, aut quadrigare fratribus liceat: ac propterea qui ſine ſcripta Prouincialis facultate, equitare, bigare, aut quadrigare auſerit, bimeſtri carceris pœna puniatur, & ſi in hoc defectuoſus fuerit, omni ſuffragiorum iure ſexennio careat. Sine ſcripta facultate, equitare non licet.

Ex Neap. cap. xxv. Caueant autem Prouinciales, ad quos fratrum neceſſitates cognoſcere ſpectat, ne fratres eorum curæ commiſſos, ſine manifeſta neceſſitate, prout in Regula continetur, equitare, bigare, aut quadrigare, vel etiam calceamenta in itinere deferre, permittant. Dare autem licentias eiuſ- Equitandi licētia, & calceamenta in itinere deferēdi, ſine manifeſta neceſſitate, haud concedenda.

eiuſmodi in caſibus tantummodo neceſſarijs, ſe poſſe nouerint.

Facilitas in talibus licentijs dandis, punienda.

Quòd ſi ſecus fecerint, aut nimis faciles, vel etiam in ijs accuratè præſtandis negligentes fuerint; tanquam Regulæ tranſgreſſores, ſuis Officijs omnino priuentur, Generalis arbitratu. Ex eiſdem.

Sine licentia equitantes, carcerandi.

Quam pœnam & Locorum Superiores ſubeant, ſi fratres in hoc genere delinquẽtes, & ad eorum Loca declinantes, carceribus non mancipauerint. Ex eiſdem.

De prædictis à Viſitatoribus inquirendum.

Quia verò in hoc, & facile & frequenter peccari compertum eſt; idcirco Viſitatores ſuperinde ſpecialiter inquirant, & in delinquentes grauiter animaduertant. Ex Valliſolet. 1593.

De non recipiendis pecunijs.

Præcipio firmiter Fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per ſe vel per interpoſitam perſonam. Tamen pro neceſſitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos ſpirituales, Miniſtri tantum & Cuſtodes ſolicitam curam gerant, ſecundùm loca & tempora & frigidas regiones, ſicut neceſſitati viderint expedire. Eo ſemper ſaluo, vt (ſicut dictum eſt) denarios vel pecuniam non recipiant &c. Regula ca. iiij.

Denariorũ & pecuniæ receptio, prohibita.

Cvm denariorum, & earum rerum omnium, quæ vel pretio æſtimantur, vel quarum vſum fratribus habere non licet, receptio hìc prohibeatur expreſsè; propterea ſtatutũ eſt, quòd ſi quis denarios vel pecuniam receperit, vel propria auctoritate, ſiue temeritate potiùs, alium ad recipiendum prædicta, in proprios vſus conuertenda, ſubſtituerit; Ex Salmant. cap. iiij.

ſtituerit; is pœnas ſubeat, contra proprietarios infrà conſtitutas.

Ex eiſdem. Quibus pęnis etiam afficiatur qui denarios ſupra ſe portauerit, vel proprijs manibus contrectauerit, vel in pera, vel ſupra Iumétum detulerit; ac item qui denarios apud ſe, vel in Cella, vel alibi, vel in manibus ſæcularium depoſitas habuerit.

Denarios portare, contrectare, retinere, apud ſæculares deponere; omnia vetita.

Ex Vallisolet. 1593. Quibus omnibus & ſingulis caſibus, in foro conſcientiæ abſolui non poſſit, præterquàm in mortis articulo, niſi à Prouinciali Miniſtro.

Eorum, in foro conſcientię, abſolutio reſeruata.

Ex eiſdem. Quòd ſi huius flagitij reus, in foro fori declaratus fuerit, carceribus per menſem mancipetur, & omni ſuffragiorum iure perpetuò, careat vel grauius etiam puniatur, pro grauitate delicti.

In foro fori, quæ pœna prima vice imponenda.

Ex eiſdem. Et ſi quis in id ipſum pluries inciderit, ſingulis vicibus duplicetur pœna; vt dum augetur culpa, augeatur & pœna, Superiorum arbitratu.

Quæ alijs itẽ vicibus.

Ex Salmant. c. iiij. Et ex Vallisolet. 1593. Quia verò pro neceſſitatibus fratrum quibuſcunq;, omnia pro eiſdem oblata, vel quomodolibet relicta, ſiue denarios, ſiue pecunias, Procuratores Apoſtolici recipere, & ea pro conſtructione, ſiue pro reparatione domorum, ſiue pro inſtauratione Eccleſiarum, ac rerum ad diuinum cultum pertinentium, ſiue pro neceſſitatibus ipſorum fratrum quibuſuis, tam ad victum, quàm ad veſtitum pertinentibus, auctoritate Apoſtolica, tanquam veri legitimi Oeconomi, Syndici, ſiue Procuratores Apoſtolici, ſecundùm voluntatem Superiorum Ordinis, expendere, diſtrahere, commutare, & alienare poſſunt; prout ex Conſtitutionibus, declarationibus, & conceſſionibus Apoſtolicis, & præſertim Nicolai Tertij, Martini Quarti, Nicolai item Quarti, Martini Quinti, Eugenij Quarti, & Sixti ſimiliter Quarti, ſatis ſuperq; conſtat: idciro hæc de ipſorum Procuratorum inſtitutione, auctoritate, & Officio; & quomodo item fratres eiſdem licite vti, & cùm eis ſe habere poſſint & debeant, hìc apponenda, & præſcribenda, operæpretium duximus.

De Procuratorum Apoſtolicorũ inſtitutione, auctoritate, & Officio plenè tractatur: & quare.

Ex eiſdem. Martinus Quartus Generali, ac Prouincialibus Miniſtris & Cuſtodibus conceſſit, vt aliquas perſonas, quæ non ſint de ipſo Ordine, prout opportunum foret, nominare poſſent.

Quæ Martinus IIII. circà Procuratores, conceſſit.

Ex eiſdem. Declarauit perſonas eiuſmodi ſic nominatas, eſſe veros &

Quæ declarauit.

ros & legitimos adminiſtratores, Oeconomos, Syndicos, actores, & Procuratores.

Quę decreuit. Decreuit, vt Procuratores huiuſmodi res quaſcúque pro fratribus oblatas, vel ad Ordinem & eius profeſſores quomodolibet pertinentes, & earum pretium, nomine Sanctę Romanæ Eccleſiæ reciperent, ac circa eas legitimã, generalem, & liberam adminiſtrationem haberent; resq; prædictas in prędictorum fratrum vtilitates, prout eis ex Regula & eius declaratione licet, conuerterent, quando & quoties à prędictis Miniſtris, vel alijs fratribus Ordinis eiuſdẽ, ipſorum conceſſu vel conſenſu, requiſiti eſſent. Ex eiſdem.

Quæ generaliter conceſſit. Et generaliter conceſſit, quòd prædicti Procuratores facultatem haberent, procurandi in omnibus cauſis, pro rebus & Locis ad Eccleſiam Romanam ſpectantibus, & ipſorum fratrum vſui conceſſis, nec non pro immunitatibus, libertatibus, priuilegijs, & iuribus eorundem fratrum, & ad eorum Loca ſpectantibus. Ex eiſdem.

Quæ cõceſſit Mart. V. Martinus Quintus ſimilẽ conceſſionẽ circa Procuratores, vel Syndicos huiuſmodi fecit, & quæ Ioannes vigeſimus ſecundus hoc circa reuocauerat, ampliſſimè derogauit. Ex eiſdem.

Quę Eug. & Six. IIII. Eugenius Quartus, & Sixtus itẽ Quartus id ipſum, quod Martinus Quintus & Quartus, conceſſerunt. Ex eiſdem.

Conceſſiones Martini V. hic additæ. Ex prædictis autem conceſſionibus, ad maiorem rei euidentiam, has ad verbum addendas cenſuimus. ex Valliſolet. 1593.

MARTINVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

Illarum Prœmium. *Amabiles fructus, quos ſacer Ordo fratrum Minorũ, velut pomerium quoddam diuina manu conſitum, in agrum militantis Eccleſiæ, in hubertate produxit hactenus, & producit aſſiduè, ac odorem ſuauitatis in omnem terram, ex fructuoſis operibus dicti Ordinis profeßorum continuè prodeuntem, in noſtræ conſiderationis intuitum ſpecialiter inducentes; de ſtatu prædicti Ordinis proſperè conſeruando, vt fęlicibus ſemper ſucceſſibus augeatur, ſolicitè cogitare nos conuenit, & ad ea paternis ſtudijs intendere, per quę profeſſores prædicti, ab exteris & ſæcularibus curis releuati, in humilitatis ſpiritu, & contemplationis ſuauitate, ſinceriùs & quietiùs poſſint*

Cõſtitutionis Martini IIII. inſertio. *Altiſſimo famulari. Dudum ſiquidem fęlicis recordationis Martini Papæ IIII. prædeceßoris noſtri, literæ emanarunt, tenoris ſubſequentis.*

Marti-

Martinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs, Generali & Prouincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus vniuerſis Ordinis fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Eius tenor ad uerbum.

Exultantes in Domino, quòd Sacri veſtri Ordinis Profeſſores, in Dei beneplacitis confirmati, promptitudine deuotionis & operis, illius ſtudent imitari veſtigia, eiuſq; vias ſummopere cuſtodire, qui deſcendens à Patre luminum, & ſerui formam accipiens, ſe in laudis ſacrificium, placabilem hoſtiam immolauit; cogitare iudicamus honeſta remedia, quibus dicti Ordinis pura obſeruantia in ſui vigore ſeruetur; ijdemq; fratres, qui pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri, excluſis quibuſcunq; ſolicitudinibus, liberiùs & quietiùs diuinis vacare poſſint obſequijs; & offerentium, donantium, concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium Ordini prædicto, vel fratribus eiuſdem Ordinis aliquid propter Deum, pia intentio non fraudetur. Sic nos ſolicitudinis, qua prædictus Ordo pro ſuis neceſſitatibus, quoties ingrueret neceſſitas, vel vtilitas ſuaderet, ad Romanam Eccleſiam, ad quam omnium rerum, mobilium & immobilium, quibus fratres vti poſſunt, ius, proprietas, & dominium, nullo medio ſpectat; recurrere cogeretur, penſata incommoditate, uel difficultate potiùs, quæ per hoc ingeri poſſet; fratribus ſupradictis benigniùs indulgentes; uolentes quoque heredum & executorum negligentijs obuiare, ut fratres ſecundùm modos licitos & congruos ipſi Ordini, relictis ſibi in teſtamentis eleemoſynis non fraudentur; ac ſperantes quòd ijs, quæ pro ſtatu proſpero dicti Ordinis agenda fuerint, per nos eò ſalubriùs & utiliùs conſuletur, quò maiori fueritis in hac parte auctoritate muniti: Diſcretioni ueſtræ, de qua plenã in Domino fiduciã obtinemus, ſpeciales perſonas per uos taliter nominatas, in ijs adminiſtrationem legitimam, generalem, & liberam gerere; & ipſos ueros & legitimos adminiſtratores, Oeconomos, Syndicos, & actores eſſe, de plenitudine poteſtatis, præſentium auctoritate conſtituendo decernimus. Qui res ipſas, & rerum prædictarum pretium, & prædictas eleemoſynas nomine dictæ Eccleſiæ recipiant, per eoſdem in fratrum ipſorum utilitates, prout eis licet ex Regula uel declaratione eiuſdem, conuertenda, ſicut & quando à te fili Generalis, & ſingulis alijs ueſtrum, in Prouincia uel Cuſtodia ſibi decreta, uel ab eiſdem fratribus de aſſenſu ueſtro extiterint requiſiti. Ac eædem perſonæ petendi,

ex-

exigendi, recipiendi, alienandi prędicta; tranſigendi quoq; & paciſcendi, conueniendi, cõpromittendi, remittendi, refutãdi, quietationẽ faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia, & ueritate dicenda iurandi, & cuiuſlibet generis iuramentũ præſtandi, cum illis & contra illos, qui huiuſmodi res mobiles & immobiles, ac pretiũ earũ, uel relictas eleemoſynas fratribus in teſtamẽtis, occuparẽt, uel uiolẽter auferrẽt, ſiue cõtra volũtatẽ fratrũ quomodolibet detinerẽt. Et generaliter in oĩbus cauſis, pro rebus & Locis huiuſmodi, ad ipſam Eccleſiã ſpectãtibus, ipſorũ fratrũ uſui cõceſſis; nec nõ pro ĩmunitatibus, libertatibus, iuribus, ac priuilegijs, & indulgẽtijs eorũdẽ, ſine cuiuſlibet ſatisdationis & cautionis onere, plenã, generalẽ, & liberã habeant, auctoritate Apoſtolica, in iudicio & extra iudicium, poteſtatem; reuocandi quoque perſonas eaſdem, & earum quamlibet, ac alias ſubrogandi, uel nominandi per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum fuerit, qui eandem in prædictis, uel ſimilem habeant poteſtatem, plenam & liberam concedimus, auctoritate præſentium, facultatem.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę Conceſſionis & Conſtitutionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Apud Vrbẽ ueterem, quinto decimo Kalendas Februarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Reuocationis à Ioanne XXII. factæ eorum, quæ à Martino IIII. cõceſſa fuerant, mentio.

Cùm autem; ſicut exhibita nobis nuper pro parte Miniſtrorum Cuſtodum & fratrum prędictorum, petitio continebat; licet ipſi ex literis & conceſſione pręfatis magnum commodum, quo puram in ipſo Ordine obſeruantiam tenere, & quietiùs diuinis officijs, ac contemplationi uacare ualerent, ſe conſequi ac reportare poſſe proſpiciant; ipſi tamen pię memorię Ioannis Papę Vigeſimi ſecundi etiam Prędeceſſoris noſtri Conſtitutione, quę incipit. Ad Conditorem Canonum &c. per quam Miniſtris & Cuſtodibus ac fratribus prędictis, ne literis & conceſſione pręfatis, ſine Apoſtolicę Sedis ſpeciali licentia utantur, inter cętera prohibetur, obſtante; ſe literis & conceſſione prędictis, ſine conſcientiarum ſuarum ſcrupulo, licitè uti non poſſe formident, licentia huiuſmodi deſuper non obtenta: pro parte Miniſtrorum Cuſtodum & fratrum prędictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper his, eis & eorum ſtatui, & commoditatibus paternaliter ꝓuidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos

Nos igitur, ex præmiſſis, & certis alijs cauſis animum noſtrum mouentibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, volumus, & auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, Miniſtris Cuſtodibus & fratribus prædictis concedimus, quòd ipſi & eorum ſinguli, literis prædictis, ac omnibus in eis contentis, liberè & licitè vti valeant, tandiù & quouſque per Sedem prædictam, aliud in præmiſſis eidem Ordini vtilius fuerit Ordinatū. Non obſtantibus præmiſſis, & alijs quibuſlibet Apoſtolicis Conſtitutionibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis & uolūtatis infringere, uel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem, Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romę apud Sanctos Apoſtolos, Kalendis Nouembris, Pontificatus noſtri anno Vndecimo. Eiuſdem reuocationis reuocatio, cum cōceſſionibus in contrarium. Cōceſſionum concluſio, cum clauſulis &c.

Ex Salmant cap. iiij. In Generali capitulo prǫterea, quod anno Domini 1430. apud Aſſiſium celebratum eſt, ex auctoritate Apoſtolica, de Procuratoribus huiuſmodi ſic fuit ordinatum, videlicet. Statuimus & ordinamus, quòd quilibet Conuentus ſeu Locus habeat ſuum Procuratorem, Oeconomum, Syndicum, & actorem, cui omnis eleemoſyna pecuniaria, & alia quæ ad pecuniam reduci poſſunt, integraliter aſſignentur: quas ipſe Procurator legaliter & fideliter pro reparatione Conuentuum, & Locorum, ac in alias neceſſitates fratrum pro tempore occurentes, ſecundùm voluntatem Superiorum, diſpenſare debeat. Quid in Generali Capitulo Aſſiſino, anno Dom. 1430. de Procuratoribus, fuerit ordinatum.

Ex literis Reuerēdiſſimi fratris Franc. Gonzagæ, olim General. Miniſt. cùm adhuc Generalatus Officio fungeretur. Cùm etiam ex conceſſione Gregorij Tertijdecimi Summi Pontificis, in Sacrarijs noſtris, quæ Sacriſtiæ vocantur, arculas ſeu capſulas, in quibus eleemoſynæ in dies oblatæ aſſeruantur, habere liceat, prout ex literis quibuſdam Illuſtriſſimi ac Reuerēdiſſimi Domini fratris Franciſci de Gonzaga, olim Generalis Miniſtri, nunc autem Epiſcopi Mantuani, luculenter apparet: ìdcircò ijs omnibus ſtantibus, conſultò ſtatuimus & decernimus. Arculas pro aſſeruandis eleemoſynis, in Sacriſtijs haberi licet.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Priuil. ac Collecto re: Quòd nominatiǫ & inſtitutio Procuratorum huiuſmodi, cùm ad ſolos Generalem, & Prouinciales Miniſtros, & Cuſtodes pertineat, Guardianis, & alijs fratribus eos nominare, vel iam conſtitutos deſtituere, aut nominare ne liceat. Nominatio & inſtitutio Procuratorum, quibus data.

Ex Salmāt. c. 4. Quòd omnes eleemoſynæ pecuniariæ, ſiue à fratribus procu- Eleemoſynę pecuniarię quæ

cunq; Procuratoribus conſignandæ. procuratæ, ſiue pro eis aut eiſdem oblatæ, vel quomodocunque relictę, iuxta declarationes Apoſtolicas, Procuratoribus Apoſtolicis integraliter conſignentur.

Eleemoſynæ pecuniariæ, vbi aſſeruandę. Quòd eleemoſynæ pecuniariæ nullibi, præterquàm in arculis eiuſmodi, vel in manu Procuratoris ipſius, aut eius Subſtituti aſſeruari poſſint. Ex eiſdem. Et ex Val. 1593.

Claues arcularum, à Procuratoribus tenēdę. Quòd claues arculæ eleemoſynarum eiuſmodi, nullatenus apud fratres, vel eorum Superiores exiſtant; ſed eas perpetuò Procuratores ipſi diligenter aſſeruent. Ex eiſdem.

Eleemoſynę quomodo ex arculis extrahendæ. Quòd eleemoſynæ prædictæ nunquam de Arculis eiuſmodi extrahi poſſint, niſi ab ipſis Procuratoribus; præſentibus tamen cum Guardiano tribus aut quatuor Diſcretis, vel fratribus, qui ſemper maiores natu ſint, vbi tot Diſcreti non fuerint. Ex Neap. cap. xvi.

Subſtitutus qd habere poſſit. Quòd Subſtituto, vltra duo Scutata de eleemoſynis eiſdem, apud ſe habere non liceat. Ex Salmant. cap. iiij.

Guardiani, cōtra præſcriptū, nē teneāt eleemoſynas. Quòd Guardianus, qui alibi, prçterquàm in arcula huiuſmodi, vel in manu Procuratoris, aut Subſtituti de eiuſdem conceſſu, eleemoſynas pecuniarias habere vel tenere repertus fuerit, proprietarij pœna puniatur. Ex eiſdem.

Sine Procuratoribus emere, aut vendere nō licet. Quòd ſine Procuratore ipſo, nihil emi, nihil vendi, nihilq; de eleemoſynis prædictis, quouis prætextu, vel quęſito colore diſponi poſſit, ſub pœna proprietarij, contrafacienti ſubeunda. Ex eiſdem.

Scripturę, quibus pecunias recepiſſe dicatur, prohibitæ. Quòd inſtrumenta, cōtractus, aut cuiuſuis generis ſcripturarum, in quibus fratres ſe pecunias recepiſſe teſtentur, fieri ne liceat, ſub pœna contra proprietarios conſtituta. Ex Salmant. cap. iiij. & vi.

Forma quietationis, vbiq; ſeruanda. Quòd ſi pro quietatione ſcripturam aliquam fieri oporteat, hæc forma vbique ſeruetur, videlicet. Tantam quantitatem pecuniæ, per N N. ordinatam vel legatam, pro fratrum neceſſitatibus, ab N. N. eſſe receptam, & ſibi plenè ſatisfactum. Ex eiſdem.

Sine licentia Superioris, eleemoſynę pecuniariæ haud q̄rendæ. Quòd nemo, ſine licentia ſui Superioris, eleemoſynam pecuniariam, pro ſe vel pro alijs fratribus, quærere aut accipere audeat, vel præſumat, ſub pœna violatæ paupertatis, contrafacienti ſubeunda. Ex eiſdem.

Aurea, argentea, aliaq; pretioſa, fratribus vetita. Quòd nihil aureum vel argenteum, aut quod ſanctę paupertatis ſtatui non conueniat pretioſum, fratrum cuiquam quouis prætextu vel quæſito colore, etiam piæ deuotionis, vel pietatis habere liceat, ſub eadem pœna contra proprietarios Ex Valliſolet. 1593.

tarios iam legibus conſtituta.

Ex Salmant. cap. vj.

Eleemoſynã ſine licẽtia apud Procuratorem hẽre, ac debita cõtrahere, vetitũ.

Quòd qui ſine Superioris licentia, eleemoſynam in manu Procuratoris tenuerit, eandem pœnam contra proprietarios conſtitutã, omnino ſubeat; ac præterea qui quouis modo in ære alieno fuerit, ſimili quoque pęna pariter puniatur.

Ex Salmant. cap. iiij.

Capſulę in Eccleſijs noſtris prohibitę: & ex eis quamprimùm auferendæ.

Illud etiam ſanctè cautum eſt, vt Capſulę pro colligendis, inferendis, aſſeruandiſve pecuniarijs Chriſti fidelium eleemoſynis, quouis prętextu vel quæſito colore, etiam Miſſę nouellæ, etiam indulgentiarum, in Eccleſijs noſtris nullæ ſint. Quapropter omnes & ſingulas capſulas eiuſmodi, arculas item, vel cippos ſeu diſcos, aut alia vaſa, quocunque nomine vocentur, etiam ſi Confratriarũ ſint, primo quoque tempore auferendas, diſtrictè præcipimus, ſub Excommunicationis pœna, contrafacientibus ipſo facto incurrenda, pręter alias contra proprietarios iã legibus cõſtitutas.

Ex diuerſis Sãctorum Patrũ declarationib. vt D. Bonauẽturę, D. Bernardini, Beati Io. de Capiſtrano, Nicol. III. Cle. V. Et ex Salmant. cap. iiij. Et ex Valliſolet. 1593.

De neceſſitatibus fratrum iudicare, ad quos ſpectet: & ij ipſi, in tali ferendo iudicio, quales ſe gerere debeant.

Cùm autem omnes eleemoſynæ pecuniariæ, & alia omnia, ſiue oblata, ſiue à fratribus, Superiorum conceſſu, procurata, ſiue quomodolibet eiſdem relicta, in vſus fratrum licitos & neceſſarios, per Procuratores prædictos, de conſilio, aſſenſu, & voluntate Superiorum Ordinis, expendi, diſpenſari, diſponi, & conuerti debeant; iudicium verò de vſu & neceſſitatibus eiuſmodi, non ipſis fratribus ſubditis, ſed eorum Superioribus & Prælatis, per Summos Pontifices commiſſum ſit: idcirco Superiores ipſi diligenter attendant, ne de ijs incautè pronuncient. Cùm enim de vſu & neceſſitatibus huiuſmodi, propter varias ac diuerſas Locorum & temporum conditiones, ac perſonarum qualitates, certa regula præſcribi non poſſit, propterea iudicium Superioribus, cum oneratione conſcientiarum ipſorũ, commiſſum eſt. Ideo in iudicio eiuſmodi ferendo, eos oportet vel in primis Regulę zelatores eſſe, prudentes, & diſcretos.

Ex eiſdem.

Quæ attẽdenda, in tali iudicio ferendo.

Ipſi enim ſcire debent, quarum rerum vſus fratribus ſit licitus, & quarum non; quis item vſus moderatus & quis exceſſus, in uictu & veſtitu, ac in qualitate vel quantitate; quæ vera neceſſitas, quæ præſentanea, quæ imminẽs, & quæ futura. Pręterea varietatem temporum, & locorum diuerſitatem conſiderare debent attentè, cùm Regula dicat. *Secundùm loca, & tempora, & frigidas regiones*: & quia perſonarum etiam diuerſæ ſunt qualitates, diuerſę cõditiones, complexiones diuerſæ, diuerſa merita. Statum etiam altiſ-

ſimæ paupertatis, quam ſanctè profitemur, vel in primis conſiderare debent attentiùs.

Quomodo ab illis pronũciandum ſuper prædictis.

Quibus omnibus & ſingulis per eos diligẽter examinatis ac debitè penſatis, non pro libito aut ex animi ſententia, non temere aut incautè, ſed magno cũ timore Domini, magna prudentia & diſcretione annuncient, proferant, ac iudicent. Ex eiſdem.

Quæ præſertim in pronũciando meminiſſe debent.

Illud perpetuò meminerint, quòd eorum cõſcientia deſuper vel in primis oneratur. Meminerint etiam, quòd ſtatum euangelicæ paupertatis profitentur: paupertas autem euangelica, vt ſanctus Bonauentura inquit, pro eo quòd à terrenis ad cœleſtia ſpiritum ſubleuat, tanquam ea quæ in cœlis totaliter theſaurizat, perfectè eam profitenti ſuadet, omnibus temporalibus, quantùm ad affectum & dominium debere nudari, & arcta neceſſitate ſuſtentationis, quantùm ad vſum eſſe contentum: ita quòd ſic relinquat dominium, quòd non reijciat vſum; ſic recipiat vſum, quòd non reſeruet dominium: ſic arctitudinem vſus ſeruet, quòd ſuſtentationem naturæ neceſſariam non abnuat; ſic neceſſitati ſubueniat, vt ab arctitudine non recedat. Videant ergo Prælati, quomodo de ijs prudenter, diſcretè, & cum ſanctę paupertatis zelo iudicent. Ex eiſdem.

Quæ cauenda ab eiſdem.

Caueãt, ne perſonarũ acceptatores ſint. Nullo moueantur affectu, non amore, nõ odio, non vlla denique paſſione. Sint prudentes, ſint diſcreti, ſint vel in primis Regulæ, ac regularis vitę & diſciplinæ zelatores. Caueant, ne per indiſcretionem calamus quaſſatus confringatur; caueant, ne per indulgentiam regularis diſciplinæ vigor relaxetur. Ex eiſdem.

Eſt enim modus in rebus, ſunt certi denique fines.
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Quæ agenda.

Illicita prohibeanr, ſuperflua tollant, neceſſaria, prout per facultates licuerit, ęquè atque opportunè omnino prouidere curent. Ex eiſdem.

Superiorũ Localium errata in prædictis, à Prouincialibus corrigẽda: Prouincialium verò, à Generalibus.

Quòd ſi Superiores Locorum illicita permiſerint, aut ſuperflua conceſſerint, aut neceſſaria cuiquam, prout ex facultatibus licuerit, prouidere neglexerint; Prouinciales eos admoneant, corrigant, coerceant, atque Officio etiam deſtituant, prout eis expedire videbitur in Domino. Si verò & ipſi in eiſdem deliquerint, in officio & diſciplina contineantur, Generalis arbitratu: quem vnum præ omnibus eſſe oportet virum prudentem, diſcretum, atque vel in primis. Ex eiſdem.

mis ſanctæ regularis obſeruantiæ zelatorem; qualem certè per Dei miſericordiam fore, ſperandum eſt.

Ex Salmant. cap. iiij.

Subditorum ſcrupuli circa prædicta, quomodo tollẽdi.

Et quia fortaſſis ex ſupradictis aliquis ſcrupulus ſubditis oriri poſſet, credendo Prælatos non rectè dictas neceſſitates examinare, ac propterea in ijs poſſe tutò ſe intromittere, nec Superiorum iudicio ſtandum eſſe; ideo pro ſecuritate conſcientiarum, ſciendum eſt, quòd circa arctum paupertatis vſum, iuſſu & mãdato Domini Papę Eugenij Quarti, per Generalem Miniſtrum Fratrem Gulielmum de Caſali, Sanctum Bernardinum, & Beatum Ioannem de Capiſtrano, ac nonnullos alios probatiſſimos Patres, quidam articuli fuerunt diligenter examinati, ac mandatum, vt ſub certis pœnis, exactè atque inuiolatè ſeruarentur.

Ex eiſdem.

Inter moderatum rerum vſum, & ſuperfluũ iudicare, ad quos ſpectet

In quorum tertio articulo ſequentia ponuntur, videlicet. Quia moderatus vſus debet attendi ſecundùm qualitatem perſonarum, varietatem temporum, & locorum conditiones, ac alias occurrentes neceſſitates; ideo ſuperfluitates & curioſitates non poſſunt facile diſcerni: quapropter per ſubditos iudicari nõ poteſt, nec ſanè debet, ſed per Superiores, vel per eos, quibus ab ipſis fuerit demandatũ, qui de talibus ſecundùm eorum conſcientias ſtrictè iudicare debent.

Ex eiſdem.

Ex ſuperfluitate, curioſitateq;, qui inficiãtur, & qui non.

In altero articulo continetur, quòd ſi in aliquibus Locis ſit etiam manifeſta ſuperfluitas vel curioſitas, ex eis non vitiantur niſi fortè introducentes, vel cõſentientes, ſi ad eorum Officium ſpectat, & reſiſtere poſſunt, vel quicunque alij poſſunt legitimè obuiare, non reſiſtentes; & non illi qui dictis rebus vtuntur, vel ob aliquam neceſſitatem, vel alias ob cauſas, aut ad ſcandalum euitandum.

Ex eiſdem.

In dubijs, ad Superiores recurrendum, & eorum iudicio ſtandum.

In altero articulo rurſus dicitur, quòd in omnibus dubijs, de quibus non poſſunt fratres ſubditi indubitanter elucidari, iudicio Prælatorum ſtare & obedire tenentur; & quòd contrarium facientes, voti obedientiæ cenſendi ſunt tranſgreſſores, ac propterea cenſura Eccleſiaſtica digni, vel alia condecenti pœna, ipſorum Prælatorum arbitrio illis infligenda. Ex quibus patet, quòd, cùm determinatio prædictorum ad Prelatos pertineat, periculoſum eſt ſubditis, in talibus ſe intromittere, temere iudicantes.

Ex eiſdem.

Quod circa vſum rerum ſentiat quiſq;, quõ Prelato iſinuare poſſit.

Quibus tamẽ Prælatis humiliter inſinuare poſſunt quod ſentiunt, dummodo eorum ordinationi & iudicio tandem acquieſcant, ſeſeq; ſubmittant.

Quo caſu frater, ſanctæ paupertatis zelator, ad Superiores Prælatos recurrere poſſit.

Quòd ſi certiſſimè conſtaret eiſdem, Prelatos in ijs malè ſe habere, & Regulam non ſeruare; tunc ad Superiores Prelatos eis recurrere licet, tranſgreſſionem vel relaxationem eiuſmodi, non odio, ſed ſanctæ Regularis obſeruantiæ zelo, ſyncerè ſignificantes in Domino. Ex eiſdem.

Fratrum induendorum ſolicitudo, etiam ad Guardianos pertinet.

Quod verò in hoc capite dicitur, *Tamen pro neceſſitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, Miniſtri tantùm & Cuſtodes ſolicitam curam gerant &c.* Etiam ad Guardianos, & alios Locorum Superiores, quocunque nomine vocentur, pertinere dicimus, prout ex declarationibus Apoſtolicis manifeſtè apparet. Ex Declarat. Apoſtolicis ſuper Reg. Et ex Valliſolet. 1593

De modo, quo fratres & Superiores cum Procuratoribus ſe habere debeant.

Procuratorũ opera vti, eſt ſecundùm puriorem Regulę obſeruantiam: Et quare.

FRATRVM Procuratores ſiue Syndici, cùm ad recipiendas expendendaſq; pecuniarias eleemoſynas, pro eis depoſitas & deputatas, non ipſorum fratrum, ſed ſanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritate inſtituantur; nullo modo interpoſita perſona aut eſſe, aut dici poſſunt. Nam interpoſita perſona dicitur, quæ priuata fratrum auctoritate, ſiue temeritate potiùs inſtituitur. Ideo in receptione & diſpenſatione cuiuſlibet eleemoſynæ pecuniariæ, Procuratorum huiuſmodi opera vti, non eſt contra puritatem Regulæ, ſed magis ſecundùm puriorem eiuſdem obſeruantiam. Ex Salmant. cap. iiij.

Vt Procuratoribus fratres licitè vtantur, quid agẽdum.

Veruntamen vt ipſorum Procuratorum opera, fratres eorumq; Superiores, licitè ac tuta conſcientia vti poſſint & valeant, hæc exactè ac diligenter ſeruanda ſunt. Ex eiſdem.

Eleemoſynarum apud Procuratores depoſitarũ, quem dominum illi cognoſceẽ deant.

In primis Procuratores admoneri debent, quòd omnis eleemoſyna pecuniaria pro fratribus oblata, vel ab eis procurata, aut quouis modo eiſdem relicta, quãtùm ad proprietatem & dominium, ad ſanctam Romanam Eccleſiam pertinet, vel ad eos qui eam elargiti ſunt, donec & quouſque in vſus & neceſſitates fratrum inſumpta fuerit. Ex eiſdem.

Quomodo eas ipſas eleemoſynas cuſtodire debeant, & expendere.

Secundò, quòd eam ipſi fideliter cuſtodire debent, vt cùm opus fuerit, ſecundùm voluntatem elargientium, vel ſanctæ Romanę Eccleſiæ, aut expreſſam aut interpretatam, in eis fratrũ neceſſitatibus expendãt, quas eorũ Superiores ſigni- Ex eiſdem.

ſignificauerint eiſdem, non tanquam Domini ſeruis ſuis, ſed tanquam pauperes Chriſti benefactoribus, quos ſemper rogare debent, vt fratrum indigentijs ſuccurrere velint.

Ex eiſdem. Tertiò, quòd ſi eis magis opportunum videbitur, dictarum eleemoſynarum computa libro excipere, prout magnopere quidem cupimus, poterit liber eiuſmodi à tergo ſic adnotari.

Quomodo earum computa notanda.

Ex eiſdem. *Prouentus eleemoſynarum pro fratribus Loci N. N. quas ſecundùm voluntatem elargientium, vel ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, penes me N. N. dicti Loci Procuratorem Apoſtolicum fideliter conſeruabo, pro ipſorum fratrum neceſſitatibus, Superiorum iudicio inſumendas.*

Quo titulo cõputi liber à tergo inſcribẽdus.

Ex eiſdem. A regione autem ſic. *Inſumptus eleemoſynarum, pro fratrum neceſſitatibus inſumptarum, ſecundùm voluntatem eorum, qui eas elargiti ſunt, vel ſanctæ Romanę Eccleſiæ, per Superiores fratrum mihi Procuratori ſignificatis.*

Quo pariter titulo à regione.

Ex eiſdem. Quartò, quòd idem intelligendum eſt de omnibus eleemoſynis, quas aut venundari, aut commutari oportuerit, pretiumq́; in alia fratrum commoda magis neceſſaria conuerti; nempe quòd ipſi Domini Procuratores Apoſtolici hæc omnia aut donantium nomine, aut auctoritate ſanctę Romanæ Eccleſię negotiari velint.

Quid in commutationibus agendum.

Ex eiſdem. Quintò, ſi Equum vel Aſinum, aut aliquid aliud huiuſmodi, quod iam ad vſus fratrum tranſierat, vendi contigerit; illud ipſi vendere velint, ac pretium in alios vſus fratrũ licitos conuertere, prout Superiorũ voluntatẽ eſſe nouerint.

Quid in venditionibus.

Ex eiſdem. Sextò, ſi contigerit aut ob veſtimentorum indigentiam, aut ob alias fratrum neceſſitates vrgentes, Monaſteria ſiue Loca debitis irretiri; placeretq́; Creditoribus ipſis eos Procuratores ſuos ad exigendum debita eiuſmodi conſtituere: tunc de eleemoſynis, quæ in dies pro fratribus obuenerint, debita ipſa ſoluere, & Creditoribus eiſdem ſatisfacere poterunt.

Quid in debitis cõtrahẽdis.

Ex eiſdem. Septimò, quia interdum ſæpe etiam contingit, eleemoſynas pro fratribus penes Procuratores ipſos non exiſtere, & nihilominus arceantur fratres interea non nulla debita exſoluere; rogentur Procuratores ipſi, vt tanquam ſpirituales fratrum amici, ea exſoluere velint; ſub ſpe tamen ea ipſa redimendi ex illis eleemoſynis, quæ pro fratribus in dies obuenerint: quamuis fratres ipſi ad reddi-

Quid in debitis ſoluẽdis, eo caſu præſertim, quo nullę apud Procuratores pro fratribus eleemoſynæ.

tionem mutui ſe obligare nequeant obligatione reali, ſed tantum ſpondere, quòd pro virili enitentur, vt ex eleemoſynis vndequaque congeſtis, contractum ab illis debitum omnino quidem ſoluatur.

Quid in quotidianis expenſis, eo ipſo caſu.

Id quod etiam dicimus, ſi quid ipſi ſponte pro fratribus expenderint, carentes interea præſentaneis pro fratribus eleemoſynis: quo caſu veluti fratrum ſpirituales amici, eorum neceſſitatibus, pro amore Dei ſubuenire velint. Ex eiſdem.

Subſtituẽdi facultas, Procuratoribus conceſſa.

Quibus omnibus & ſingulis caſibus, liberum erit Procuratoribus eiſdem, alios quot & quales voluerint ſubſtituere, ad ea ipſa vice eorum Procuratoria, prout oportuerit explenda. Ex eiſdem.

Fratrib. in p̃dictis perperã agẽtibus, quid Procuratores facere debeant.

Illud verò vel in primis ſemper caueãt, ne fratres quoſuis in ijs ſe perperam gerentes, aut tueri, aut diſſimulare velint, quin illos Superioribus denunciẽt, prout oportere, vel expedire cognouerint. Ex eiſdem.

Notanda his, qui Procuratore Apoſtolico vti nolunt.

Et pro ſatisfactione eorum, qui Procuratore aut Syndico Apoſtolico vti nolunt, hęc, pręter alia multa, notanda ſunt. Quòd iuxta mentem ſancti Patris noſtri Bonauenturæ, pauperibus quibuſuis, quamquam extremam vouerint paupertatem, licet eleemoſynas recipere, niſi ſe ipſos occidere velint: quod ſi nefas eſt dicere, non eſt contra eorum profeſſionem, ſi quis diues hanc eis propria manu adminiſtrare voluerit. Quòd ſi maluerit eam ipſam per manum ſerui ſui illis ipſis adminiſtrare, vel etiam per manum alterius, etiam per eos ipſos pręſentati, ad releuandas eorum neceſſitates expendendam; nihil refragatur, quin fieri poſſit ſine offenſione cuiuſuis Regulæ: cùm ipſa pecunia ita ſemper ſit ipſius domini, cùm perſonę intermediæ committitur, ac ſi ipſe dominus eam ipſam apud ſe conſeruaret: niſi forte quis ita deſipiat, vt dicere velit, quòd pecunia in manu ſerui poſita, in eius dominium tranſeat; quod eſt omnino quidem abſurdum. Ex eiſdem.

Tacita obiectio cõtra prædicta, eiusq; ſolutio.

Et ſi dicatur, quòd dominus ſimpliciter & abſolutè intendit fratribus eleemoſynam dare; dicunt Expoſitores, quòd nullus ſanę mentis dare fratribus intendit, niſi prout & Regulæ, & eorum profeſſioni vel maximè conuenit. Dat ergo eo modo, quo fratribus accipere licet, ſiue per ſe expendat, ſiue alteri expendendam eleemoſynam committat: & ſic pecunia illa, per quaſcunque manus tranſeat, nunquam Ex eiſdem.

quam eius dominium ad fratres pertinet. Vnde per hoc manifeſtum eſt, quòd fratres nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam pecuniam recipiunt.

Ex eiſdem. Vnde & Gregorius Nonus, qui Decretales compoſuit, & fuit maximus per ſectionis æmulator, & Ordinis Protector; qui etiam, vt ipſe teſtatur, in conditione Regulę Beatiſſimo Patri noſtro Franciſco aſtitit, & eius intellectũ plenè agnouit: requiſitus à fratribus dixit, quòd volentibus ſibi eleemoſynas facere, fidelem aliquam perſonam pręſentare poterant, quæ pecuniam ipſam reciperet, in eorum neceſſitatibus, non ipſorum fratrum, ſed dantis ipſius auctoritate & mandato expendendam. Gregorij IX. dictum notatu dignum.

Ex eiſdem. Subdens, quòd nec in communi, nec in particulari fratres proprietatem aliquam habere poterant, ſed vtenſilium tantummodo, & librorum, ac eorum mobilium, quæ neceſſaria ſunt, vſum facti ſimplicem haberent: quibus ſecundùm quòd Generalis, aut Prouinciales Miniſtri iudicarent, vti liceret eiſdem. Itē aliud eiuſdem.

Ex Valliſolet. 1593. Ex quibus omnibus patet, quomodo ſine offenſione Regulæ, Procuratorum opera vti liceat. Prędictorum omnium concluſio.

De laboritio, quod ad honeſtatem pertinet.

Regula cap. v. Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè, ita quòd excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis & deuotionis Spiritum non extinguant, cui debent cœtera temporalia deſeruire. De mercede verò laboris, pro ſe & ſuis fratribus, corporis neceſſaria recipiant, præter denarios vel pecuniam. Et hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores.

Fratres ſuos, licet pauperes, nemini tamen graues, voluit eſſe Beatus Frãciſcus: & ideo eos & laborare, & mẽdicare etiam docuit.

ILLVD, quod vel in primis Beatiſſimus Pater noſter ſanctus Franciſcus ab Regulę ſuæ profeſſoribus obſeruari magnopere quidem cupiebat, id eſſe videtur, vt, etſi tanquam Euangelicæ atque Apoſtolicę paupertatis ſectatores & imitatores facti, nihil in hoc mundo veluti proprium poſſiderent; nemini tamen, quoad fieri poſſet, grauamini eſſent, ac propterea quæ vitę ſuſtentationi neceſſaria ſunt, manibus proprijs operando compararent. Quòd ſi hoc non ſufficeret, aut pretium laboris illis non daretur, aut etiam ſponte oblata non ſuppeterent; tunc Regulę ſuæ profeſſores ad Menſam Domini, eleemoſynas oſtiatim petendo recurrerent.

Ex Vallisolet. 1593.

Vitę neceſſaria operando comparare, verbo & exemplo docuerunt Apoſtoli.

Id quod & Apoſtolos feciſſe, & verbo & exemplo docuiſſe, ſępe quidem legimus. *Argentum enim & aurum, aut veſtem nullius concupiui*, inquit Apoſtolus, *ſicut ipſi ſcitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & ijs qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Omnia enim oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, & meminiſſe verbi Domini* IESV, *quoniam ipſe dixit. Beatiùs eſt magis dare quam accipere*. Et alibi. *Vſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cędimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris.* Ac propterea præcipit, vt qui non laborat non manducet: & prohibet, vt qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret, operando manibus ſuis, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.

Ex eiſd. & Ex ex Act.20.1.Chor. 4.1. ad Theſ.3. Ad Epheſ.4.

Otium, malorum ſentinam, virtutum peſtẽ, viui hominis ſepulturam, honeſtis laborib. & exercitijs, profligari iuſſum.

Quibus verbis & exemplis ſalubriter eruditi, ac otium omnium malorum & vitiorum ſentinam, omniumq; virtutum atram peſtem, & viui hominis ſepulturam magnopere deteſtantes; inuiolabili iure pręcipimus & ordinamus, vt omnes fratres, & Iuuenes pręſertim, ſic per ſuos Superiores in laboribus honeſtis, & eorum vnicuique, ipſorum Superiorum indicio, competentibus, compellantur exerceri, vt excluſo otio animę inimico, ſanctæ orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cętera temporalia deſeruire.

Ex eiſdem. Et ex Salmãt. c.5.

Otio torpẽtes fratres, grauib. pœnis excitandi.

Et qui inuenti fuerint notabiliter otioſi, ſuffragiorum iure priuentur, & grauioribus pœnis, etiam corporalibus arceantur, & Prouincialium, & Localium etiam Superiorum arbitratu, pro negligentiæ modo, aut contumaciæ ratione;

Ex eiſdem.

tione: quoniam iuuentus in otio, eſt veluti iumentum ſine iugo.

Ex Salmant. cap. v. Et ex Declarat. Nic. III. & Clem. V.

Quia verò ex declarationibus Apoſtolicis, qui Studijs, Orationibus, diuinis officijs & miniſterijs exequẽdis vacãt, ad manuum labores & exercitia arctari non debent; propterea eos ad hæc hortamur, non aſtringimus. His, qui ſpiritualibus, exercitijs vacant, corporaliter & exerceri ſuasũ.

Ex Valliſolet. 1593.

Ad ea tamen, quæ de more, hora competenti, omnibus in communi præſcribi ſolent, omnes conueniant, & exerceri teneantur. A communib. exercitijs nemo exemptus.

De mercede laboris.

Ex Salmant. cap. v.

MERCES autẽ laboris, iuxta determinationes, & declarationes Põtificias, ſi pecuniaria fuerit; Procuratori Syndico per ipſos ſoluẽtes cõſignetur: ſi verò pecuniaria nõ fuerit; aut per ſoluentes, aut per laborantes ipſos Superioribus Locorum integrè ac fideliter aſſignetur. Contra qui fecerit, proprietarij pœnam ſubeat. De mercede laboris, qualiſcunq; ea fuerit, quid agendum à laborãtibus.

Ex eiſdem.

De mercede verò huiuſmodi, quę fratribus neceſſaria fuerint, Superiores Locorum in communi quidem opportunè prouideant. Liberum tamen ſit & Prouincialibus, & alijs Locorum Superioribus, ſi eis expedire videbitur, de pretio laboris huiuſmodi, pro illis laborantium neceſſitatibus ſatisfacere, pro quibus eiſdem aliàs prouidere tenerentur. Quid item à Locorum Superioribus.

De Oratione.

Ex Valliſolet. 1593.

QVIA verò laboritium ad duo hæc potiſſimùm inſtitutum eſſe videtur; nimirum & ad neceſſitatem corporis ſubleuandam, & ad otium penitus arcendum; ad vitia vtique extirpanda, & ad virtutes inſerendas: propterea fratres, quibus dedit Dominus gratiam laborandi, ſic laborent, vt otium quidem & animæ, & corporis, & omnium virtutum denique inimicum declinent: ſed tamen ſanctæ Orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant. Orationis & deuotionis ſpiritus, inter ipſa etiam corporis exercitia cuſtodiendus.

Ex eiſdem.

Ad aſſequẽdam verò ipsã veræ pietatis deuotionẽ; quam, ſi vera ſit, cæterę virtutes omnes comitantur: opportuna eſt Spũs deuotionis mẽtali oratione cõparat.

vel.

vel in primis, & quàm maximè conducit ipſa mentalis Oratio.

Quotidiana vnius ſaltē horę mētalis oratio, in vnoquoque Conuentu faciēda: & quare.

Ex Salmant. cap. v. Et ex Vltramont. ca. ij. Et ex Neap. ca. ij. Et ex Vallisolet. 1593.

Quapropter vt ſanctæ orationis & deuotionis ſtudio, & omnes, & ſinguli, tum Superiores, tum fratres alij omnino omnes congruis temporibus & locis, iuxta laudabilem ac probatam cuiusq; Prouinciæ conſuetudinem, ſingulis diebus, ſaltem per vnius horæ ſpatium incumbant, id ſanè decernimus & mandamus. Nihil enim ad retinendam regularis vitæ diſciplinam, & ad conſeruandum, uel inſtaurandum etiam pium Religionis noſtræ Inſtitutum, magis neceſſarium arbitramur, quàm frequēs Sanctæ Orationis exercitium, quo deficiente, omnia corruant neceſſe eſt. Nam & præclaro Chriſti Domini exemplo, & Apoſtolicis Traditionibus, & pijs Eccleſię Sanctionibus, & regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis ad hoc vel maximè excitamur, & diuinitus excitati, quodammodo intendimur. Nec ſanè religioſo nomine uerè dignus eſt, qui ſingulis diebus ſanctæ Orationis & deuotionis ſtudio non incumbit.

Qui ſtatis horis orationi nō īterfuerit, quomodo puniendus.

Ex Vallisolet. 1593.

Quòd ſi quis ita ſuæ ſalutis oblitus fuerit, vt ſancto huic Orationis exercitio & ſtudio, intereſſe & incumbere neglexerit; ſingulis vicibus flagella, diſciplinæ nomine, coram fratribus capitulariter congregatis ſibi adhibeat: Et ſi negligens fuerit, aut admonitus, in contumacia perſeuerauerit; ſuffragiorum iure triennio careat, & carceri etiam mancipetur, Prouincialis arbitratu.

Superiorū localium curæ, orationis opus commendatū.

Ex eiſdem.

Locorum verò Superiores in hoc vel maximè inſiſtant, ac diligenter inuigilent, vt ſanctum Orationis exercitium huiuſmodi, ſuo loco & tempore omnino fiat, fratres verbo & exemplo ad illud ipſum incitent, & efficaciter inducant, atque in negligentes grauiter animaduertentes, ſtatutis pœnis eos coerceant & compellant.

Eorum negligentia coercetur.

Ex eiſdem.

Quòd ſi & ipſi quoque in ijs negligentes, aut aliàs culpabiles extiterint; Officio priuentur, & grauiùs etiam puniantur, Prouincialium arbitratu, pro negligentiæ modo.

Vt mētali orōni ac deuotioni feruētius vacēt in poſterū, id à Prouincialibus curandum.

Ex eiſdem.

Quos Prouinciales & hortari, & orare non deſiſtimus, vt pro eorum pietate & religione, atque omnino pro muneris Officio, diligenter curent, vt quæ ſanctè & piè hac de re decreta ſunt, exactiùs quidem & diligentiùs, quàm antea ſeruentur. Id ſi rectè ac diligenter præſtiterint, nihil

ſe aut

ſe aut Deo gratiùs & cariùs, aut Religioni fructuoſiùs & opportuniùs feciſſe arbitrentur.

Ex eiſdem. Propterea totis in Christo viribus & ſtudijs laborent, vt ferueant diuino amore fratres, vt in vaſe fictili ingentes theſauros circumferentes, dum beata puritate, Angelicæ integritatis ſancti æmulatores per Dei gratiā effecti, ad cēteſimi fructus hubertatē, auxiliante Deo, feruenter aſpirent; nihil contra, nihil ſupra, nihil æquè ac Deum diligant, amore Deo ſeruiant, amore Deum timeant, ſcrutatori cordium & mente, & corpore placere ſtudeant, ſanctis pietatis operibus aſſiduè inſiſtant, ſacris lectionibus vacent, Orationibus inſtantes ſint. Quibus ſtudijs præſtare id poſſint.

Ex eiſdem. Ad hæc Christianæ pietatis & religionis ſtudia, & priuatis collocutionibus ſingulos ſuauiter hortentur, & publicis cohortationibus omnes efficaciter inducant, atque vel in primis ſanctæ conuerſationis exemplo moueant, excitent, incendant. Vt Sacerdotes quotidie celebrent, alij verò ſæpe confiteantur & communicent, id etiam efficaciter ſuadeant. Quibus item paternis, tum operis, tum verbi cohortationibus.

Ex Salmant. cap. v. Et ex Valliſolet. 1593. Vt Clerici præterea, & laici quoque, ſingulis quibuſque quindecim diebus ſacram ſumant Euchariſtiam; in Quadrageſima verò & Aduentu Domini, ſingulis diebus Dominicis; atque ut & ipſi, & alij fratres Sacerdotes omnino omnes, bis ſaltem ſingula hebdomada, aut Superiori, aut alteri Ordinis Sacerdoti, rite approbato, & eius conceſſu delecto, confiteri velint; id ſanè decernimus, ac firmiter præcipimus. Clericis & laicis, quibus diebus communicandum: Quibus item ſinguli fratres confiteri debeant.

Ex Valliſolet. 1593. Et quia ſæpe etiam ad Eccleſias noſtras magnus concurrit & conuenit, ſacræ communionis gratia, Chriſti fidelium numerus; propterea eo caſu ſemper ſint in Altaris menſa, non duo Calices, ſed duę paterę ſiue craterę, ex vitro vel etiam Cryſtallo, perſpicuę atque omnino nitidæ: ad dextrū Altaris cornu vna, vino plena; altera verò ad ſiniſtrū, plena aqua: ad commoditatem purificationis communicātium: vt poſt ſuſceptum Euchariſtiæ Sacramentum, ne abſtemij quidem fraudentur deſiderio aquæ; & qui voluerint, vino purificent. Ex ijs autem vaſis, non ex Calicibus, quibus tantummodo in Sacrificio vtendum eſt, & non in diſpenſatione Sacramenti, purificentur omnes, etiam Sacerdotes nō celebrantes, & laici quoq; promiſcuę plebis quicunque. Ad purificationem cōmunicātibus & fratribus, & ſæcularibus exhibēdam, vitreis pateris, non ſacris Calicibus vtendum.

Quæ.

Quæ de Culpis & Diſciplinis, dicendis & agẽdis decreta sũt, ea inuiolatè ſeruanda.

Quæ verò de Culpis & Diſciplinis ſtatutis diebus, pro veteri ac probata cuiuſque Prouinciæ cõſuetudine, & agendis, & dicendis, antiquis traditionibus, & regularibus Sanctorum Patrum inſtitutis ſanctè decreta ſunt, accuratè quidem, atque omnino inuiolatè retinenda & ſeruanda, decernimus & præcipimus.

Ex Salmant. capit. v.

De ſtudijs.

Bonarum artium Studia honeſta & vtilia, ideoq; ſpecialiter curanda.

SACRARVM & humanarum literarum, ac bonarum artium ſtudia, cùm ad ſanctam honeſtatem vel maximè pertineant, & Eccleſiæ Dei, & Religioni noſtræ ornamento & commodo ſemper fuerint, tùm verò maximè, ſi cum pietate coniungantur; propterea de ijs quoque præcipua & ſpecialis cura ſuſcipienda eſt.

Ex Salmãt. c. v. Et ex Neap. cap. 50.

Quos ad Studia idoneos Superiores viderint, eos opportunis fauoribus & auxilijs proſequantur.

Hortamur itaque omnes & ſingulos Patres & fratres, & Prouinciales præſertim ac reliquos Superiores, vt quotquot ad ſtudia idoneos viderint, eis omne auxilium, omnemq; fauorem, iuxta ſingulorum capacitatem impendere velint, prout opportunum fuerit; cùm ſcientia donum Dei ſit, & ad defendendam fidem catholicam armatura fortiſſima, corona Ordinis, lumen veritatis ad oſtendendam æternæ ſalutis viam ijs, qui in tenebris & vmbra mortis ſedent, & ad dirigendos eorum pedes in viam pacis.

Ex Salmant. cap. v.

Studiorũ inſtitutioni & reformationi, à Prouincialibus intendendum.

Quamobrem Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, ſuper Studiorum inſtitutione & reformatione diligenter inuigilent, & ſingulis Studentibus, & Magiſtris vel in primis quæ neceſſaria fuerint, per Superiores Locorum & Procuratores, vt per facultates licuerit, opportunè prouidenda diligenter curent.

Ex eiſdem.

Studentes, extra propriã Prouinciã non ampliùs mittendi.

Ad retinendam verò regularis vitæ diſciplinam, & probatos cuiuſque Prouinciæ mores conſtantiùs conſeruãdos, ſtatutum eſt, vt Studentes ad Studia extra ſuas Prouincias nullatenus mittantur, ſed vnaquęque ſuos retineat, & de Magiſtris & Lectoribus, rebusq; ad Studia ipſa neceſſarijs omnino prouidere diligenter curet.

Ex Valliſolet. 1593.

Quot Studia eſſe debeant in vnaquaque Prouĩcia & qualia.

Singulæ Prouinciæ quatuor ſaltem Studia omnino habeant; vnum vel alterum humanarum literarum; ſecundum Logices; tertium Phiſices & Metaphiſices; quartum

Ex eiſdem.

verò

verò Theologię, & Scripturæ Sacræ: in quibus non ſolùm, ſed & in cęteris Locis, quoad fieri poteſt, ſacrorum Canonũ etiam, & Caſuum conſciẽtiæ lectio habeatur: ad quam omnes Sacerdotes, iuuenes præſertim, accedere teneantur.

Ex eiſdem. Et ſi in Sacræ Theologiæ Studijs huiuſmodi, aliqua etiam Sancti Patris noſtri Bonauenturæ verè Seraphici, lectio haberetur, piè quidem ac vtiliter actum ſanè videretur. Ex Sancto & Bonauẽtura, lectio habenda.

Ex eiſdem. Studentibus verò quibuſvis, de vna ad aliam facultatem tranſire, aut admitti ne liceat, niſi per Patres, in Prouincialibus Capitulis ad hoc ſpecialiter delectos, diligenti examine præuio, idonei antea probentur. Studentes quo modo ab vna facultate ad aliã trãsferendi.

Ex eiſdem. Si quæ verò Prouincia Lectores qui ſufficiant non habuerit, Prouincialis eiuſdem Generalem ipſum admoneat: qui pro ſua pietate & paterna ſolicitudine, vt communis omnium Pater, prouidere curet, prout opportunum ei videbitur in Domino. Quæ Prouincia Lectoribus ĩdiget, eos à Generali petat.

Ex eiſdem. Illis autem Lectoribus, qui in alienam Prouinciam, Generalis conceſſu, conducti fuerint, Studentem vnum tantummodo ſocium ſecum ducere, & retinere liceat. Lector in aliena Prouĩcia, ſociũ Studentem ducere poteſt.

Ex eiſdem. Et ex Neap. c. 50. Ad Studia tamen ſacrę Theologiæ generalia non prohibetur, quin ex alijs Prouincijs Studentes duo, aut tres ad ſummùm mitti poſſint: pro quibus ſingulis decem aureos, Procuratoribus eorum Locorum Apoſtolicis realiter tradendos, vnaquæque Prouincia quotannis perſoluat. Quod vt celerem, atque omnino abſolutam executionem habeat, Prouinciales Miniſtri diligenter curent. Ad generalia Theologię Studia, ex omnib. Prouincijs, Studẽtes mitti poſſunt: & quot: Et qua lege.

Ex Neap. cap. 50. Locorum verò Superiores ipſi, Studentibus, tam extraneis, quàm Prouincialibus, ac Lectoribus primùm, de rebus neceſſarijs, tam ad victum, quàm ad veſtitum pertinentibus; ac præterea oleum, chartam, calepodia, & cętera eiuſmodi, opportunè prouideant, ac prouidere teneantur. Quòd ſi forte in ijs præſtandis defecerint, Officio priuentur. Lectoribus ac Studẽtibus quę neceſſaria, ea p Superiores locales prouidenda.

Ex eiſdem. Porrò ne Studentes ipſi fruſtra tempus conterant, aut locum inaniter occupent, ſed literis ſtudioſè quidem, atque aſſiduè incumbant; extra Conuentum, niſi ſemel, aut bis ad ſummùm, ſingulis quibuſq; menſibus, eiſdem egredi ne liceat: nec eorum cuiquam Supe- De Conuentu egredi, bis tantũ ſingulo quoq; menſe, Studentibus licet.

riores

riores ipſi exeundi licentiam concedant, ſub pęna Generalis arbitrio, & ijs, & illis omnino ſubeunda.

A quibus Studentes Generales eximantur.

Et vt commodiùs Studijs incumbere valeant, ab horis Primæ & Completorij, atque à funeralibus, & Miſſis extra Locum celebrandis exempti ſint. Ex eiſdem.

Quibus caſibus, & quo pacto, Studentes defectuoſi, à ſtudijs remouẽdi.

Si verò eorum quiſpiam ſcandalum admiſerit, aut inſolens vel negligens fuerit; de Superiorum localium & Lectorum conſilio & aſſenſu, ad Generalis præſentiam à Prouinciali, primo quoque tempore mittatur, Generali ipſo de eius demeritis antea diligenter admonito. Ex eiſdem.

Quot Lectores & quales vnicuiq; Studio Generali aſſignandi.

In vnoquoque autem Studio huiuſmodi Lectores duo, & doctrina, & integritate vitæ pręſtantes, aut in Generali Capitulo, aut per Generalem ipſum ex quacunque Prouincia ſtudioſè delecti, ſemper deputentur. Ex Valliſolet. 1593.

Ad Studia generalia mittẽdi, quomodo antea probãdi.

Studentes verò, qui ad Studia Generalia huiuſmodi mittendi ſunt, per duos Lectores in propria eorum Prouincia doctiores, diligenti examine pręuio, antea probentur, & per Diffinitorium admiſſi, à Prouincialibus Miniſtris mittantur. Ex Neap. cap. 50.

Quid à Theologis Lectoribus legendum: & quomodo.

Cęterùm quia concertatio Scholaſtica, inter Doctorem Subtilem & alios exorta, nec inutilis, nec nocua, ſed omnino vtilis & proficua, & Eccleſię, & Religioni noſtrę ſemper fuit, cùm ingenia vel maximè acuat, ſcholas nutriat, & veritati diligentiùs inueſtigandę vias aperiendo, veritatem ipſam dilucidet; idcirco vniuerſis Studiorum huiuſmodi Lectoribus pręcipimus, vt literam Scoti ſolùm, & non alios Auctores ex profeſſo explicare conentur: Et materias prolixas omnino relinquant: ut tempore lectionibus audiendis pręſcripto, generalem totius Scholaſticę diſciplinę cognitionem Studentes comparare poſſint; qui tractu temporis, fuſiorem poſtea per ſe ipſos Theologię ſcientiam aſſequi poterunt; prout multorum, qui hanc formam ſeruantes, doctiſſimi euaſerunt, clariſſima nobis exempla extant. Ex Vltramõt. capit. iiij. Et ex Valliſolet. 1593.

Artium curſus quõ faciendus:

Cuius rei gratia, & Logices & Philoſophię Lectores, vt quę ad Sacrę Theologię aditum neceſſaria eſſe videntur, trium annorum ſpatio doceant, id magnopere quidem cupimus, atque adeò mandamus. Qui pręterea eos Auctores interpretandos ſuſcipiant, quos ad doctrinam Scoti & commodiores, & aptiores eſſe cognouerint. Ex Valliſolet. 1593.

Lecto-

Ex eiſdem. Et Ex Neap. cap. 50.

Quomodo ité curſus Theologicus.

Lectores verò Theologi, quatuor annorum ſpatio, curſum vnum abſoluere conentur: quo tempore quatuor ſententiarum Scoti libros, quoad fieri poſſit, interpretari curenr, ac preterea bis ſingula hebdomada repetitiones fiant, & in fine cuiuſlibet Menſis, Studentes publicas Aſſertiones, ex Lectionibus habitis ſelectas defendant. Lectores verò ſingulis quibuſque annis ſub fine, ſolemnes & publicas in Eccleſia Concluſiones defendere teneantur.

Ex eiſdem.

Studẽtium generalium, quomodo quis fieri poſſit Lector.

Studiorum Generalium huiuſmodi Studentiũ nullus Lector fieri poſſit, niſi cõpleto in eo Studio curſu, Cõcluſiones generales ter publicè antea defenderit; Lectorumq́; Studij ipſius communi, ac ſcripto ſingulorum teſtimonio, & doctrina, & morum integritate probatus ſit.

Ex eiſdem.

Ad Theologię Lecturam qũo qs admitẽdus.

Qui ſic Lector inſtitutus fuerit, ad Sacrę Theologię Lecturam non admittatur, niſi Philoſophię & Artium curſum ordine antea legerit.

Ex eiſdem.

Ex ijs, quæ de Studentibus generalibus decreta ſunt, quęnã generatim ad alios quoq; Sudentes extendenda.

Quod de Studentibus huiuſmodi ad Studia generalia mittendis, Lectoribusq́; vt ſuprà inſtituendis ſtatutum eſt, hoc ipſum quoque de alijs Studẽtibus, & ad Studia mittendis, & ad Lecturam promouendis, decretum eſſe intelligatur; nimirum vt per Lectores antea probentur: & completo curſu, Concluſiones publicas ſuſtineant, ac artium, & Philoſophię curſum perficiant, antequàm ad Sacrę Theologię Lecturam admittantur.

Ex Vltramõt. cap iiij.

Studentiũ qualitates.

Qui ſint preterea vel in primis deuoti, moribus conſpicui, ingenio pollentes, ętate non grandęui.

Ex Roman. 1587. Et ex Valliſolet. 1593.

Ad Cõfeſſiones ſęculariũ audiẽdas, & ad prædicãdũ, quomodo admittẽdi ſint Studentes.

Qui etiam quo tempore Studijs huiuſmodi vacauerint ad audiendas ſęcularium Confeſſiones, & ad ſacram Verbi Dei prędicationem non admittantur, niſi triennio ſaltem, Sacrę Theologię ſtudio eos vacaſſe Prouincialibus legitimè conſtiterit.

Ex Neap. cap. 50.

Eorum, qui ſexennio Theologiam legerint, priuilegium.

Quia verò ex Apoſtolica ſententia, duplici honore digni ſunt, qui in Euangelio laborant; & Beatiſſimus Pater noſter Sanctus Franciſcus eos prę cęteris, & honore, & veneratione dignos haberi voluit, qui aut Theologię, aut Prędicationi incumbunt, veluti qui nobis ſpiritum & vitam adminiſtrant: propterea concedimus, vt qui ſexennio Lecturę huiuſmodi operam nauarunt, ſocium gratum, ex propria Prouincia illis aſſumendum, habere poſſint.

Ex eiſdem.

Item eorum

Qui verò in poſterùm ſine interpellatione Aduentus &

Qua-

qui decennio. Quadrageſimę, ſacram Theologiam decennio legerint, eorum priuilegijs, exemptionibus, & prærogatiuis, in omnibus & per omnia gaudeant, quibus illi, qui Miniſteriatus Officio iam functi ſunt.

Priuilegiorũ tēpus, Lectoribus Theologis ab anno 1587. computādum. Qui autem in Generali Capitulo, anno Domini 1587. Romæ celebrato, delecti, nunc uſque in Studijs Generalib. huiuſmodi operam nauarunt, ijs tempus iam elapſum ſuffragetur, ita vt ſi per annos quatuor ſequentes continuos, Sacram Theologiam eos legiſſe conſtiterit; priuilegijs, vt ſuprà, eiſdem gaudere liceat. Ex eiſdem.

Lectores, magis idonei ſemper deligendi. Illud etiam ſtatuimus, vt digniores, aptiores, doctioresq;, Lectores, in Generalibus & Prouincialibus Capitulis ſemper deligantur, vt etiam Sacra Tridentina Synodo cautum eſt. Ex Vallisolet. 1593. Et ex Cõc. Trid. ſeſſ. v. c. j. De Reſpr.

Qui ad legendā Grammaticam delecti fuerint, munus illud ne reijciāt. Qui verò ad legendã grammaticã, in Prouincialibus Capitulis idonei iudicati fuerint, munus huiuſmodi per obedientiam obire, ac diligenter exercere teneantur. Quòd ſi pertinaciter recuſauerint, ſuffragiorum iure priuati, ex proprijs Prouincijs expellantur. Ex Salmant. capit. v. Et ex Aquil. 1559.

Eorum Priuilegia, ſi illud diligēter obeant. Qui autem illud ſtudioſè quidé, ac diligenter obierint, ad maiora Religionis Officia & munera promoueantur. Quibus cum, vt etiam in Diffinitores eligi poſſint, poſtquàm muneri huiuſmodi triennio laudabiliter operam nauarint, & aliàs ętate & moribus idonei iudicati fuerint, diſpenſandum duximus, vt vel ſic munus ipſum tantopere neceſſarium, & alacriùs ſubeant, & diligentiùs ac ſtudioſiùs exercere velint. Ex Vallisolet. 1593.

A Lectoribus perpetuò legendum. Illud verò generatim Lectores omnes & ſingulos admonemus, vt nunquam à Lectura deficiant, niſi legitimè impediti fuerint. Ex Roman. 1575.

Lectoribus vacantiæ tempus conceſſum. Vt tamen ad recuperandas vires, ſemel & iterum ſingulis quibuſque menſibus, & lectionibus vacare, & domo etiam, Superioris benedictione antea petita, egredi eiſdem liceat, id ſanè concedimus. Ex Vallisolet. 1593.

Negligens Lector, quomodo puniendus. Quòd ſi notabili temporis ſpatio abfuerint, aut legere neglexerint; Lectura priuentur, & alij eorum loco ſubrogentur, Prouincialium reſpectiuè, aut Generalium arbitratu. Ex eiſdem.

Dela-

De laboritijs & negocijs, ad honeſtatem minimè pertinentibus.

Ex Vallisolet. 1593. — Negotia, ad honeſtatem nõ pertinẽtia, prohibentur.

PORRÒ laboritia, & negotia item, quę ad honeſtatem non pertinent, & multò magis quę aut Regulę puritati, aut religioſę honeſtati, aut Chriſtianis virtutibus, vel regularibus ſanctorum Patrum Inſtitutis, quoquo modo aduerſantur, omnino prohibemus.

Ex Salmant. cap. v. — Alchimia, & aliæ quæcũque artiũ & doctrinarũ, ſuſpectæ operationes, dãnantur, cum libris & chartis talia continentibus: Addita ēt excõicatione, & alijs pœnis.

In primìs itaque artem Alchimię tantopere deteſtatam, & alias quaſcunque doctrinarum & artium ſuſpectarum operationes, quæ publicè non docentur, aut doceri non licet, aut ab Eccleſia reprobatæ ſunt, & nos magnopere deteſtantes, reprobantes, & damnantes, conſultò decernimus & ſancimus, vt quicunque fratrum ſimilia, aut addiſcere, exercere, vel docere auſerit, aut libros vel ſcripturas talia continentes ſcienter retinuerit, aut retinere præſumpſerit; ipſo facto Excommunicationis ſententiam incurrat.

Ex eiſdem. Et ex Vallisolet. 1593. — De prędictis conuictus, quo modo puniendus.

Et ſi flagitiorũ huiuſmodi reus repertus, aut legitimè iudicatus fuerit, omni ſuffragiorum iure perpetuò careat, & carceribus etiam mancipetur, Prouincialis arbitratu: qui omnino curet, vt pro qualitate delicti, ſemper ſit & plagarum modus.

Ex eiſdem. — De eiſdem ſuſpectus, quomodo arctandus.

Si verò aduerſus aliquem de flagitijs eiuſmodi probabilis ſuſpicio habeatur; is quidem grauiter; ſi autem violenta; grauiſſimè arctetur, ipſius Prouincialis, & Patrum Diffinitorum arbitrio, pro ſuſpicionis ipſius, & indiciorum modo.

Ex Salmant. cap. v. — Sæcularium ſcholas regere, fratribus vetitum.

Nullus prętereà, aut puerorum, aut ſæcularium perſonarum ſcholas, ſiue in Conuentu ſiue extra, regere audeat, & qui ſecus fecerit, actibus legitimis triennio priuetur.

Ex eiſdem. — Artem itẽ medicã exercere.

Nemini etiam omnino liceat, artem medicam extra Ordinem quouis modò exercere; aut pulſum vt Medicus tangere; aut vrinam videre; aut ſyrupos, vel pharmaca ordinare; aut flebotomiam facere Contra qui fecerit, actibus legitimis biennio careat, & carceri etiam mancipetur, Prouincialis arbitratu.

Negotia ſæcularia tractāda, nec procurare, nec acceptare, abſque Superiorum licētia licet.

Nemo etiam aut per ſe, aut per alium, ſibi aut alteri fratri, negotia per Reges, aut Principes, vel Prælatos, aut quoſuis alios extra Ordinem exiſtentes, committi procuret, aut procurare audeat, aut etiam accipere vllatenus præſumat, ſine expreſſa Generalis aut Prouincialis ſcripta facultate. Qui ſecus fecerit, omnibus ordinis Officijs priuetur, ipſorum Superiorum arbitratu. Ex eiſdem.

Ad Romanā Curiam accedere, quomodo liceat: Et qua lege.

Ad Romanam Curiam, & aliorum Principum, nemini omnino, quouis prætextu vel quæſito colore accedere liceat, ſub apoſtaſiæ nota ipſo facto incurrenda; niſi aut Prouincialis, aut Generalis expreſſa licentia ſibi conceſſum ſit: qui præterea Superioribus, vt primùm acceſſerint, ſe præſentare teneantur. Ex eiſdem.

Sportulas, coronas, & alia eiuſmodi, ad vēdendum facere, quomodo prohibitū, aut conceſſum.

Nullus etiam ſportulas, pileos, vel galeros, aut coronas, vel quicquam aliud de bombice, lana, iunco, aut palea, vel tornatile cuiuſuis generis, venale facere præſumat, ſine expreſſa Prouincialis aut Generalis licentia, ſub pœna proprietarij, vel alia grauiori, Superioris ipſius arbitrio, contrafacienti ſubeunda. Ex eiſdem.

Cōceſſio, quomodo à Prouincialibus dāda.

Prouinciales autem licentiam huiuſmodi nemini concedant, niſi pro communi fratrum vtilitate, vel alia rationabili, ſibiq; manifeſta de cauſa. Ex eiſdem.

A quibus generatim abſtinendū: Et quæ generatim ſectanda.

Omnes verò & ſingulos in vniuerſum admonemus, ac vehementer hortamur in Domino, vt à ſæcularibus negotijs abſtineant; vanas conuerſationes deuitent; cauſarum ciuilium, aut negotiorum ſæcularium ne ſint iudices vel arbitri: magis autem orationibus inſtantes ſint; ſtudijs incumbant; ſacris Lectionibus vacent; ijſq;, & alijs pietatis operibus perpetuò inſiſtant; ac ita ſanctè & fructuosè ſemper omnes occupentur, vt vel ſic & orando, & fructuoſiùs operando, omnibus omnium bonorum operum exemplo ſint, & vitam æternam ſibi acquirant. Ex eiſdem.

De

De omnimoda rerum omnium abdicatione.

Regula cap. vj. Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſed tanquam peregrini & aduenæ in hoc ſæculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter. Nec oportet eos verecundari: quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos cariſſimos fratres meos, hæredes & Reges Regni cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viuentium. Cui, dilectiſſimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud, pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, in perpetuum ſub Cœlo habere velitis.

Ex Vallisolet. 1593. BEATISSIMVS Pater noſter ſanctus Franciſcus, vt Regulæ ſuę Profeſſores, ad cœleſtium diuinarumq́; rerum contemplationem, eò faciliùs erigeret, quò longiùs ab omni temporalium & terrenarum affectu & proprietate alienaſſet, eos mundo quidem pauperes, CHRISTO autem diuites, ad omnimodam rerum omnium abdicationem, tam in communi, quàm in particulari obligatos eſſe voluit. Vt ad rerũ diuinarũ cõtemplationem, fratres ſuos, ſanctus Frãciſcus erigeret, eos ab oĩ terrenarum ꝓprietate alienos eſſe voluit.

Ex eiſdem. Et Et hęc eſt illa celſitudo altiſſimę paupertatis, quæ profeſ- Paupertatis al

tiſſimę, quæ cel ſitudo: Et pater ua, ad eam appetendā, & amplectēdam exhortatio.

ſores huiuſmodi, hæredes & Reges Regni cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimauit. Hæc ſit igitur portio noſtra, quæ perducit in terram viuentium. Cui, dilectiſſimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, in perpetuum ſub cœlo, habere velitis. Hęc eſt illa perfectionis via, quam ſecuti ſunt Apoſtoli, ita vt pro Chriſto omnia reliquerint, & eum ſecuti ſint. Hæc eſt illa omnium virtutum Schola, in qua omnes Diſcipuli Domini ſalutariter eruditi, omnes mundi delicias, diuitias, & vanitates, pro CHRISTI amore contempſerunt. Hæc eſt regula & vita verè Apoſtolica, quam & nos diuinitus excitati, omnia pro CHRISTO, noſque met ipſos abnegantes, & mundo & Sathanæ renunciantes, imitandam ſuſcepimus, & obſeruandam ſanctè profitemur.

ex Regula cap. vj Et etiam ex Ven. Beda.

Perfecta renūciatio in quo conſiſtat.

Perfecta autem renunciatio in eo conſiſtit, ſi quis id aſſecutus fuerit, vt de ſuamet vita, ne minimum quidem affectus ſit, quamuis etiam mortis reſponſum habeat;

Ex eiſdem. Et ex D. Baſilio.

Vnde ſumat initium.

Porrò huiuſmodi renunciatio initium ſumit ab alienatione & abdicatione rerum externarum, quemadmodum ſuo exemplo nobis oſtenderunt ſancti Diſcipuli Domini: quamquam quod dicimus, non opus ſit, aut rationibus humanis, aut ſanctorum Patrum exemplis confirmare; cùm ipſa Domini verba in medium afferre liceat, iiſq; ipſis religioſas, ac Deum timentes, animas magnopere commouere, quibus ille palàm, ac citra omnem controuerſiam teſtatur, dicens. *Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Qui enim viam perfectionis elegerunt, omnibus renunciare debent. Nam propterea illi dictum eſt. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me*. Viam perfectionis elegerant, qui dicebant. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*. Nec ſanè id ſufficit: oportet enim, vt ſemetipſum etiam abneget, qui per viam perfectionis incedere, Chriſtumq; ſequi diſponit. Ipſe enim dixit. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum &c*. Omnia quidem, & ſeipſum cum omnibus relinquat oportet, quicunque

Ex eiſdem. Et ex Verbis Domini. Mat. 7. & 16. Et etiam ex D. Bernardo.

huius

huius vitæ Inſtitutum profitetur. Omnia diximus, non tantum poſſeſſiones, ſed & cupiditates: & eas vel maximè; plus enim nocet concupiſcentia mundi, quàm ſubſtantia.

Ex eiſdem. Et ex D. Baſilio.

Quid ea ſit: & quàm proficua.

Eſt igitur, quemadmodum diximus, renunciatio nihil aliud, quàm vinculorum terrenæ huius ac temporalis vitę ſolutio: quæ dum nos anxijs, & humanam vitam comitantibus negotijs ſubducit, promptiores ac magis idoneos reddit ineundę vię ad altiſſimarum rerum, nempe diuinarum perfectionum contemplationem. Eiuſmodi renunciatio, citra vllius impedimenti moram, ſubſidio eſt non mediocri, ad parandam poſſeſſionem, vſumq; rerum pretioſiſſimarum, nempe ſuper aurum & lapidem pretioſum multùm.

Ex Salmant. ca. vj. Et ex Declarat. Nic. III. ſuper Reg.

Omnimoda rerum omniũ abdicatio, quã fratres profitẽtur, ſancta eſt, ac meritoria.

Hęc eſt igitur perfectionis via, quam elegimus ac ſanctè profitemur, omnium rerum proprietatem ſalubriter abdicantes. De qua quidem rerum abdicatione Nicolaus Tertius Summus Pontifex in ſua declaratione inquit. Ne fratrum perfectionis claritas imperitis æmulorum ſermonibus laceretur, dicimus, abdicationem huiuſmodi omnium rerum, tam in ſpeciali, quàm in communi propter Deum, meritoriam eſſe ac ſanctam, quam & Chriſtus Dominus, viam perfectionis oſtendens, & verbo docuit, & firmauit exemplo.

Ex eiſdem.

Abdicationẽ prædictam, fratres ſui homicidas efficere, aut Dei tẽtatores, erroneum: Et quare.

Nec quiſquam ex his inſurgat erroneè, quòd taliter propter Deum omnium rerum proprietatem abdicantes, tanquam homicidę ſui, vel tentatores Dei, vitę diſcrimini ſe committant: quia ſic ſe ipſos diuinę prouidentię committunt, vt viam prouiſionis humanę non contemnant: cùm vel de ijs quę offeruntur liberaliter, vel de ijs quę mendicantur humiliter, vel de ijs quę per laboritium acquiruntur ſalubriter ſuſtentari valeant; quo triplici viuendi genere (quod in Regula continetur expreſsè) ſatis opportunè prouiſum eſſe videtur ſuſtentationi vitę. Profectò ſi iuxta Saluatoris promiſſum nunquam deficiet fides Eccleſię, conſequenter nec opera miſericordiæ totaliter defutura credendum eſt: ex quo Chriſti promiſſo, pauperibus, & ijs vel maximè, qui propter illius amorem, voluntariam paupertatem profitentur, omnis ratio diffidentiæ, videtur eſſe ſublata.

Paupertatem extremam profitẽtibus, ea via viuendi nō prę cluditur, quæ in ſummæ neceſſitatis articulo, iure Poli cōceſſa eſt oīb.

Et quidem vbi (quod nullatenus præſumendum eſt) hęc cuncta deficerent; tunc eo caſu nec ipſis fratribus extrema neceſſitate detentis, ea via præcluditur, quæ cęteris in extremæ neceſſitatis articulo conſtitutis, ad prouidendum neceſſitati naturæ, iure Poli conceditur: cùm ab omni lege, extrema neceſſitas ſemper excepta ſit: cumq; nulla poſſit eſſe profeſſio, quæ ſimplicem facti, & noniuris vſum neceſſariç ſuſtentationis excludat. Ex eiſdem.

Grauiſſima ad omnium rerũ abdicationem, cohortatio.

Sanctæ paupertatis igitur zelatores, per Dei miſericordiam effecti, omnium terrenarum rerum, quantùm ad proprietatem & affectum, abdicationem magnopere affectantes, proprietatemq; grauiſſimè deteſtantes, vos omnes & ſingulos fratres cariſſimos & hortamur, & oramus, obteſtamur, & obſecramus in Domino Iesv, vt eius quam ſanctè promiſiſtis, altiſſimę paupertatis memores, earum rerum, quæ verè ſuſtentationi vitæ neceſſariæ ſunt, arctum ac ſimplicem facti vſum habentes, ijs contenti, nihil aliud pro Dei amore, proq; animarum veſtrarum ſalute, in perpetuùm ſub cœlo habere velitis. Paupertatem voluntariè ac ſanctè elegiſtis, paupertatem voluntariè ac ſanctè diligite, ſeruate, colite. Quod ſanctè vouiſtis, ſanctè quoque reddite. Deo uouiſtis, Deo reddite. Reddite corda veſtra Domino, reddite vota omnes qui in circuitu eius affertis munera. Qui enim votum infringit, Deum irridet, & Deo mentitur cui vouit: Deus autem non irridetur Non ergo quod egreſſum eſt de labijs veſtris irritum faciatis, ne & ipſe Dominus, in cuius manus incidere horrendum eſt nimis, in nouiſſimo vos irrideat, partemq; veſtram cum hypocritis ponat. Omnia propter Deum reliquiſtis, & bene, & optimè, & non ad inſipientiam vobis. Nam & mundus tranſit, & concupiſcentia eius, & hæc relinquere magis expedit, quàm relinqui. Nec ſanè inutilis commutatio, pro eo qui ſuper omnia eſt, omnia reliquiſſe. Nam & ſimul cum eo donantur omnia, & vbi quis eum appręhenderit, erit vnus ipſe omnia omnibus, qui pro ipſo omnia reliquerunt. Sanè felices liquet eſſe, qui exonerati ſunt, & ſequuntur Dominum expediti: arctiſſimum enim nos foramen expectat. Si quem ſequimur conſequi volumus, per anguſtam cōtendamus ingredi portam, neceſſe eſt. Quid tu Camele gibbũ? quid tu pecunioſe proditoris loculos tollis? Ex Vallisolet. 1593.

Quæ Deo facta ſunt vota, reddenda.

Qui votũ infrĩgit, Deo mẽtitur, & Deum irridet. Veh illi.

Mũdana relinquere meli' eſt, quàm ab eis relinqui.

Vtilis cōmutatio rerum terrenarum cum Deo.

Fœlices q Dominum exonerati ſequũtur.

Non

Non ſic impie, non ſic ingredieris. Foramen acus huiuſmodi ſarcinas non admittit. Habent enim Euangelia & perfectionis conſilium, & remedium infirmitatis. Quòd uoueretis, conſilium erat; quòd verò reddatis præceptum eſt. Nam & de mittendo manum ad aratrum conſilium eſt; retro verò aſpicere, anathema. Non licet ad Ægyptum aſpirare, quibus in Ægypto manere liberum fuit. Totum potuit Ananias agri venditi pretium, peccato innoxius retinere; ſed ſpiritui ſancto mentiri, ei non licuit impunè. Iugum enim excutere, rumpere vincula, retrorſum abire, ac dicere non ſeruiam, iam ampliùs nemini veſtrum licet. Liberum quidem vobis erat, fratres cariſſimi, paupertatem non vouere; ſed nunc iã vobis non licet proprij quicquam, vel minimum quidem poſſidere. Paupertatem ergo, quam voluntariè quidem elegiſtis, non coactè, ne moleſtè feratis, ſed colite, ne ſitis degeneres à Sanctiſſimi Patris noſtri paupertate. Paupertatem enim elegit, ac ſibi perpetuò deſponſauit Beatiſſimus Pater Franciſcus, quam ſanctiſſimè docuit Regulæ ſuæ profeſſores, & colendam teſtamento reliquit: qui paupertatem amplexi, nihil ex hoc mundo habere voluerunt, pauperculi pauperrimum ſecuti.

Vouere conſilium; vota reddere præceptũ.

Quę liberè electa eſt paupertas, nõ moleſtè ferenda.

Ex Valliſolet. 1593.

Paupertatis igitur, quam & nos ſanctè profitemur, accuratiùs ſeruandæ gratia, ſanctorum Patrum veſtigia ſecuti, hæc vobis inuiolatè ſeruanda pręſcribimus.

Quæ paupertati conueniũt ordinantur.

Ex Salmant. capit. vj. Et ex Cõc. Trid. ſeſſ. xxv. c. j. & ij. De Reformat. Et ex Valliſolet. 1593.

In omnibus Conuentibus, quod ad cibum, potum, veſtitum, ac cęteras res attinet, omnes communiter viuant, vt & Inſtituti ratio poſtulat, & ſacra Tridentina Synodus decreuit: neque quicquam inter fratres differat, aut alius alij præferatur, aut poſt habeatur, niſi prout æquitatis ratio ſuaſerit, quemadmodum ſanctę paupertatis votum expoſcit, vt meum ac tuum, frigidum illud verbum, & quicquid eſt malorum in vitam noſtram inuehens, innumeraq; gignens bella, omniſq; priuata rerum poſſeſſio, ac ſuperuacaneus & inanis eorum vſus, re & nomine omnino tollatur. Neque quiſquam ſit, qui quicquam poſſideat, aut adhibeat vt proprium, etiam ſi ad neceſſitatem illi conceſſum ſit: illudq; non mei, ſed noſtri, vt Patres noſtri ſanctè ſeruauerunt, nomine vocetur.

In victu & veſtitu, communiter omnibus viuendum. Et ſi quid fratris alicuius vſui cõceſſum, ſuum illud ne dicat, ſed noſtrum.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex

Omnes itaque Locorum prouentus, cuiuſuis generis ſint, eleemoſynas itẽ, & quæſtus præterea, legata quoq;, & bona

Bona quæcunque ad fratres

 mobilia

quomodocunque prouenientia, in communem vſum conferenda. mobilia quæcunque, & quæ donationis item, vel alia quauis de cauſa obuenerint (quę tamen aut Regulæ, aut Inſtituto, vel Summorum Pontificum declarationibus & Conſtitutionibus non repugnent) omnes in communem vſum & vtilitatem conferant, vt ſacra etiam Tridentina Sanctione, & regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis iam ſanctè cautum eſt. Conc. Triden. vbi ſup.

Quid de collatis per aliquem fratrem in cõmunem vſum, ſit faciendum. Superiores verò, pro illorum prudentia, & paterna charitate atque ſolicitudine, ex illis ipſis bonis, omnium quidem neceſſitati diſcretè prouideant, ac eius potiſſimùm, ad quem pertinerent, niſi ſanctæ paupertatis votum obſtaret. Ex eiſdẽ. Valliſolet.

Donata etiã, Superiori conſiguanda. Dona ſi quandoque cuiquam mitti contigerit, ad Superiorem afferantur, nec quiſquam ea recipere poſſit, niſi ſciente & conſentiente Superiore ipſo: qui omni ſtudio in id omnino incumbere debet, vt ex Conuentu proprietatis vitium, tanquam multorum malorum cauſam euellat. Ex eiſdem.

Communi loco & tempore, tam comedendum ab oĩbus, q̃ dormiẽdum. Communi loco & tempore omnes, tum ſubditi, tum Superiores quoque, prout per occupationes licuerit, & comedant & bibant, pro veteri & probata Religionis conſuetudine. Communi item loco omnes dormiant, præter hoſpites, & qui ægra valetudine laborant. Ex eiſdem.

Communitatem in omnib. non ſeruantes, ad Officia & dignitates haud promouendi: Qui verò communitatem in Choro, in Oratorio, in Refectorio, in Dormitorio, in veſtitu, & in omnibus alijs, quæ ad communem vitæ vſum pertinent, non ſeruarit, ad nullum poſthac Ordinis Officium, dignitateſve promoueri poſſit. Ex Neap. cap. viij.

Immò, ſi iam promoti, eis priuandi ſunt. Et qui iam promoti ſunt, ſi moniti ſtatim non ſe emendauerint, & quoad fieri poteſt, alijs non ſe conformauerint; Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, quò primùm viſitationis munus obierint, eos Officijs quibuſcunque omnino deſtituant, & ad ea & alia quęcunque perpetuò inhabiles declarent. Ex eiſdem.

Prouinciales ipſi, ſi id neglexerint, coercendi. Quòd ſi Prouinciales ipſi in ijs ipſis deliquerint, aut aliàs culpabiles extiterint; Generalis aut Viſitatoris eius arbitratu, de Patrum conſilio & conſenſu coerceantur, pro negligentiæ modo. Ex eiſdem.

Loci appropriator, quis ſit exiſtimãdus: Et quis itẽ Cellæ, Nemo præterea quicquam ſibi approprietur, nec domum, nec Locũ, nec aliquã rem. Loci aũt appropriator iudicetur, ac violatæ paupertatis reus ſit, qui acceptam de Loco recedendi Ex Salmant. ca. vj. Et ex Valliſolet. 1593.

dendi Superioris licentiam, ſæcularium medio reuocandam procurarit. Et item qui extraneos quoſuis aut ſubditos aut Prælatos, in Loco natiuo habere recuſet, aut ægrè ſuſtineat, vel etiam cum eis conuerſari abnuat. In ijs qui deliquerit, vltra proprietatis pœnam, ab eo Loco ſtatim amoueatur. Et quod de Loco dicitur, idem de Cella quoque dictum & conſtitutum eſſe intelligatur.

Ex Valliſolet. 1593. Rei proprietarius etiam ſit quicunque Superiori quicquã ex animo celauerit, vel ſine eius expreſſo vel tacito conceſſu habuerit. **Rei pariter qs ſit ꝓprietarius.**

Ex Salmant. capit. vi. Et quia nonmodo omnem proprietatem, verùm etiam & proprietatis ſpeciem, ab Inſtituto noſtro penitùs extirpari iubemus; idcirco præcipitur, quòd vbi contigerit, fratrum quempiam, Superiorum conceſſu, aliquò ire; & cellæ, & arculæ, ſi quam habeat, Loci Superiori, aut de eius licentia alicui alteri fratri, claues ſemper conſignet; alioquin proprietarij pœnam ſubeat, Prouincialis arbitratu. **Cellarũ & arcularũ claues, vbi iter agendũ ſit, conſignandæ.**

Ex eiſdem. Qua pœna etiam puniatur quicunque libros, aut res alias quaſcunque, ſuo vſui, Superiorum conceſſu, deputatas, apud ſæculares perſonas quaſcunque extra Locum depoſuerit, abſque Prouincialis vel Superioris Loci licentia, & de ſcitu etiam Diſcretorum, vel aliorum fratrum eius Loci, extra quem rationabili de cauſa, res prædictas deponi contigerit. **Extra Conuẽtum, abſq; licẽtia quicquã deponere, vetitũ.**

Ex Salmant. ca. vi. Et ex Valliſolet. 1593. Et vt omnis proprietatis occaſio tollatur, omnes Locorũ Superiores, quocunque nomine vocentur, & Prouinciales item, ſanctæ paupertatis accuratiùs ſeruandæ gratia, pro viribus laborent, vt quoad fieri poteſt, omnes veſtes laneæ & lineæ, aut cuiuſuis generis ſint, communi loco ſemper aſſeruentur, ac duobus fratribus, pluribuſue ad id ſpecialiter præpoſitis, qui eas excutiendas, purgandas, & reſarciendas diligenter cuſtodiant, ſinguliſq;, prout vſus poſtulauerit, eas diſtribuant, aſſignentur; vt etiam antiqua Ordinis diſciplina ſanctiſſimè cautum eſt, ac perpetuo vſu à Sanctis Patribus inuiolatè ſeruatum. **Veſtes quæcunq; communi loco ſeruandæ.**

Ex Valliſolet. 1593. Curent præterea, vt in vnoquoque Conuentu, aliquis librorum numerus ſit, ne Prædicatores, & qui Studijs oblectantur, libros ſecum magno eorum incommodo, & expenſarum diſpendio ſemper ferre cogantur; vt vel ſic, **In omni Conuẽtu, aliquis librorum numerus prouidendus.**

& Re-

& Regulę puritati, & priuato ſingulorum commodo conſultiùs proſpectum ſit.

In libris concedendis, quæ moderatio adhibenda.

Interea verò librorum vſum Prouinciales Miniſtri ita moderentur, vt paupertatis ſtatui omnino conueniat, pro cuiuſque Officio & miniſterio. Nam etſi libros, Superiorum conceſſu, fratribus habere liceat, plures tamen quàm opus ſit, habere non licet. Quapropter decernimus, vt nullus fratrum plures habeat, vel tenere poſſit, quàm aut Generalis, aut Prouincialis, iuxta ſingulorum qualitates & Officia, neceſſarios iudicauerit, & conceſſerit. Ex Neap. cap. xxiiij.

Defunctorũ libri, Bibliothecis applicandi.

Fratrum verò ex hac vita decedentium libros, Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, de cętero ad eas Bibliothecas applicandos curẽt, ad quas communi Patrum iudicio, publicæ vtilitati magis opportunum videbitur eiſdem. Ex eiſdem.

Qui Bibliothecis non applicantur, quomodo diſtribuẽdi.

Quos autem ad Bibliothecas applicari haud expedire iudicauerint, fratribus, & Lectoribus, ac ſtudẽtibus quoque, de Patrum conſilio diſtribuant, prout opportuniùs videbitur; ita tamen vt publicæ vtilitati vel in primis ſemper proſpectum ſit, nec cuiquam, etiam Prouinciali ipſi, eos ſibi applicare aut vſurpare liceat, ſub proprietarij pœna, contrafacienti ſubeunda. Ex eiſdem.

Ne libri taliter diſtributi pereãt, quæ cautio adhibenda.

Ne verò libri huiuſmodi facilè pereant, ſed accuratè ac diligenter ſeruentur, ſtatuimus, vt per Locorum Superiores & Diſcretos in inuentaria referantur, vnà cum nominibus eorum, qui eos accommodatos acceperint; ſcripta etiam cautione accepta, ſingulorum propria manu obſignata; quæ cum inuentarijs ipſis in locali archiuio pariter ſeruetur. Ex eiſdem.

Libri dicti, nullo pacto alienãdi

Mandamus præterea in virtute ſanctę obedientię, atque ſub graui ſuſpenſionis pœna ipſo facto incurrenda, & alia grauiori etiam, Prouincialis arbitrio imponenda, vt nemini, per ſe vel per interpoſitam perſonam, neque etiam per Procuratores Locorum Apoſtolicos, quouis prætextu, vel quæſito colore, occaſione, vel cauſa libros prædictos vendere, vel alienare, commutare, donare, aut quouis modo diſtrahere liceat: ſed omnes & ſingulos, cùm de Loco receſſerint, ad quem quouis modo vel iure ſpectant, reddere teneantur. Ex eiſdem.

Circa Biblio-

Quæ verò de Bibliothecis formalibus, Conſtitutione Ponti- Ex Valliſolet.

1593. Et ex Cõſtit. Six. V. cũ moderat. Cle. VIII.

thecas formales, Apoſtolica Conſtitutio ſeruanda.

Pontificia ſancita ſunt, omnia & ſingula, exactè quidem ac diligenter ſeruẽtur, ad Conſtitutionis ipſius præſcriptum; cum moderatione tamen, per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Clementem Octauum, ad inſtantiam Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Matthęi Protectoris noſtri facta.

Ex Vallisolet. 1593.

Cellę fratrum ſingulis annis viſitandę: & per quos: & quoties: & quomodo.

Quò verò accuratiùs & diligentiùs ſanctæ paupertatis puritas ſeruetur, & omnis ſuperuacaneus rerum vſus faciliùs tollatur, Locorum Superiores quicunque, vnà cum duobus Diſcretis, bis aut ter in ſingulos annos, ſingulorum fratrum cellas diligenter viſitent, & ſupellectilem vniuerſam accuratè ſcrutentur, ne vllus quicquam proprij habeat, aut plus quàm ei ad vſum conceſſum ſit.

Ex eiſdem.

In proprietate aliqua, furtoue deprehenſus, quo modo puniendus.

Quòd ſi quis proprij quicquam habere deprehẽſus fuerit, is ex Sacra Tridentina Synodo, ſuffragiorum iure biennio priuatus, grauiùs etiam puniatur, Superioris arbitratu, pro delicti modo: multoq; magis, qui ex communi, aut ex eo quod alicuius vſui tributum ſit, furtim ſibi quicquam vendicarit.

Ex eiſdem.

In viſitatione Cellarũ, quęnã auferenda.

Si præterea Speculum, Vnguenta, Suffimenta, Manipulas pelliceas, Calciamenta, Crepidas, Ocreas, Femoralia lanea, uanas aut profanas, vel etiam pias, ſed tamen curioſè elaboratas imagines, aut libros profanos, vel quauis ratione ſuſpectos, aut generis huiuſmodi, inanium rerum quicquam repererint; ſtatim auferendum curent, ac præterea in vanos ipſos animaduertant, pro vanitatis aut proprietatis ratione.

Ex eiſdem. Et ex Salmant. ca. vi. Et ex Conſt. Clem. VIII.

Donare, vendere, alienare, cõmutare; omnia fratrib. vetita:

Nemini etiam cuiquam eleemoſynam dare, largiri, aut res eſculentas, poculentas, veſtes, aut bona cuiuſuis generis ſint, vendere, diſtrahere, alienare, aut etiam commutare liceat, etiam ſi ad vſum ei conceſſa ſint. Contra qui fecerit, proprietarij pœnam ſubeat.

Ex Salmant. cap. vi.

Debita item contrahere, & quicquã pignori ſupponere.

Simili quoque pœna puniatur qui pro ſe vel pro alio debita contraxerit, & ſimiliter qui libros aut res alias ſibi ad vſum conceſſas, pignori ſuppoſuerit, nõ impetrata priùs Superioris ſcripta facultate.

Ex Vallisolet. 1593.

Pannum pro veſtimẽto particulariter emere, nemini licet

Qui etiam pannum emerit, aut Prouincialis facultate ſcripto non impetrata, emendum procurarit, vt induatur, vel quicquàm aliud faciat; is panno ipſo priuatus, alia etiam grauiori pœna, præſertim contra proprietarios conſtituta punia-

puniatur, Prouincialis arbitratu.

Veſtimentum aut vẽdere, aut commutare vetitum.

Qui veſtimenti rationem, Prouincialis iuſſu ſibi aſſignatam, in aliud commutarit, vel etiam vendiderit; ſequentis anni veſtimenti portione priuetur, & proprietarij pœna puniatur. Ex eiſdem.

Pecunia pro veſtimento, nec dãda, nec accipienda.

Pro veſtimento pecuniam dare vel accipere nemini liceat, ſub pœna contra proprietarios conſtituta, dantibus & recipientibus omnino ſubeunda. Ex eiſdem.

Quæcunq; fratribus conceſſa ſunt, in inuẽtariũ referenda.

Quò magis autem fratrum noſtrorum ſaluti & conſcientiæ ſalubriter poſſit iri conſultum, ſtatuimus, atque eiſdem & vniuerſis & ſingulis diſtrictè præcipimus, vt quæcunque ſingulis ad vſum conceſſa ſunt, ea omnia & ſingula eorum quiſq; diligenter ac fideliter in inuentarium referat, primo quoque tempore Prouinciali exhibendum; vt exinde ſuperfluis ablatis, cùm quę ſingulis neceſſaria ipſe iudicauerit, per eum denuo cõceſſa fuerint, ijs eorũ vnicuique licitè vti liceat. Quòd ſi quicquam vel minimum quidem, ex animo celauerint, vt re proprietaria irretiti puniantur, pro delicti qualitate, Prouincialis ipſius arbitratu. Ex eiſdem.

De domibus, ac pratis non locandis.

Locationes quaſcunq; facere, fratribus non licet.

SI quæ Terrulæ, Prata, Viridaria, & alia loca, præſertim eorum Conuentuum, qui extra Ciuitatum & Terrarum mœnia, ob bellicos tumultus, vel quauis alia de cauſa iamdudum deſtructa ſunt, eſſe reperiantur; eorum & aliorum omnium, etiam domorum, ſub quocunque prætextu vel quæſito colore, quocunque etiam Procuratorum Apoſtolicorum nomine, locationes fieri, & Regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis, & Summorum Pontificum declarationibus nobis expreſsè prohibetur. Ex Salmãt. c. vi. Et ex Decl. Nic. III. & Clc. V. Et ex Valliſolet. 1593.

Earũ aliqua ſi iã facta ſit, reſcindenda; ſin minùs, minimè ampliùs facienda.

Quamobrem locationes eiuſmodi omnes & ſingulas ſi quæ hactenus factæ ſunt, præſenti Conſtitutione diſſoluimus & abolemus, atque omnino diſſoluendas & abolendas eſſe firmiter præcipimus. Et ne de cętero vllatenus fiant expreſsè prohibemus, ſub pœnis contra proprietarios conſtitutis, & alijs grauioribus etiam, Superiorum arbitratu, contrafacientibus ſubeundis. Quibus etiam pœnis Prouinciales ipſos, ſi cõtra hęc ſcienter quicquam admiſerint, permiſerint Ex Valliſolet. 1593.

miſerint, neglexerintve, præſenti Decreto & Conſtitutione ſubijcimus, immo verò iam ſubiectos eſſe declaramus.

Ex eiſdem. Ne item ea ipſa loca, etiam intra Locorum ſepta exiſtentia, frumento, vel alio cuiuſuis generis tritico, niſi fortè oleribus, hordeo, fructibus, ac fœno item, pro fratrum vſibus, & eorum iumentis tantummodo, vllatenus excolantur, vel excoli poſſint, quouis etiam Procuratoris Apoſtolici nomine, expreſsè prohibemus, quinimo id iam prohibitum declaramus, ac pœnis contra proprietarios conſtitutis, contrafacientes ſubijcimus. Quę in hortis fratrum excoli poſſint: Et quæ minimè.

Ex eiſdem. Et ex Salmāt. c. vj. Superiorum preterea nemini quicquam ex ijs, quæ naſcuntur in hortis, etiam per Procuratores, vendere liceat, ſub eadem proprietatis pęna. In hortis nata, haud vendēda.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex cōceſſ. Six. V. Ex diſpenſatione tamen Sixti Quinti Summi Pontificis, & vinum ex illis Vineolis, quæ iam intra Locorum ſepta extant, pro fratrum vſibus, ac pro ſancto Miſſe ſacrificio preſertim colligi, ac quod supereſt fœnum, per Procuratores diſtrahi, aut in aliud pro fratrum vſibus magis neceſſarium commutari licet. Vinum & fœnum colligi, ac vendi, aut commutari, ex cōceſſione Apoſtolica licet.

Ex eiſdem. Hac tamen conceſſione, nec tuta conſcientia, neque impunè vti liceat, niſi pro illis Locis, vbi vites erant, & fœnum ſuperabundare conſueuerat, quando ipſa conceſſio facta eſt. Quomodo ea cōceſſione vtēdum.

Ex Salmant. cap. iiij. Licet preterea etiam alia bona mobilia, & præſertim vilia, & alienari, & in alia fratribus magis neceſſaria commutari, prout ex facultate Gregorij Decimi Summi Pontificis, Generalibus conceſſa, liquidò conſtat, ſubſequentibus verbis. Bona mobilia, quomodo alienari, & cōmutari queant.

Ex eiſdem. *Gregorius &c. Nos diſtrationi tuæ, quam credimus regularibus Inſtitutis eſſe ſolicitam, & honeſtatis obſeruantiæ ſtudioſam, tribuendi fratribus Ordinis prædicti licentiam, alienandi & commutandi bona mobilia, quibus ipſi fratres vtuntur, in res alias ſibi magis neceſſarias, cùm eis videbitur opportunū, liberam auctoritate præſentium concedimus facultatem.* Securiùs tamen erit, ſi per Procuratores Locorum Apoſtolicos, de Superiorum Ordinis conceſſu, id ſemper fiat. Facultas ad id.

Ex eiſdem ca. vj. Nihil tamen pignori ſupponere, Locorum Superioribus liceat, niſi vrgenti de cauſa; tumq; communi Diſcretorum conſenſu, & ſcripto Prouincialis ipſius conceſſu. Contrafacientes verò, ſtatim ſuis priuentur Officijs. Locorum bona, pignori haud ſupponēda.

De debitis non contrahendis, & de ſoluendis iam contractis.

Loca in debita grauia, minimè inducenda.

Ex Salmant. cap. vi.

LOCORVM Superiores quicunque omnino caueant, ne Locum aliquem in debita grauia & oneroſa inducant, aut eorum negligentia, vel aliàs induci permittant; cum hoc quoddam proprietatis genus eſſe videatur.

Super ſoluendis debitis iam contractis, quæ prouiſio adhibenda.

Ex Neap. cap. xvij.

Et quia nunc in multis Prouincijs Loca pleraque debitis eiuſmodi adeò grauata & irretita eſſe reperiuntur, vt & multorum damno & ruinæ, & aliorum admirationi & ſcandalo ſint, propterea alienæ indemnitati, & fratrum exiſtimationi & ſaluti, opportunè quidem ac prouidè conſulere cupientes, ſtatuimus & mandamus, vt Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, vniuerſos & ſingulos Prouinciæ Patres quamprimùm conuocent, & quonam modo debita eiuſmodi, publico nomine iam contracta, exſolui poſſint, ad inuicem conferant, conſulant, decernant, & terminét, ac denique rationem aliquam omnino ineánt, vt creditoribus ipſis quamprimùm ſatisfieri poſſit. Quod vt debitam, exactam, atque omnino abſolutam executionem habeat, id caueant, etiam ſub pęnis eorum arbitrio taxandis, etiam priuationis Officij, ac ſuffragiorum iuris, & grauioribus etiam, cōtrafacientibus, negligentibuſuè ſubeundis.

Prouiſio itē, ne debita contrahātur in poſterùm.

Ex eiſdem.

Ne verò ampliùs ſimilia debita, quouis prętextu, occaſione, vel cauſa deinceps contrahantur, aut contrahi poſſint, expreſsè prohibeant, ſub pęnis priuationis Officij, & inhábilitatis perpetuæ ad omnia Ordinis Officia, dignitatesq́;, in poſterùm obtinenda, & alijs grauioribus etiam, eorum arbitrio, contrauenientibus incurrendis.

De Depoſitis nullo in loco recipiendis.

In Locis noſtris, nihil depoſiti nomine recipiendum.

Ex Salmant. c. vi.

AD euitanda multa inconuenientia, & vt paupertatis ſtatui vndequaq; proſpectū ſit, atque conſulū opportunè, diſtrictè prohibemus, ne in Locis noſtris quicquā aut aureum, aut argenteum, ſeu aliàs pretioſum, depoſiti nomine reponatur, aut reponi poſſit; niſi caſus aliquis adeò vrgear,

geat, vt ſine ſcandalo, aut notabili damno negari nequeat.

Ex eiſdem. Quo caſu hæc ſeruanda præſcribimus, vt nunquam ſine Diſcretorum conſilio & Superioris licentia fiat; & quòd ab ipſis ſemper videatur quicquid deponi contigerit, ſciantq; cui, & qualiter reddi debeat; & hæc omnia ſub ſcriptura authentica, vel deponẽtis ſigillo, ſi habet; & ſemper cum proteſtatione deponentibus facta, quòd fratres ad cuſtodiendum depoſita huiuſmodi, nullatenus ſe obligare intendunt, ſicuti nec poſſunt, nec ſanè debent. Quæ depoſita loco cõmuni & tuto, per Superiorem aſſignato ſemper ſeruentur, & eo modo, quo accepta fuerint, etiam reddantur, idonea cautione antea per fratres accepta. Si quid aliquã do recipiatur, quę ſeruanda.

De computis ſiue calculis, ſingulis menſibus reddendis.

Ex Salmant. capit. vi. Et ex Neap. cap. xvi. QVOD de calculis ſiue computis, ſingulis menſibus per Superiores Locorum, coram fratribus capitulariter congregatis, exactè, clarè, atque omnino diſtinctè reddendis, nimirum quo modo, & qua via eleemoſynæ acceptę ſint, & quibus item expenſæ, iamdudum ſtatutum eſt, opportunè renouantes, decernimus, vt quod Maiores noſtri, opportunè quidem ac prouidè publicæ vtilitati conſulentes, magna ratione ac prudenter ſuperinde decreuerunt, Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, exactè quidem, atque omnino inuiolatè ſeruandum, diligenter curent. Computa quomodo reddẽda.

Ex eiſdem. Locorum verò Superiores, quos in eius obſeruatione & executione negligentes, vel aliàs culpabiles repererint, Officio deſtituãt, & grauioribus pœnis etiam afficiant, pro delicti vel negligentiæ ratione. In ijs reddendis negligẽtes quomodo puniendi.

Ex Neap. cap. xvj. Et quò accuratiùs & diligentiùs ſalutaris Conſtitutio hęc ſeruetur, ac fraudibus & dolis vndequaque opportunè proſpectum ſit, conſultò etiam ſtatutum eſt, vt eleemoſynarum capſula, in vnaquaque Sacriſtia, ex diſpenſatione Sanctæ Sedis Apoſtolicę conſtituta, nunquam aperiri, nec itẽ eleemoſynę ipſę ab ea extrahi poſſint, niſi ab ipſo Procuratore Eleemoſynarũ capſula quomodo aperienda.

Apoſto-

Apoſtolico, pręſentibus, preter Loci Superiorem, tribus aut quatuor Diſcretis, vel fratribus alijs, qui ſemper maiores natu ſint, vbi tot Diſcreti non fuerint, prout ſuprà etiam cautum eſt.

Accepti & expenſi rationes, quomodo ſubſcribendæ.

Accepti præterea & expenſi rationem, per Superiores Locorum, & Procuratores cuiuſque Conuentus reſpectiuè, propria manu obſignatã, locales Diſcreti vel minimũ quinque, & ij quidem antiquiores, aut totidem cuiuſq; familię fratres, maiores natu, vbi tot Diſcreti non ſint, propria manu ſubſcribant. Ex eiſdem.

Adminiſtrationis ratio, à Locorum Superioribus ad Capitulum afferẽda: & qualis.

Vbi verò Superiores Locorum ad Prouinciale Capitulum acceſſerint, totius adminiſtrationis rationem, vt ſuprà diligenter conſcriptam & obſignatam, ab vniuerſis & ſingulis familię fratribus ſubſcribendam omnino curent. Cõtrà qui fecerit, pretermiſerit, neglexeritue, Officio deſtitutus, grauiùs etiam puniatur, Prouincialium, & Diffinitorum arbitratu. Ex eiſdem.

Eleemoſynarum fraudator, quibus pœnis afficiendus.

Quòd ſi Superiorum localium quiſpiam repertus fuerit, qui Locum, aut eleemoſynas ad communem vtilitatem fratrum erogatas fraudauerit, & eis vel in Prelatorum, vel aliarum perſonarum, Religioſarum, ſiue ſecularium dona, vel quouis modo abuſus fuerit, nec ad commune Loci beneficium, vel neceſſarios fratrum vſus conuerterit, & de eo legitimè conſtiterit; is preter excõmunicationis pœnam; quam ipſo facto incurrat; & à qua, preterquàm in mortis articulo, niſi ab ipſo Prouinciali, abſolui non poſſit: ſuffragiorum iure, ac omnibus Religionis Officijs & gradibus perpetuò priuatus, Carceribus etiam mancipetur, Superiorum arbitratu, pro fraudis, & dilapidationis modo. Ex Valliſolet. 1593.

De pijs legatis, annuis reditibus, & Capellanijs perpetuis non recipiendis.

Ad ordinandam eleemoſynam, aut perpetuam, aut p certum tẽpus,

INHIBEMVS per obedientiam fratribus & vniuerſis & ſingulis, vt nemo, per ſe vel per aliũ, aliquam perſonam inducat, ad faciendam vel ordinandam aliquã eleemoſynam, vel perpetuam, vel ad certum tempus, ſibi, vel alteri fratri, aut etiam Ordini, vel alicui Loco exhibendam. Ex Salmant. cap. vj.

Et ſi

Et ſi quę talis ordinata fuerit, nullo modo à fratribus, vel ab aliquo, ipſorũ nomine in iudicio exigatur, aut exigi poſſit, neque item recipi, niſi per modum eleemoſynę ſponte oblata fuerit.

quępiã inducere prohibetur. & quæ ſponte ordinata, quo recipienda.

Ex eiſdem.

Qui verò contrarium attentauerit, ſcienter inducendo, vel in iudicio exigendo, aut modo prædicto exigi faciendo, ipſo facto Excommunicationis ſententiam incurrat, à qua non niſi à Prouinciali Miniſtro, prętérquàm in mortis articulo, abſolui poſſit; ac præterea omnibus Ordinis Officijs decennio priuatus, carceribus etiam mancipetur, Prouincialis arbitratu, pro delicti modo.

Contrafacientium pœnæ.

Ex eiſdem.

Pia etiam legata quæcunque, in iudicio vel extra nullatenus exigantur, neque prętérea recipi poſſint, niſi eo modo quo nobis conuenit, pro ſanctę paupertatis Inſtituto, quod ſanctè profitemur: cùm nec legantes ipſi, talia legata nobis relinquere & dare intendant, niſi eo modo, quo & profeſſioni noſtræ, & ſaluti cõuenit ea recipere, prout ex declarationibus Apoſtolicis habetur; propter quod etiam in omnibus teſtamentis ea particula regulariter apponitur, videlicet, quòd valeant omni meliori modo &c. quæ facit actum valere eo modo, quo de iure fieri poteſt, & prout vnicuique loco & ſtatui, atque vel in primis animarum ſaluti conuenit, & conuenire poteſt. Cùm itaque per Legatarios ſponte oblata fuerint, & pro talibus Officia decantanda, vel Miſſas celebrandas fratribus commiſerint; tunc ea fratres cum bona conſcientia recipere poterunt.

Pia legata exigi poſſe prohibetur: ſpõte oblata, recipi conceditur.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Declarat. Apoſt. ac interpret. ſanc. Pat. ſup. Reg.

Et ad ſubleuandam etiam pauperum fratrum indigentiam, legata ipſa extra iudicium humiliter & per modum eleemoſynę, fratribus petere vtique licet, & quidem ſine aliquo conſcientiarum periculo.

Quomodo pia legata peti poſſint.

Ex D. Bonauẽ. Et quat. Mag. Et ex Conc. Tri den. ſeſſ. xxv. ca. iij. Et ex Clem. Exiui de Paradiſo. Et ex Valliſolet. 1593.

Quia verò annui reditus intra bona immobilia cenſentur à iure, ideo ea obtinere & poſſidere, paupertati & mendicitati noſtræ repugnat, vt etiam ſacra Tridentina Synodo cautum eſt, & ex Clementina quoque, *Exiui de Paradiſo &c.* & ſanctorũ Patrum declarationibus clariſſimè conſtat: ideo ſi alicubi talia eſſe reperiantur, nullo modo per fratres, aut eorum nomine iudicialiter exigãtur, ſed neque exigi poſſint, neque item recipi, niſi per modum eleemoſynæ, vt ſuprà de pijs legatis ſtatutum eſt.

Annui reditus inter bona immobilia cenſentur, quæ fratribus habere non licet: ideo Statuta de pijs legatis, ĩ ipſis exigendis, aut recipiendis ſeruanda.

Ex Valliſolet. 1565.

Illud præterea & regularibus ſanctorum Patrum Inſti-

Capellanię p-

 tutis,

petuæ prohibetur.

tutis, & Apoſtolicis declarationibus prohibetur expreſsè, vt Capellanias quas vocant perpetuas, ex mutuis pactis, conuentionibus, & inſtrumentis, fratres nullatenus recipiant, neque item recipere poſſint.

Earum inſtrumenta, contractus, conuẽtiones, pacta, aliaq; eiuſmodi reſcinduntur. Et q̃ de pijs legatis, ac annuis reditibus ſtatuta ſunt, grauia quippe, magniq; ponderis, repetuntur.

Inſtrumenta quoque, contractus, conuentiones, vel pacta, quouis prætextu vel quęſito colore, quocunque (etiam Procuratorum) nomine, ſi quæ hactenus facta ſunt, primo quoque tempore reſcindenda, caſſanda, irritanda prorſus, & annullanda firmiter præcipimus, & pręſenti Cõſtitutione reſcindimus, caſſamus, irritamus, & annullamus omnino; & ne in poſterùm fiant; ac item ne pia legata, vel annui reditus aliter quàm præſcriptum eſt, recipi poſſint diſtrictè etiam prohibemus atque interdicimus, ſub eiſdem Excommunicationis, priuationis, & Carceris, ac alijs grauioribus pœnis, etiam corporalibus, Superiorum arbitratu, contrafacientibus eò ipsò ſubeundis: cùm hæc omnia paupertatis ſtatui quem ſanctè profitemur, vt iam ſæpe dictum eſt, expreſsè repugnẽt. Sed magis tanquàm Peregrini & aduenę in hoc ſęculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, vadant fratres pro eleemoſyna confidenter.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Quænam ad paupertatem & humilitatẽ pertineant.

Ad paupertatem enim pertinent, quæ ſuprà præſcripta ſunt; ad humilitatem verò, vt cum omnibus fratres pacificè viuant, non rixentur, non contendant verbis, nec alios iudicent: ſed ſint mites, pacifici & modeſti, manſueti & humiles, honeſtè loquentes omnibus, ſicut decet pro Inſtituto quod ſanctè profitemur.

Ex Valliſolet. 1593.

A ſcandalizandis Eccleſiaſticis cauendum. Reuerẽtia Pręlatis exhibẽda. Interdicta publicanda. Priuilegia ſeruanda.

Illud verò vel in primis omnino caueant, ne Clericis quibuſuis ſcandalo ſint: Prælatis autem, & præſertim Epiſcopis, omnem reuerentiam ſemper exhibeant. Cuius rei gratia, generalis Interdicti tempore, matricibus Eccleſijs ſe cõforment, prout ſacra Tridentina Synodo cautum eſt, & Clemens Quintus Summus Pontifex iamdudum decreuit: Priuilegijs tamen noſtri Ordinis rite ſeruatis.

Ex eiſdem. Et ex Salmanc. capitu. vj. Et ex Conc. Trid. ſeſ. xxv. cap. xij. Et ex Cõſt. Clc. V.

De quæ-

De quærendis eleemoſynis.

Ex Valliſolet. 1593.

QVos Locorum Superiores quicunque, ad conquirendas CHRISTI fidelium eleemoſynas, & vitę innocétię, & morum grauitate magis idoneos iudicauerint, ij cũ omni humilitate, confidentia, & exemplaritate vadant cùm miſſi fuerint, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores, & diligenter ac fideliter eleemoſynas conquirant & aſſignent.

Ad quęrendas eleemoſynas, q̃ mittendi: & ijs, qui miſſi ſunt, quid agẽdum.

Ex eiſdem.

Illud verò religioſæ honeſtatis gratia, omni ſtudio curetur, vt ad quæſtuationẽ huiuſmodi, per Ciuitates maximè, Terras, & Oppida ineundam, bini ſemper mittantur, vt ſuprà etiam cautum eſt.

Ad quæſtuationẽ, bini ſemper incedãt fratres.

De Locis, de nouo neque recipiendis, neque relinquendis, & de fabricis item.

Ex Salmant. capit. vj. Et ex Neap. cap. xxxj.

DE cætero Loca de nouo recipi aut relinqui poſſe, ſine expreſſa Generalis ſcripta facultate, cui ſcriptus etiam Epiſcopi, aut ſanctæ Sedis Apoſtolicæ aſſenſus, & Prouincialis item, ac Diffinitorum præterea conſenſus acceſſerit, expreſsè prohibetur.

Loca de nouo quomodo recipienda, aut relinquenda.

Ex Valliſolet. 1593.

Generalis autem facultatem eiuſmodi nullatenus concedat, niſi ei legitimè antea conſtiterit, quòd in eo loco, vbi Conuentus exædificandus eſt, duodecim fratres de familia honeſtè ali, & ſatis commodè viuere poſſint; vt vel ſic & maiori pietate diuini cultus ratio, vt par eſt, haberi, & faciliori modo regularis vitæ diſciplina conſeruari queat: nam minori numero, vix vlla ſanè in diuino cultu pietas vigere, aut quodpiam regularis vitæ & diſciplinæ ſpecimen retineri poteſt: quo fit, vt & chriſtiana pietas, & deuotionis ſtudium in dies minuatur, ac paulatim deficiat.

Pro noui Cõuentus conſtructione, licentia quomodo à Generalibus danda.

Ex eiſdem.

Eò autem fratres minimè mittantur, niſi Prouincialis ipſe antea diligenter inuiſerit, ac maturè iudicauerit, ibi ſatis honeſtè ac decenter eos poſſe commorari.

Quomodo eò mittendi ſint fratres.

Quo Guardianat⁹ titulo decorandus Locus ille. Guardianatus verò titulo Loca huiuſmodi nullo modo decorari poſſint, niſi vbi communitas in Eccleſia, Dormitorio, ac Refectorio ab octo ſaltem fratribus rite ſeruari poſſit, donec & quouſque ſupraſcriptus duodecim fratrum numerus collocari poſſit. *Ex eiſdem.*

In tenuibus Locis numer⁹ fratrum augendus. In tenuioribus autem Locis, quę iam recepta ſunt, ad augendam Chriſti fidelium pietatem & religionem, ac ad retinendam regularis vitę diſciplinam, vt quoad fieri poteſt, fratrum numerus augeatur, id magnopere quidem cupimus, atque adeò mandamus. *Ex eiſdem.*

Fratrum multitudinem euitandam, ſenſerunt Maiores: Et certum perſonarũ numerũ in vnoquoque Conuentu ſtatuendum, decreuit Tridentina Synodus. Quia verò non minora ſunt incommoda, quæ ex ſuperabundanti fratrum numero prouenire ſolét, prẹſertim quòd propterea fortaſſis multa Loca ingẽti debitorum onere grauantur, vnde multa mala proueniunt, vt ſuprà etiam dictum eſt; idcirco ad exactam ſanctæ paupertatis obſeruantiam, nimiam fratrum multitudinem euitandam eſſe & euitari debere, Maiores noſtri prudenter decreuerunt. Qua de cauſa & Sacra Tridentina Synodus, certum perſonarum numerum in vnoquoque Monaſterio, tam virorum, quàm mulierum, primo quoque tempore præſcribendum eſſe ſtatuit & decreuit. *Ex eiſdem. Et ex Vltramont. c. iij. Et ex Neap. cap. vj Et ex Conc. Triden. ſeſſ. 25. ca. iij. De Refor.*

Id agendum quamcitiùs: Et quomodo. Quamobrem ſanctorum Patrum veſtigia ſecuti, & ſacri Concilij Tridentini Decreto inhęrentes ſtatuimus, vt Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, Prouinciæ Patres quamprimùm conuocent, & eorum prudenti conſilio & communi conſenſu, certum fratrum numerum in vnoquoque Conuentu, iuxtà conſuetas Chriſti fidelium eleemoſynas, ſtatuant & pręſcribant. *Ex Neap. cap. vj. Et ex Vallifolet. 1593.*

Præſcript⁹ fratrũ numerus, quomodo aſſeruandus. Numerus autem huiuſmodi, in Prouinciali archiuio perpetuò ſeruetur, vel etiam in Prouincialibus Statutis conſcribatur, prout opportunius videbitur; vt publica lege omnes intelligant, quot fratres in vnoquoque Loco, ex conſuetis eleemoſynis & honeſtis laboribus, & ali & viuere poſſint. *Ex eiſdem.*

Vbi fratrum numerus præſcripto maior ſit, quid agendum. Quòd ſi fratrum numerus maior eſſe reperiatur, quàm præſcriptus fuerit, fratres in ea Loca diſtribuantur, in quibus quoquo modo faciliùs ſuſtentari poterunt. Interea verò nullus ad religionis habitum admittatur, donec & quouſque fratres intra numerum redacti fuerint. Contrà qui fecerint, Prouinciales Miniſtri Officio priuentur, & *Ex Vallisolet. 1593.*

aliJ

alij omni ſuffragiorum iure careant, Superiorum arbitratu.

Ex Salmant. capit. vj. Et ex Neap. cap. 31.

Cùm etiam interdum ſępe contingat, vt dum minùs conſideratè, minuſq; prudenter, ſed proprio ſenſu & voluntate ædificia conſtruuntur, facultate etiam non impetrata, uiriſq; peritis minimè conſultis, ędificia ipſa vel ruant, vel de proximò ruinam minentur, aut ſaltem inordinatè & ſine iudicio conſtructa eſſe conſpiciantur; quod quidem, præter damna, quæ exinde neceſſariò proueniũt, multorum etiam animum adeò offendit, vt propterea nobis eleemoſynas quandoque ſubtrahant, aut ſaltem facere deſinant, quas antea piæ deuotionis affectu facere conſueuerant: idcirco & Locorum indemnitati, & populorum ædificationi opportunè conſulentes, maturè ſtatuimus & ordinamus, vt poſthàc nihil noui, quod Scutorum decem expenſas excedat, in Conuentibus noſtris, ſine ſcripto Prouincialium conceſſu, aut ædificari, aut deſtrui liceat.

Noua ędificia, quomodo conſtruenda.

Ex Neap. cap. xxxj.

Prouinciales autem, antequàm licentiam huiuſmodi concedant, Locum viſitent, Diſcretos conſulant, viros in eo genere peritos adhibeant, ac denique diligenter curent, vt nihil omnino aut conſtrui, aut deſtrui permittant, quod peritorum iudicio atque ſententia non ſit antea probatum.

Licentia pro tali cõſtructione, quomodo danda.

Ex eiſdem.

Contrà qui fecerit, ex eo Loco confuſibiliter expulſus, & Officio priuatus, omni etiam ſuffragiorum iure triennio careat, vel grauiùs etiam puniatur, Prouincialis arbitratu, pro demeriti ratione.

Contrafacientium pœnæ.

De charitate, hoſpitibus, & fratribus infirmis exhibenda.

Regula cap. vj.

Et vbicunque ſunt & ſe inuenerint fratres, oſtendant ſe domeſticos inuicem inter ſe, & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſſitatem ſuam: quia, ſi mater nutrit &

diligit filium ſuum carnalem, quantò diligentiùs debet quis diligere, & nutrire fratrem ſuum ſpiritualem? Et, ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei ſeruire, ſicut vellent ſibi ſeruiri.

Quibus exemplis ſanctus Frãciſcus, fratres ſuos ad mutuã charitatem incitauerit.

AD mutuam charitatem & beneuolentiam erga fratres, & infirmos præſertim exhibendam & oſtendendam, Beatiſſimus Pater noſter Frãciſcus duobus exẽplis nos vehementiùs excitare voluit, altero amoris, quo mater filiũ, altero eius, quo quis naturaliter ſe ipſum diligit. Maiorem hac dilectionẽ nemo hẽt: materno enim erga filiũ amore, quoad teneritudinẽ, & quò quis ſe ipſũ diligit, maior naturaliter inueniri non poteſt. Quanta ergo charitate fratres ad inuicem mutuò ſe proſequi debeant, ſubiectis ijs duobus exemplis demonſtrat, atque oſtendit. *Quia, ſi mater nutrit & diligit filium ſuum carnalem, quantò diligentiùs debet quis diligere & nutrire fratrem ſuum ſpiritualem?* Ex Valliſolet. 1593.

Eius veſtigia imitatur Generale Capitulũ.

Itaque ſanctiſſimi Patris noſtri veſtigia ſecuti, & antiquas Ordinis Conſtitutiones innouantes, hæc de charitate & hoſpitibus, & infirmis fratribus exhibenda decernimus. Ex eiſdem.

Fratres hoſpites, charitatiuè tractandi.

Fratres hoſpites, pręter ea, quę de illis ipſis ſuprà decreta ſunt, cùm ad Locum acceſſerint, benignè recipiantur, & hoſpitio recepti, charitatiuè ac perhumaniter tractentur. Ex Vltramõt. capit. iiij. Et ex Neap. c. xv. Et ex Valliſolet. 1593.

Vetus de abluẽdis pedibus inſtitutio, reno uanda.

Vt verò fratres hoſpites maiora experiantur religioſæ charitatis indicia, & vetus ac probata Sanctorum Patrum Inſtitutio, iterum opportunè ac ſanctè reuocetur in vſum; vt ipſis hoſpitibus abluantur pedes, genibus flexis, aliquid Pſalmi vel Hymni piè canendo, quo CHRISTI Domini charitatis & humilitatis exemplum imitentur ij, qui ad hoc religioſę charitatis opus deputati fuerint; id ſanè ſpecialiter ac firmiter præcipimus. Id autem vt omnino pręſtetur opportunè, Loci Vicario pręcipuè curæ ſit, & ei qui recipiendis hoſpitibus pręfectus eſt. Ex Vltramõt. c. iiij. Et ex Valliſolet. 1593.

Eorũ, qui prædicta negligũt, pœna.

Qui ſi neglexerint, puniantur, Superioris arbitratu, pro negligentiæ modo. Quòd ſi & ipſe in culpa fuerit negligentiæ Ex eiſdem.

gentię ſuæ pœnam ſubeat, Prouincialis arbitrio. Qui ſi quos Locorum Superiores, quocunque nomine vocentur, in ijs prętandis, quę ad charitatem hoſpitibus exhibendam pertinent, notabiliter defectuoſos inuenerit, vt homines ſine charitate, Officio deſtituat, & ſuffragiorum iure triennio priuatos declaret.

Ex eiſdem.

Hoſpitia pro recipiendis hoſpitibus, erigenda.

In vnoquoque autem Loco nonnulla ſint hoſpitia, pro recipiendis hoſpitibus ſpecialiter deputata, cum opportuna ſupellectile, quæ non niſi ipſis hoſpitibus deſeruire poſſint.

Ex eiſdem.

Alterius Ordinis Religioſi, & pſertim Sancti Dominici; hoſpitio benignè recipiēdi, & humaniter tractandi.

Si verò ad Loca noſtra, Religioſi cuiuſuis Ordinis, & præſertim ſancti Patris Dominici, hoſpitij gratia, quandoque acceſſerint; ij quidem & humaniter, & benignè recipiantur, ac eamet charitatis & obſequij Officia eiſdem præſtentur, & maiora quoque, prout per facultates licuerit. Quòd ſi Prior fuerit, Guardiani locus ei detur: quod de alijs Prelatis dicti Ordinis etiam reſpectiuè ſeruetur: ita vt Guardianus Priori, Prouincialis Prouinciali ſemper locum cedat, vt charitas, quæ inter noſtri & dicti Ordinis ſanctiſſimos Patres, ac magnos Patriarchas maxima extitit, in filijs quoque eluceat, ac perpetuò vigeat.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Aquil. 1559.

Plures in vnaquaque Prouincia Infirmariæ erigendæ.

Quòd verò ad fratres ægra valetudine laborantes attinet, id vel in primis præſtandum decernimus, nimirū vt in ſingulis Prouincijs; ſi in omni Loco Infirmariæ, ob defectum infirmariorum, vel aliam ob cauſam eſſe non poſſint; ſaltem plures primo quoque tempore, ſingularum Prouinciarum ſtatu, ac ſingulorum Locorum genere diligenter conſiderato, inſtituantur: vt vel ſic infirmorum neceſſitatibus, diligentiùs & opportuniùs prouideri poſſit.

Ex eiſdem. Et ex Salmant. capit. vj.

Infirmarij, Aromatarijq; in ijs, quales locādi.

In ſingulis autem Locis huiuſmodi & Infirmarios, & Aromatarios Officio peritos, & charitate vel in primis flagrantes, Prouinciales communi Patrum conſilio præficiant. Qui pios & miſericordes erga infirmos ſe prębeant, & quanta maxima poterunt diligentia, charitate, & patientia eiſdem aſſiſtant ac ſeruiāt, atque tales omnino erga eos ſe oſtendant, quales cęteros erga ſe, ſi & ipſi ægrotarent, oſtendere vellent.

Ex Valliſolet. 1593.

Infirmarijs ſocij dandi: Et quales.

Quòd vt diligentiùs & commodiùs id omne charitatis Officium prętari poſſit opportunè, ſocios ad hoc vel maximè idoneos, Infirmarijs Prouinciales ſpecialiter aſſignēt,

qui die noctuq; infirmis diligenter inſeruiant, ac miniſtrent.

Cibaria & medicamẽta, quõ infirmis pbẽda.

Cibus & medicamenta opportuna, ita opportunè adhibeantur, ſicut & charitatis ratio poſtularit, & per facultates licuerit. Ex eiſdem.

Ne quid infirmis deſit, quib. curandum.

Vt verò nihil omnino eiſdem deficiat, id & Infirmarij ipſi, & Locorum Superiores item, ac Prouinciales quoque, omni ſedulitatis & charitatis ſtudio diligenter curent. Ex eiſdem.

Locorum Superiores quoti die uiſitent infirmos: Alij fratres frequẽter.

Guardiani prçterea, & Vicarij quoque, charitatis cauſa eos quotidie viſitent, vt & ſolatio illis ſint, & meliùs ab eis cognoſcant, quæ ipſis neceſſaria fuerint. Cçteri verò fratres etiam, infirmos viſitent frequenter, & charitatiuè eos adiuuare, ac piè conſolari in Domino diligenter curent. Ex eiſdem. Et ex Salmant, cap. vj.

A Prouincialibus quoque viſitãdi infirmi: & plura ab eis diligẽter inquirenda.

Prouinciales autem, vbi infirmos inuenerint, perſonaliter eos viſitent, & accuratè ac diligenter inquirãt, an omnia neceſſaria opportunè prouideantur, ac præſtentur eiſdem? Inquirant præterea, an fratres infirmarij & eorum ſocij quoque, illis charitatiuè ac diligenter inſeruiant? An Medici ſingulis diebus eos opportunè viſitent? An fratrum quiſpiam in viſitandis infirmis, negligentia vel aliàs culpabilis ſit? Ex eiſdem.

Charitatẽ infirmis non prç ſtantes, quomodo puniendi.

Quòd ſi aut Superiores Locorum, aut qui infirmorum curæ præfecti ſunt, vel fratrum quiſpiam, in ijs aut auaritia, aut negligentia, vel ſegnitie defecerint, vel aliàs culpabiles fuerint; Prouinciales ſingulos admoneant, hortentur, & coerceant, pro negligentiç aut auaritiæ modo. Et ſi quem in ijs notabiliter defectuoſum, vel aliàs culpabilem repererint, Officio deſtituant, & ſuffragiorum iure priuatum declarent, ac grauioribus etiam pœnis, quemcunq; eorum afficiant, prout expedire cognouerint. Ex eiſdem. Et ex Aquil. 1559 Et ex Neapol. cap. xv.

In ſingulis Infirmariarũ Locis, frater vnus à Prouĩciali deputandus, qui infirmos viſitet, ac eorũ neceſſitatib. prouideri curet.

Et vt nihil omnino in hoc charitatis officio prçtermiſſum eſſe videatur, nec re vera ſit, & Prouinciales ipſi & meliùs, & faciliùs cognoſcere poſſint, an hæc omnia diligenter & opportunè prçſtentur; in ſingulis Infirmariæ Locis eiuſmodi, fratrem vnum, ſedulum, diligentem, atque vel in primis charitate feruidum deputent, qui eorum nomine fratres infirmos frequenter viſitent, & Superiorem, ac ipſum Infirmarium, & Procuratorem Ex Salmant. cap. vj.

ratorem quoque admoneat, hortetur, ſolicitet, prout oportere cognouerit, ac demum Prouincialem ipſum admoneat, ſi aut negligenter, aut aliàs in ijs peccari comperit.

Ex Salmant. capit. vj. Et ex Valliſol. 1593.

Viſitatores de infirmorũ cura, quomodo inquirere debeãt.

Viſitatores prætera, in obeundo viſitationis munere, de ijs erga infirmos & charitatiuè, & opportunè præſtandis, ſpecialiter ac diligenter inquirant: ac prætera an loca, Infirmariæ nomine, inſtituta ſint? & an opportunè ac optimo loco? an omnibus neceſſarijs referta & inſtructa exiſtant? an Infirmarij & Officio periti, & charitate feruidi, ſingulis locis huiuſmodi præfecti ſint? & tandem an omnia & ſingula, quæ ſuprà hoc de genere decreta ſunt, exactè quidem ac diligenter ſeruentur?

Ex eiſdem.

Quid itẽ poſt inquiſitionem agere.

Quòd ſi minùs ita eſſe repererint, in negligentes vel aliàs culpabiles grauiter animaduertant, & quæ prouiſione digna eſſe cognouerint, diligenter prouidenda curent, ac de ijs Generalem ipſum opportunè admoneant, vt in ſingulis Generalibus Capitulis ſemper de ijs ipſis ſpecialis ratio habeatur.

Ex Valliſolet. 1593.

Fratres infirmi, vt ſtatim cõfiteantur, admonendi.

Ipſos verò fratres ægra valetudine laborantes, quò primùm in infirmitatẽ ceciderint, Superiores Locorum, & ij qui eorum curæ præfecti ſunt, diligenter admoneant, vt ſtatim confiteri velint, & ita ſtudiosè & ſolicitè ſe præparent, ac ſi tunc ex hac vita migraturi eſſent; cùm nihil morte certiùs, nihilq; hora mortis incertiùs eſſe poſſit.

Ex eiſdem.

Infirmis confiteri negligentibus, quid præſtandum.

Quòd ſi quis ita ſuæ ſalutis oblitus fuerit, vt id perniciosè quidem negligat, tunc eo caſu ſalutaris Pij Quinti Summi Pontificis Conſtitutio deſuper cõfecta, exactè quidem, atque omnino inuiolatè ſeruetur.

Ex eiſdem.

Circa prædicta, quæ ab omnibus & ſingulis adhibẽda ſit diligentia.

Quò circa Superiores etiam, & qui curæ præſunt infirmorum, ac alij fratres omnino omnes, omnem curam ac diligentiam adhibeant, vt & pijs cohortationibus, & alijs efficacioribus, atque omnino opportunis remedijs, ad id infirmos ipſos inducant, ac bene diſponere diligenter curent, ne cuiuſquam incuria vel negligentia pereant.

Ex eiſdem.

Quæ ad vſus infirmorum iã deputata ſunt, ea nõ ampliùs à Valetudinarijs auferenda.

Poſtremò illud etiam conſultò decernimus, vt res quaſcunque pro infirmis deputatas, vel ad Valetudinaria ipſa, quauis ratione pertinentes, ab eis auferri, vel ad alios vſus, etiam hoſpitalitatis, vel alia quauis de cauſa applicari ne liceat, ſub pœna priuationis Officij, & Infirmarijs ipſis, &

Guar-

Guardianis etiam, ſi eorum voluntate vel conſenſu contrafieri contigerit.

De Sacra peccatorum Confeſſione.

Regula ca. vij.

SI qui fratrum, inſtigãte Inimico, mortaliter peccauerint; pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad ſolos Miniſtros Prouinciales, teneantur prædicti fratres, ad eos recurrere quàm citiùs poterunt, ſine mora. Ipſi verò Miniſtri, ſi Presbyteri ſunt, cum miſericordia iniungant illis pœnitentiam. Si verò Presbyteri non ſunt, iniungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, ſicut eis ſecũdùm Deum meliùs videbitur expedire. Et cauere debent, ne iraſcantur & conturbentur propter peccatũ alicuius: quia ira & cõturbatio, in ſe & in alijs impediunt charitatẽ.

Soli Prȩlati ꝓprij Sacerdotes in Ordine: & ideo ſoli illi fratrum Cõfeſſiones audire poſſunt, vel qui ab illis examinati fuerint & approbati.

Ex Conc. Later. ſub Innoc. III. ca. 20. Omnis vt. ſex. Et ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. De Ref. Et ex Valiſolet. 1593.

CVM quilibet proprio Sacerdoti confiteri teneatur; proprij autem Sacerdotes in Ordine ſoli ſint Prælati; de quorum numero ẽt Guardiani cenſentur: ea propter ipſi ſoli ſacras fratrum Confeſſiones audire poſſunt, & à peccatis abſoluere. Quamuis ergo Sacerdotes omnes in ſua ordinatione, à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, nulli tamen liceat ſacras fratrum Confeſſiones audire, nec ad ĩd quiſquam idoneus reputetur, niſi aut Gardianus ſit, aut à Generali vel Prouinciali per examen, ſi neceſſarium videbitur eiſdem, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem ac facultatem obtineat: quæ facultas ſemper de ſcripto detur.

Examen eorũ, — *Ex Valiſollet. 1593.*

Examen verò fiat, aut ab ipſis Superioribus vnà cum ali-

quibus idoneis ad id ſpecialiter aſſumptis, aut per Patres in Prouincialibus Capitulis deputatos, vel ab eis deputandos. à quibus faciẽdum, & quando.

Ex Neap.c.xx. Et ex Valliſolet. 1593. In obeundo autem examine eiuſmodi, ſpecialiter interrogentur, prout infrà Ordine notatum eſt, videlicet. Quę ab eis exquirenda.

1 *An trigeſimum ætatis annum, qui admittendus eſt excesſerit?* Quod ſcriptis fide dignis oſtendat: nam ante annum trigeſimum expletum, ad ſacras peccatorum Confeſſiones audiendas quempiam admitti poſſe, Sanctione Apoſtolica prohibetur, ſub pœna priuationis actuum legitimorum, Superioribus quibuſuis licentiam eiuſmodi dantibus, eò ipsò incurrenda. Ex Valliſolet. 1565. Et ex Aquil. 1579.

2 *An bene audiat?* Quod probatis teſtimonijs edocere teneatur.

3 *Quotnam ſint peccatorum genera? Quot ſpecies? Quot differentiæ? Circunſtantiæ quot? Et harum quanã variant peccatorum ſpecies? Quæ non item? Quæ aggrauant? Quæ neceſſariò confitendæ? Quæ verò pro libito?*

4 *Quot cenſurarum item & genera & Species? Et quibus peccatis iure regulariter annexæ? Quibus non? Et à quibus item abſoluendę?*

5 *Quot irregularitatum ſpecies & genera? Et quiſnam in eiſdem diſpenſare valeat?*

6 *Quot & quænam ſint Eccleſiæ præcepta? Quæ opera miſericordiæ? Quæ Regulæ præcepta? Quæ pręcepti vim habentia? Quę Aequipollentia? Qui caſus reſeruati Generali? Qui Prouincialibus Miniſtris?*

7 *An declarationes in Regulam Apoſtolicas & Sanctorum Patrum accuratè legerit? Et quę ſunt de eſſentia Regulę vel aprime nouerit?*

8 *Quid ſit peccatum in communi? Quid originalis culpa? Quid mortale peccatum? Quid veniale? Quęnam eorum cuiuſque diffinitio?*

9 *Qui nam caſus Summo Pontifici, & qui pręterea Epiſcopis iure communi reſeruentur?*

10 *Quoties & quando Confeſſio iteranda ſit?*

Et de cæteris huiuſmodi diligenter examinetur, qui ad ſacras peccatorum Confeſſiones admittendus erit.

Ex Neap.cap. xx. Hæc autem ipſa eadem forma, in examinandis etiam ſæcularium Confeſſarijs omnino ſeruetur. Sæcularium Cõfeſſarij, quõ examinandi.

Omnes

Quib. fratres cõfiteri debeãt: & quando.

Omnes fratres itaque, aut Guardianis ſuis, aut Superioribus Prælatis, vel alteri Ordinis Sacerdoti, vt ſuprà rite approbato, & expreſſo eorum conceſſu delecto, bis, aut ſæpiùs etiam in hebdomada confiteri teneantur. Ex Vallisolet. 1593. Et ex Salmant. cap. vij.

Extra Ordinẽ cõfiteri, fratribus vetitum.

Extra Ordinem verò confiteri, prȩterquàm in neceſſitatis articulo, tumq; de Superioris licentia, Apoſtolicis Conſtitutionibus fratribus expreſsè prohibetur. Ex Salmant. cap. vij.

Iter agentes fratres, cui cõfiteri debeant.

Fratribus autem iter facientibus, hæc eadem regula ſeruanda præſcribitur, videlicet, vt vel Guardianis ipſis confiteantur, vel alteri Sacerdoti Confeſſario, vt ſuprà rite approbato & eorum cõceſſu delecto, niſi generalem habeant à Superioribus Prælatis facultatem. Ex Vallisolet. 1593.

Confeſſiones Iuuenum, ĩ Cȩllis non audiendȩ.

Fratrum prǽterea, & præſertim iuuenum, ſacrȩ peccatorum Confeſſiones in cellis non audiantur, ſub pœna priuationis actiuæ & paſſiuæ vocis, tam confitenti, quàm ipſi Confeſſario, Superiorum arbitrio ſubeunda. Ex Ro. 1575.

In adminiſtrãdo Pȩnitentiæ Sacramẽto, nedum auaritia, ſed & eius ſuſpicio cauenda.

Hæc præterea ſæcularium Confeſſarijs ſpecialiter ſeruanda ſunt, vt in adminiſtrando ſanctæ Pȩnitentiȩ Sacramento, non ſolùm ab auaritia, & turpi lucro, ſed etiam ab omni ſuſpicione, quemadmodum oportet, Confeſſarij appareant, ac re vera ſint alieni. Ex Neap. cap. iiij.

Qui pecuniã receperit Confeſſarius, quo modo puniendus.

Quamobrem ſi quis legitimè indiciatus fuerit, pecunias recipere vel recepiſſe, ad veritatem dicendam diſtrictè arctetur: qui autem conuictus fuerit, ab audiendis Confeſſionibus, ipſo facto ſuſpenſus, ac perpetuò priuatus, pȩnis etiam contra proprietarios conſtitutis omnino ſubiaceat. Ex eiſdem.

Guardiani itẽ pȩna, qui pecunias à Cõfeſſarijs, aut expectet, aut petat.

Guardiani verò, qui fratres Confeſſarios hac turpi ratione tenuerint, vt ab eis eleemoſynas pecuniarias accipiant, aut ab eiſdem petierint, Guardianatus Officio omnino priuentur. Ex eiſdem.

Pecunia à Pȩnitente ſponte oblata, quò mittenda.

Si verò pȩnitentium quiſpiam, pro ſua pietate & deuotione, eleemoſynæ quicquam dare aut offerre voluerit, ad arcam Sacriſtiȩ, auctoritate Apoſtolica conceſſam, aut ad Procuratorem Conuentus Apoſtolicum, Confeſſarius eundem remittat. Ex eiſdem.

Confeſſionalia laminis munienda: & qualibus.

Porrò vt ſuperinde vndequaque opportunè prouisũ ſit, atque proſpectum eſſe videatur, Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, ad omnia & ſingula Confeſſionalia laminas ferreas aut ȩreas, cum foraminibus adeò paruis, vt vox quidem audiri poſſit, aſpectus autem videri, aut pecunia per Ex eiſdem.

nia per eam tranſmitti nequeat, primò quoque tempore opponendas diligenter curent.

Ex eiſdem. Atque in omnibus viſitationibus laminas eiuſmodi, & Confeſſionalia ipſa diligentiùs & accuratiùs inſpiciant. Et ſi quis Cõfeſſarius laminas ipſas fregiſſe, aut ad eas fractas Confeſſiones audiſſe repertus fuerit, ab audiendis Confeſſionibus ipſo facto ſuſpendatur, & grauiùs etiam puniatur, Viſitatoris arbitratu. In viſitationibus, laminę inſpiciēdę: Et qui eas fregerit Cõfeſſarius, vel ijs fractis vſus fuerit, puniēdus.

Ex eiſdem. Prouinciales autē Miniſtri, qui in viſitationibus ipſarum laminarum, & punitione tranſgredientium negligentes, cõniuentesve, fuerint, ſuis Officijs priuentur, pro Superiorum arbitrio. Prouincialiũ negligentia in prędictis, quomodo puniēda.

Ex eiſdem. Vt autem omni pietate & religione, ſicuti decet, Sacramẽtum eiuſmodi ab omnibus & ſingulis adminiſtretur, Prouinciales ipſi diligenter curent, vt Confeſſarij ſacras peccatorum Confeſſiones in cellis non audiant, ſed in Eccleſia, vel alio ſacro ac patenti loco munus huiuſmodi piè obeant ac præſtent. Confeſſiones, in Sacro ac patenti loco audiendæ.

Ex eiſdem. Mulieres verò non niſi ad crates ipſas, laminis ferreis aut æreis, vt ſuprà diligenter ſeptas & munitas audire liceat. Cõtrà qui fecerit, ab audiendis Confeſſionibus ipſo facto ſuſpẽſus ſit, ac prætereà grauiùs puniatur, Superioris arbitratu. Mulierũ Confeſſiones vbi audiendę.

De Caſibus reſeruatis.

Ex Vallisolet. 1593. Et ex Cõc. Trid. ſeſſ. xiiij. cap. vij. Et eadē ſeſſ. Can. xj. CASVVM reſeruatio in Eccleſia Dei antiquiſſima eſt, & ſacrorum Canonum iure, & Sanctionibus Apoſtolicis, ac nouiſſimè ſacri Concilij Tridentini auctoritate etiam probata, & vt ſalutaris quidem, atque ad cõtinendum in officio populum, & retinendam Chriſtianæ vitæ diſciplinam valde opportuna, perpetuo Eccleſiæ vſu recepta. Caſuũ reſeruatio, antiqua valde, & perpetuo vſu in Eccleſia recepta.

Ex eiſdem Et ex Regula. cap. vij. In noſtra Religione autem hoc ipſo nihil antiquius: quãdoquidē ab ineunte Ordine ipſo, caſuũ reſeruatio, ex auctoritate Regulæ ipſius expreſſa probatur: nam proptereà cauetur expreſsè. *Si qui fratrum, inſtigante Inimico, mortaliter peccauerint; pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, ut recurratur ad ſolos Miniſtros &c.* Antiqua item in Ordine, & Regulę ipſius auctoritate firmata.

Ex Vallisolet. 1593. Et ex Sal Cùm itaque caſuum reſeruatio pœna ſit delinquentium, ſacri Concilij Tridentini auctoritatem ſecuti, & ſacris canoni- A reſeruatis abſoluere, ſine

Superioris licẽtia, cuilibet vetitum. canonibus, ac regularibus ſacrorum Patrum Inſtitutis inhærentes, piè decernimus & ſancimus, vt in illis caſibus, quos pro Dei gloria, proq; animarũ ſalute, ac faciliori & ſanctiori regimine, aut ijs ipſis Conſtitutionib. reſeruatos eſſe, aut Superiorũ arbitrio, vel aliàs ad Cõſtitutionis Apoſtolicę pręſcriptũ, reſeruari cõtigerit, nemo temere manum mittat, aut quemquã illis ipſis criminum vinculis irretitum abſoluere præſumat, ſub Excommunicationis pęna, ipſo facto incurrenda; niſi à Generali vel Prouinciali Pręlato, neceſſariam abſoluendi facultatem habeat. mant.ca.vij. Et ex Pariſienſib. 1579.

A reſeruatis abſoluentes indebitè, quomodo puniendi: Aſſerẽtesq; quoslibet Sacerdotes ab eis abſoluere poſſe; aut Superiores nõ poſſe caſus reſeruare, cenſuris ligare, et excommunicare. Et ſi quis in hoc vitioſus fuerit, & legitimè de eo conſtiterit; carceri etiam mancipetur, Superioris ipſius arbitratu. Quibus pœnis etiam ſubiaceat, qui temere affirmauerit, quòd quilibet Sacerdos, ab illis peccatis, ſuper quibus commiſſam facultatem non habet, abſoluere poſſit: & item qui Superiores poſſe ſibi caſus reſeruare, aut ſubditos cenſuris Eccleſiaſticis ligare, & excommunicare negauerit. Et qui hęc affirmare, aut dogmatizare temere auſerit, pręter ſupradictas pœnas, etiam tanquàm errans, ſubuerſor, & errórum ſeminator, ab audiendis Confeſſionibus perpetuò ſuſpenſus, grauiſſimè puniatur, Superiorum arbitratu. Ex Salmant. cap. vij. Et ex Valliſol. 1593.

In vnoquoq; Conuentu deputãdus aliqs, q à reſeruatis occultis abſoluere poſſit. Et vt opportuniùs animarum ſaluti conſultum ſit, Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, vnum ſaltem vel alterum probatum Confeſſarium in vno quoque Conuentu deputent, cui à prędictis caſibus in foro conſcientię abſoluendi facultatem concedant, dummodo occulta ſint. Ex Pariſien. 1579.

Pro notorijs, ad Superiores recurrendum. Si verò notoria fuerint, rei criminum ad ipſos Prouinciales Miniſtros, aut eorum Commiſſarios recurrere teneãtur quamcitiùs poterunt ſine mora. Ex Salmant. cap. vij.

A reſeruatis abſoluẽtes, quales ſe præbere debeant. Miniſtri verò, aut eorum Commiſſarij diligenter attendant, quòd miſericordię oleum infundentes, etiam iuſtitię vinum infundere non pręrermittant; vt ſcilicet de pęnitentia debita, pęnitẽtibus nõ modicam gratiam facientes, quempiam non abſoluant, niſi antea ſatisfecerit, ſi cuipiã in pſona, fama, vel aliàs quoquo modo nocuiſſe cognouerint. Ex eiſdem.

Abſolutio ſecreti fori, iudicialis correctionẽ nõ impedit. Talis autem abſolutio, in foro quidem obtenta ſecreto, correctionem iudicialis fori, ſi crimen legitimè probatum fuerit, impedire non debet. Ex eiſdem.

Conceſſio abſoluẽdi à reſer- Cõmiſſa verò facultas à prędictis caſibus abſoluendi, tãdiù duret, quoad reuocata fuerit, aut per eum qui eã conceſſerat, Ex Valliſolet. 1593. Et ex Salmant, cap. vij.

ceſſerat, aut per Succeſſorem, ſi concedentem mori, aut ſuſpendi, vel decedere contigerit. uatis, quandiu duret.

Ex Valliſolet. 1593. Porrò qui poteſtaté huiuſmodi, in ſaluté animarũ, in ędificationem Corporis Chriſti ſibi datam acceperit, illum admonemus, vt ne ea perperam ac perniciosè, ſed rite, rectè, atque omnino ſalutariter vtatur. Quomodo facultate abſolué di à reſeruatis, vtendum.

Ex eiſdem. Bullã Sanctiſs. Romani Pontificis, quę in ſingulos annos, in die Cęnę Domini legitur, & quam nuper Sanctiſſimus D. N. Clemens Papa de caſibus reſeruatis edidit Conſtitutioné, ſacrorum Canonũ item, & caſuũ reſeruatorum Tabellas, ad manus ſemper habeat, ab eorũq; præſcripta ratione, nullatenus diſcedat: ſed omnia & ſingula, quæ ſeruanda viderit, diligéter & accuratè, atque omnino inuiolatè ſeruet. Quæ à Pœnitentiario habẽda: & quæ agẽda, cùm abſolutionis beneficium impendere poteſt:

Ex eiſdem. Vbi abſoluendi facultatem ſibimet interdictam agnouerit, tunc pœnitentes ſtudiosè cohortetur, ac omni ratione efficaciter inducat, vt ad eum feſtinè accedant, qui neceſſariam abſoluendi facultatem habeat. Quãdo abſoluere nequit, qd ſibi cum Pœnitente agẽdum.

Ex eiſdem. Quos verò abſoluendos iudicauerit, hos omni Chriſtianæ pietatis ſtudio ad reſipiſcétiam inducat, ab iniquitate reuocet, à vitijs coerceat, ad virtutes ſuauiter hortetur & incendat, potiſſimùm verò opportunè inſtet & vrgeat, vt exactè ac diligenter ſeruent, quæ chriſtianè ac religiosè profitentur: ſic denique omnium ſaluti ſtudiosè conſulat, vt hoc Apoſtolicæ ſeruitutis miniſterium omnibus fructuoſum ſit. In abſoluẽdo Pęnitente, quo modo eum moneredebeat.

Ex eiſdem. Caueatq; poſtremò, ne dum aliorum ſaluti diligenter intentus ſtudet, ſibi damnationem acquirat, ac dum alijs opem impendere velit, ſibi exitium paret. Quę denique Pœnitentiario cauenda.

Ex eiſdem. Et ex Pariſienſib. 1579. Et vt nullus ignorantiæ locus ſit, aut eſſe poſſit, Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, caſuum huiuſmodi Tabellam, primo quoque tempore conficiendam diligenter curent. Tabella caſuũ reſeruatorum, conficienda:

Ex Valliſolet. 1593. Quod vt faciliùs ab eis præſtari poſſit, quos vel antiquis & probatis Ordinis Conſtitutionibus reſeruatos nouimus, vel ijs ipſis reſeruari oppoꝛtunum cenſuimus & voluimus, hic infrà ordine deſcriptos, ponendos eſſe operæpretium duximus & decreuimus. Qualis eſſe debeat:

Tabella caſuum reſeruatorum, qui Generali, aut Prouincialibus Miniſtris, ex generalibus Ordinis Conſtitutionibus reſeruantur.

Tabellæ ipſius exemplum.

1 *Nomen Dei, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deiparęq; Virginis Marię blasſemantes.* Ex Valliſolet. 1593. Et ex Salmant. cap. vij. & x. Et ex alijs pluribus Generalibus Conſtitutionibus.
2 *Rebus ſacris abutentes.*
3 *Quicquam in Religionis detrimentum, extra Religionem patefacientes.*
4 *Diſcordias Patrum, vel depoſitiones Prælatorum manifeſtantes.*
5 *Calumniam in iudicio cuiquam imponentes, vel ad id faciendum inducentes.*
6 *Falsò ac ſcienter quempiam accuſantes, accuſantemve reuelantes.*
7 *Falſum teſtimonium deponentes, vel deponendum procurantes, aut quempiam quomodolibet infamantes.*
8 *Iurati veritatem negantes, falſumve affirmantes.*
9 *Ter debitè moniti, obedire renuentes.*
10 *Conſumatum carnis peccatum quodcunque admittentes.*
11 *Denarios contra præſcriptum accipientes, tenentes, aſſeruantesve.*
12 *Rei ſacræ, vel notabilis furtum perpetrantes.*
13 *Religionis bona extra Religionem dono dantes.*
14 *Fratribus, ſæcularibusve vendentes, aut quouis modo alienantes.*
15 *Generalis vel Prouincialis, aut eorum Secretarij literas, tum miſſas, tum accipiendas impedientes, frangentes, falſificantes, vel quomodolibet intercipientes.*
16 *Sigillum Ordinis, uel cuiuſuis alterius Prælati, aut perſonæ notabilis falſificantes.*
17 *Libellum famoſum facientes, fieri procurantes, inducentes, conſulentes, proijcientes, publicantesve.*
18 *Grauiter quempiam percutientes, aut contra Prælatos machinantes.*
19 *Carnes, cùm uel Eccleſiæ præſcripto præcepto, uel Regula vetitum fuerit comedentes, niſi ſcripta Superioris facultate, propter neceſſitatem antea impetrata.*

Caſus

Ex Valliſolet. 1593. Caſus verò, quos Sanctiſs. D. N. Conſtitutione lata, Regularibus præſcripſit, Superiores Locorum, Confeſſarij item, ac Prouinciales quoque non ignorent, ſed Tabella certa notatos, aut etiam Conſtitutionem ipſam omnino habeant: & quæ in ea notantur, diligenter & accuratè ſeruent, atque ad eius præſcriptam rationem ſe conforment. Caſus etiam à S D. N Clem. VIII. Regularibus præſcripti, habendi à Confeſſarijs, & ſeruandi.

Ex eiſdem. A ſupradictis caſibus reſeruatis abſoluendi facultas ſemper de ſcripto detur, & vt vna eademq; ſit facultatis formula, infraſcripta ſeruetur. Facultas abſoluendi à reſeruatis, quomodo danda: Et quæ illius forma.

Dilecto nobis in Chriſto N. N. à ſupradictis caſibus, & cenſuris abſoluendi facultas, in foro conſcientiæ tãtùm, conceditur. Præſentibus ad annum, Aut *ad beneplacitum*, prout opportunius videbitur, *tantummodo valituris. In quorum &c.*

Ex Salmant. cap. vij. Quamuis autem à prędictis caſibus & cenſuris, abſolutio in foro quidem obtenta ſecretò, iudicialis fori correctionẽ, ſi crimen legitimè probatum fuerit, impedire nõ debeat, neque poſſit, vt ſuprà etiam cautũ eſt: veruntamen ſi frater pęnitens, ad cor reuerſus, & ad Deum conuerſus, faciẽ Prędati antequàm delatus ſit, aut de crimine accuſatus, coram teſtibus in confeſſione pręuenerit; concedimus & indulgemus, vt Prouinciales de plenitudine poteſtatis & gratiæ, à pęnis debitis, de dictorũ teſtium conſilio, fratrẽ pęnitẽtem, quoad forũ extrinſecum quietare valeant, alia quacunque minùs confuſibili eidem impoſita pęnitentia ſalutari. Præuentio Iudici facta, quid operetur I reo.

Ex eiſdem. Id autem de primo recurſu intelligi debere volumus & decernimus; ac ſemper cum proteſtatione, quòd ſi in eadẽ crimina, de quibus fuerit quietatus, iterum relapſus fuerit; ad ſtatum priſtinum reducetur, ſi de lapſu eiuſmodi ſufficiens probatio habeatur. Quãdo ſuffragetur præuentio: Et quomodo admittẽda.

De abſolutione in genere.

Ex Mari magno. Et ex Cõp. Priuileg. tit. Ab ſolutio quoad fratres, §. vij. Et deinceps. CLEMENS *Papa Quartus &c. Generalis, & ſinguli Prouinciales Miniſtri, & eorum Vicarij, ac etiã Cuſtodes, in Prouincijs & Cuſtodijs ſibi commiſſis, fratribus conſtitutis ibidem, necnon & fratribus alijs eiuſdem Ordinis, interdũ ad eos declinantibus vndecunque, abſolutione & diſpenſatione indigentibus, ſiue priuſquàm intrauerint Ordinem, ſiue poſt in caſibus exceſſerint, pro quibus Excommunicationis, Suſpenſionis, vel Interdicti incurrerint ſententias, iure vel ab homine generaliter* Apoſtolica facultas, Superiorib. Ordinis cõceſſa ſuper abſolutione & diſpẽſatione fratrũ ab Excõicatione, ſuſpẽſione, interdicto, irregularitate &c.

I *promul-*

promulgatas, & huiuſmodi ſententijs innodati, aut in locis Interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſitis diuina officia celebrantes, vel ſacros Ordines ſic ligati ſuſcipientes, notam irregularitatis incurrerint, abſolutionis & diſpenſationis beneficium valeant impartiri; niſi adeo graues & enormes exceſſus fuerint, quòd ſint ad eandem Sedem Apoſtolicam meritò deſtinandi.

Eadem facultate, paſſiuè etiã vti poſſunt Superiores.

Fratres etiam, quos pro tempore vos Generalis & Prouinciales Miniſtri, necnon & uices ueſtras gerentes, ac etiam vos Cuſtodes, in proprios Confeſſores habueritis, abſolutionis & diſpenſationis beneficium uobis, cùm oportuerit, ualeant impartiri, iuxta formam conceſſionis ſuper abſolutione & diſpenſatione fratrum eiuſdem Ordinis veſtri ſuperiùs facta. Ex eiſdem.

Inhibitio, ne quis fratrũ extra Ordinẽ confiteri poſſit.

Inſuper inhibemus uniuerſis fratribus ueſtri Ordinis, ne aliquis eorum, niſi in neceſſitatis articulo, alijs quàm Prælatis ſuis peccata ſua confiteri præſumant, uel alijs Sacerdotibus eiuſdem Ordinis, ſecundùm Regulam, & eiuſdem Ordinis Inſtituta regularia. Ex eiſdem.

Conceſſionis & inhibitionis prædictæ, plures cõfirmationes cũ declaratione caſuum, ꝑpter quos ad Sedẽ Apoſtolicãq; mittẽdus.

Similis conceſſio & prohibitio facta eſt & confirmata per nonnullos alios Romanos Pontifices, & præſertim Sixtum Quartum, & Iulium Secundum, cũ declaratione quoad caſus & exceſſus, propter quos ad Sedem Apoſtolicam meritò deſtinandũ eſſet; ſcilicet ad eam dũtaxat eſſe meritò deſtinandos, hæreticos relapſos, ſciſmaticos, & qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad partes infideliũ prohibita detuliſſent, bigamos, & qui homicidiũ volũtariũ ꝑpetraſsẽt. Ex eiſdem.

Quid agendũ in caſibus, Sedi Apoſtolicę, poſt dictas cõceſſiones reſeruatis.

Nunc autem etiam deſtinandi ſunt, ſi qui fortè in eos caſus inciderint, quos Summi Pontifices ſanctæ Sedi Apoſtolicæ poſtea reſeruarunt. Ex Vallisolet. 1593.

De abſolutione ab Excommunicatione, quæ propter iniectionem manuum violentam incurritur.

Ab Excõicatione propter iniectionẽ manuũ violẽtam, quis abſoluere poſſit.

AB Excõmunicatione, quæ propter iniectionẽ manuũ violentã incurritur, poſſit Cuſtos vel Guardianus abſoluere, ſi Miniſtri aut Cuſtodis præſentia infra triduum haberi nõ poſſit; aut Vicarius Guardiani, ſi pręſentia Cuſtodis aut Guardiani, infra diẽ naturalẽ minimè poſſit haberi. Hoc Ex Salmantica. vij. Et ex Vltramont. c. vj.

Hoc tamen de iniectione atroci, vel ſubditi in Prælatum nunquam intelligendum eſſe decernimus.

De correctione fratrum, ac pœnis eiſdem peccantibus imponendis.

Ex Valliſolet. 1593.

Quæ inſtitutioni ac regimini optimę Reipublicæ neceſſaria, ea duodecim Regulæ capitibus cõpręhenſa.

QVALCVNQVE ad Rempublicã bene inſtituendam, rectè regendam, ac perpetuò conſeruandam neceſſaria eſſe videntur, prudentiſſimus ac magnus magnę huius Franciſcanæ Religionis Inſtitutor & Rector, præuijs orationum ſtudijs, diuinitus quid faceret inſtructus, duodecim Regulæ ſuæ capitibus, admirabili compendio atque elegantia complexus eſt.

Ex eiſdem.

De pręmio & pęna ĩ vj. & vij. Reg. ca. agitur:

Quia verò in Officio & diſciplina homines & præmio, & pęna potiſſimùm contineri ſolent, propterea de ijs ipſis præcipuè duobus capitibus ſpecialiter diſſeruit.

Ex eiſdem.

Et iure quidẽ de pręmio in vj. de pęna verò in vij.

Cùm autem Superiori capite de priori, hoc eſt de præmio accuratè quidem egerit, hìc conſequenter de altero diſſerit. Nec verò incongruè de pręmio primùm, ac deinde de pœna egit, cùm ſecundùm naturam ac rationem præmio magis quàm pœna dirigãtur homines. Neque myſterio vacat, quòd ſexto loco de præmio, ſeptimo verò de pęna egerit. Dicit ergo, *Si qui fratrum, inſtigante Inimico, mortaliter peccauerint &c.*

Ex eiſdem.

Pęnæ omnes à Generalibus Conſtitutionibus pſcriptæ, hìc enumeratę.

Super quo pęnas antiquis Ordinis Conſtitutionibus, ſingulis defectuum, delictorum, & exceſſuum generibus iam pręſcriptas innouantes, hìc Ordine ponendas decreuimus.

De pœna priuationis actiuæ & paſſiuæ vocis.

Ex Valliſolet. 1593.

Actiuę & paſſiuæ vocis priuatio, quid priuato adimat:

PRIVATIO iuris ſuffragiorum, ſiue actiuæ & paſſiuę vocis, eſt inhabilitatio, qua quis inhabilitatur ad ferenda & cõſequenda ſuffragia; ita quòd vocem ſiue votum non habet in quacunque electione, neque poteſt eligi ad quodcunque Officium in Religione obtinendum.

Ex eiſdem.

Quid item ei relinquat.

Poteſt tamen ſic priuatus, ad ſacros Ordines promoueri, & ſi iam promotus eſt, ſacras functiones exercere. Poteſt præterea exercere Officium prædicationis, lectionis, & confeſſionis, ac item in receptione Nouitiorum ad profeſſio-

nem ſuffragia ferre; nec non Monialium Confeſſarius, & Nouitiorum Magiſter eſſe.

De pœna priuationis actuum legitimorum.

Actuum legitimorum priuatio, quid ſit.

PRIVATIO actuum legitimorum eſt inhabilitatio ad omnia Ordinis Officia, quæ cum dignitate & ſuperioritate coniuncta ſunt, veluti Miniſteriatus, Diffinitoriatus, Guardianatus, Diſcretatusq;. Ex Valliſolet. 1593.

Taliter priuato, quæ liceat, & quę non.

Poteſt tamen ſic priuatus habere votum actiuum in electione Diſcreti, ad Prouinciale Capitulum mittendi, ſacras Ordinũ functiones exercere, & ad ſacros Ordines promoueri. Poteſt quoque Prædicationis & Lectionis Officia exercere, ſed non Confeſſionis, ſaltẽ ſæculariũ: quare poterit Monialium Cõfeſſarius inſtitui, & Nouitiorum Magiſter eſſe, ac pro eis ad profeſſionem admittendis ſuffragia ferre. Ex eiſdem. Et ex Salmaut. cap. vij.

De pœna priuationis Officiorum Ordinis.

Officiorũ Ordinis priuatio, quid ſit.

OFFICIORVM Ordinis priuatio eſt inhabilitatio, non ſolùm ad omnia prædicta, ſed etiam ad Confeſſionis, Prędicationis, Lectionis, Paternitatis, & Viſitationis munera obeunda. Ex Salmant. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

Quæ permittat item.

Poterit tamen ſacros Ordines recipere, ac ſacras eorum functiones exercere qui ſic priuatus fuerit. Ex eiſdem.

De pœna proprietariorum.

Proprietarij pœna, quid ſit.

PROPRIETARIORVM pœna eſt carceratio, & actuũ legitimorum priuatio, nec non Eccleſiaſticæ ſepulturę, ſi (quod abſit) ab hac luce proprietarius quis migrauerit. Ex Salmant. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

De pœna carceris.

Quid ſit pęna carceris: Et quę illã conſequantur.

CARCERIS pęna eſt reclusio alicuius in aliquo obſcrato loco, ſine caputio & chorda, Generalis ſiue Prouĩcialis auctoritate facta. Et cõſequẽter eſt actuũ legitimorũ priuatio. Ex Salmant. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

priuatio. Nam ex quo quis eſt carceri mancipatus, eò ipsò intelligitur actibus legitimis priuatus. Vnde quamuis liberetur à carcere, non intelligitur tamen ad actus prædictos reſtitutus.

Ex eiſdem. Suſpenſi autem ſiue priuati nullo modo releuari poſſint, preterquàm in Prouinciali Capitulo, aut Generalis auctoritate. — Suſpēſi & priuati, quomodo releuandi.

Ex Salmant. cap.vij. Nullus tamen carceribus mancipetur, niſi pro manifeſto & enormi delicto vel exceſſu. Et qui aliter quempiam incarcerauerit, omnibus actibus legitimis priuatus ſit — Pro quali delicto, carcerari quis poſſit.

Ex eiſdem. Enorme autem delictum dicimus, vel ratione generis peccati, vt eſt inobedientia contumax, lapſus carnis, perfidia hæreſis, & ſimilia; vel ratione circunſtantiæ, vt eſt frequens iteratio furti, etiam rei non notabilis: & de alijs caſibus reſeruatis idem iudicium habeatur. — Delictū enorme, quodnam ſit.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593. Quare vt atrocia & grauia crimina & delicta, grauiter & pro eorum qualitate puniri poſſint, in omnibus Prouincijs, & Locis ſaltem principalioribus, carceres habeantur omnino fortes, humani tamen & lucidi, vt carcerati diuinum officium perſoluere poſſint, ac pijs lectionibus, pro eorum ſpirituali conſolatione vacare. — Carceres plures, in omnib. Prouincijs habendi: Et quibus in Locis: Et quales.

Ex eiſdem. Illis preterea Cōfeſſionis Sacramentū petentibus, cōcedatur quoties ab eis fuerit poſtulatum, niſi rationabili de cauſa, Prouinciali, aut Locali etiā Superiori aliter viſum fuerit. — Confeſſio, qūo carceratis concedenda.

Ex Salmant. cap.vij. Qui verò carceribus perpetuò mancipati ſunt, ijs barba & capite religioſo more antea tunſis, ſacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ſacro die Reſurrectionis Domini tantummodò, aut in Infirmaria, aut altero ſecreto & decenti loco adminiſtretur. — Eis, qui perpetuis carceribus mācipati ſunt, qūo Euchariſtia miniſtranda.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593. Si quis verò quempiam è carceribus liberauerit, vel conſentiens fuerit, vel vt effugiat conſilium vel auxilium dederit, & incarceratus aufugerit; liberans, conſentiens, aut fauorem, conſilium, vel auxilium dans, & Cuſtos etiam incarcerato aſſignatus, ſi de eorum malitia vel dolo legitimè conſtiterit, carceribus mancipentur, Prouincialis arbitratu. — Qui fugæ carcerati reus quo quo pacto fuerit, carcere puniendus:

Ex Valliſolet. 1593. Quòd ſi Guardianus etiam de ijs aut dolo, aut negligentia legitimè ſuſpectus, vel notatus fuerit; eò ipsò Guardianatus Officio priuatus ſit, vel grauiùs etiam puniatur Superiorum arbitrio, pro qualitate delicti. — Guardianus ipſe, ſi in eo deliquerit, quomodo corrigendus.

Superiores Locales, quo casu aliquem sub cuſtodia detinere poſſint: Et quo modo:

Quòd ſi quis tale delictum admiſerit, propter quod pœnam carceris mereatur, declaramus & decernimus, per Locorum Superiores, de conſilio Diſcretorũ, poſſe tuto loco, ne effugiat, ſub cuſtodia detineri, donec per Prouincialem, quid ſuper agendum ſit, determinatum fuerit. Ex Salmant. cap. vij.

Quibus item in delictis:

Hoc tamen intelligimus, vbi exceſſus vel delictum ſit rei euidentia manifeſtum. Ex eiſdem.

Quos pariter fratres.

Quo caſu eos etiam comprehendi volumus & decernimus, qui alterius familię vel Prouincię fuerint. Ex eiſdem. Et ex Vall. 1593.

Carceratis, ſemel ſaltẽ ſingula hebdomada, diſciplina publicè agẽnda, & ieiunandũ pane & aqua.

Volumus pręterea ac pariter decernimus, vt carcerati ſemel ſaltem ſingula hebdomada, ſexta feria nimirum, coram fratribus capitulariter congregatis, ſine caputio, flagella, diſciplinæ nomine, ſibi adhibeant, ac pſalmum, *Miſerere mei Deus &c.* intelligibili voce recitent, & pane ac aqua humi genuflexi ieiunent. Ex Salmant. cap. vij.

Semper etiã ſine caputio & chorda eſſe debent.

Quo tempore pręterea in carceribus fuerint, ſine caputio & chorda ſemper maneant; non ſic autem in domo diſciplinę, arctationis cauſa detenti. Ex eiſdem.

De Tortura, ſiue arctatione.

De tortura incidenter hìc agitur.

QVIA in carceribus detentos, aliquando etiam torqueri, ſiue arctari contingit, ideo de tortura & arctatione hìc aliqua ſtatuenda ſunt. Ex Valliſolet. 1593.

Pro quibus delictis tortura infligenda ſit: Et quomodo.

Tortura igitur nõ pro quibuſcũque, ſed dũtaxat pro atrocibus, vel grauioribus delictis infligenda eſt. Verùm cùm non ſatis conſtet, quonam pacto vel modo torquendi ſint fratres, decernimus, quòd ſi crimen ſit nefandum, ignis pęna torqueantur rei: de reliquis verò criminibus ſuſpecti, nudi, & manibus ligati, per tria interualla flagellis, Superiorum arbitrio, dirè torqueantur, ac pane & aqua macerentur. Quòd ſi crimen atrox fuerit, Iudex ad quem cognitio cauſæ quouis iure pertinet, aliud Torturæ genus, arbitrio ſuo, iuxta qualitatem delicti excogitare poſſit. Ex eiſdem.

Arctationis forma.

Declaramus autem, quòd quando in Statutis de arctatione alicuius mentio fit, arctatio eiuſmodi ſic intelligatur, niſi aliter explicetur; quòd ſingula hebdomada tribus diebus Ex Salmãt. capit. vij.

bus

bus diſciplinetur, cum pſalmo, *Miſerere mei Deus &c.* ſemel recitato, ac pane & aqua tantummodo reficiatur.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Eius tempus.

Tempus autem arctationis eiuſmodi, Superiorũ ad quos pertinet arbitrio, de Patrum conſilio taxetur: ſic tamen, vt ipſi arctando nullatenùs reueletur. Sed de ijs latiùs in eo, quem conficiendũ decreuimus, Practicę criminalis libello.

De pœna contra caſtitatis tranſgreſſores.

Ex Salmant. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

Violatæ caſtitatis pęna multiplex, pro varietate delicti.

POENA contra tránſgreſſores caſtitatis prę́ſcripta, multiplex & varia eſt, pro ipſius varietate delicti. Nam ſi quis notatus fuerit, ac legitimè conuictus, domos ſuſpectas ingreſſum fuiſſe; ab eo Loco amouendus eſt omnino, ac prǽterea grauiter arctandus. Et ſi confeſſus fuerit, in fornicationis, vel grauioris ſpeciei culpa incidiſſe, vel de eo legitimè conuictus extiterit; pro prima vice ſemeſtri carceri mancipetur, & omnium ſuffragiorum iure triennio careat. Et ſi in illud idem ſecundò inciderit; per annum in carceribus detrudatur, & omnibus Ordinis Officijs decennio priuetur. Quòd ſi tertiò illud ipſum admiſerit; ad omnia Ordinis Officia perpetuò inhabilis exiſtat, & longiori tempore carceribus mancipetur, vel etiam ad triremes mittatur, Superiorum arbitratu, pro qualitate delicti, vel ſcandali ratione.

Ex Valliſolet. 1593.

Sacrilegiũ committẽs, quo puniẽdus.

Porrò ſi quis (quod abſit) ſacrilegium admiſerit; is ad triremes omnino condemnetur, aut perpetuo carceri mancipetur, Superiorum arbitratu.

Ex Salmant. ca. vij. Et ex Vltramont. c. vj. Et ex Valliſolet. 1593.

De innominabili conuicto, quod pœnę genus prę́ſcriptũ.

Si quis autem (quod Deus auertat) de innominabili crimine, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, notatus fuerit, ac legitimè conuictus; nudus omnino cum ſolis femoralibus, coram fratribus capitulariter congregatis, manibus ligatis, grauiter flagelletur, ac pſalmum, *Miſerere mei Deus &c.* recitet, ac leuiuſculis flammis igneis hinc inde circumpoſitis, quodammodo comburatur, & ad perpetuos carceres irreuocabiliter damnetur, vbi pane & aqua tribus ſaltem in hebdomada diebus ieiunet, & vitam ſuam in dolore, & amaritudine animæ defleat.

Ex eiſdem.

Quo caſu pę-

Eum tamen Generalis Miniſter, poſt aliquot annos, à pręfatis

nam eiuſmodi relaxare poterit Generalis: Et qua lege.

fatis carceribus liberare poterit, ſi tanta in eo viderit contritionis indicia, vt illum venia & miſericordia eiuſmodi non indignum exiſtimet. Qui tamen omni ſuffragiorum iure perpetuò careat, & ad omnia Religionis Officia inhabilis exiſtat. Si verò iterum de eodem vitio nefando notatus, ac legitimè conuictus fuerit, ad triremes perpetuò damnatus omnino mittatur.

De pœna, contra inobedientes & Contumaces ſtatuta.

Contumacis inobedientiæ, pœna quæ: Et qs pro contumaci habendus.

POENA contra inobedientes ſtatuta, eſt carceratio, & conſequenter actuum legitimorum priuatio, ſi inobediens debitè monitus, in contumacia perſeuerat. Dicitur autem contumax, quando trina monitione, eodem die, congruis interuallis præmiſſa, per diem naturalem inobediens exiſtit, vel quando ita pertinaciter recuſauerit, vt de Diſcretorum conſilio, carceribus mancipari debere videatur.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Salmant. cap. viij.

De pœna talionis.

Falſi teſtes, ac cuſatores in probatione deficientes, abſolutum, aliàs vel punitum accuſantes, pœna talionis puniendi.

POENA talionis puniri debent, qui falſum teſtantur, & item accuſatores, qui crimen obiectum, legitimè ac ſufficienter non probauerint, qua puniri debuiſſent accuſati, ſi crimen contra eos obiectum, legitimè probatum fuiſſet. Quà pœna etiam puniantur qui ſcienter de crimine aliàs ſufficienter punito, quempiam accuſauerint; ac item qui ex malitia de illis exceſſibus accuſauerint, à quibus aliàs accuſatus, iudicialiter ac rite fuit abſolutus.

Ex Salmant. cap. x. Et ex Vltramont. ca. vj. Et ex Valliſolet. 1593.

Apoſtolica Sancti Damaſi Cōſtitutio, de pœna talionis, exactiùs in poſterùm, quàm antehàc ſeruāda.

Et quia hæc Apoſtolica Sancti Damaſi Papæ Conſtitutio, ad præcludendam calumnijs & impoſturis, ac indebitis vexationibus viam, & ad calumniatores & impoſtores iuſtè compeſcendos, valde opportuna quidem ac ſalutaris eſt; idcirco vt ab omnibus Ordinis Superioribus & Prælatis exactiùs quàm antea ſeruetur, magnopere quidem cupimus, atque adeò mandamus, ſub graui ſuſpenſionis pœna, vel

Ex Valliſolet. 1593.

vel priuationis etiam, contrafacientibus aut negligentibus ſubeunda.

De apoſtaſiæ pœna.

Ex Vallisolet. 1593.

APOSTASIAE pœna eſt Excommunicatio, carceratio, & iuris ſuffragiorum priuatio, prout ſuprà ſecundo capite latiùs continetur. Vbi etiam fuſiùs tractatur, quibuſnam de cauſis incurratur, & quot item eius ſpecies ſint, & quibus pœnis arcenda.

Quę Apoſtaſię pœna.

De Excommunicationis pœna.

Ex Cap. Sicut tuis &c. De Simon. Et Cap. Cùm Eccleſijs &c De maior. & obed. Et Capit. Cùm ab Eccleſiarum. De off. iud. ord. Et ex Vltramont. ca. vj. Et ex Salmant. c. vij. Et ex Vall. 1593.

EXCOMMVNICATIONIS pœna eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua quis legitima Superioris auctoritate, fidelium communione, & Sacramentorum participatione priuatur. Et cùm omnes Religionis noſtræ Superiores ſint verè Prælati, videlicet Miniſter & Commiſſarius Generalis, Prouinciales Miniſtri, & qui ab ijs deliguntur Cuſtodes, & Guardiani; propterea declaramus omnes ſupradictos, iuxta iuris communis diſpoſitionem, ſententiam Excõmunicationis in ſibi ſubditos fulminare poſſe, & oppoſitum aſſerentes, vt errantes & perturbatores grauiter puniantur, Superiorum arbitratu.

Excommunicatio qd. Qui Prælati in Ordine. Eos excõmunicare poſſe. Contrarium aſſerentes, puniendi.

Ex Salmant. c. 8. Et ex Cõc. Trid. ſeſſ. xxv. c. iij. De Refor.

Decernimus tamen iuxta ſacri Concilij Tridentini Decretum, vt non inferatur Excommunicatio temere, aut leuibus ex cauſis, ſed ſobriè, & magna circunſpectione.

Excõicatio qbus de cauſis ferenda.

Ex Cõc. Trid. ſeſſ. Et capitu. vt ſuprà. Et ex Valliſol. 1593.

Veruntamen cùm ex eiuſdem Concilij prę ſcripto conſtet, Excommunicationes ad finem reuelationis, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus latas, à ſolis Epiſcopis fulminari debere, præcipimus & decernimus, Generales & Prouinciales tantummodò, vt qui iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent, ſupradictis caſibus Excommunicare poſſe.

Quę excõicationes à ſolis Generalibus & Prouincialibus fulminandę.

Ex Valliſolet. 1593.

Nulli tamen fratrum liceat Excommunicationem ab inferioribus Pręlatis latam contemnere, aut non formidare, ſub prætextu, quòd prę ſenti Conſtitutione contenta, obſeruata non ſint: cùm ad Prelatos, & non ad ſubditos hęc cognitio pertineat.

Excommunicatio ab inferioribus Pręlatis lata, haud contemnenda.

De pę-

De pœnis, quibus Prælati, & Patres qualificati afficiendi ſunt.

Guardiani quomodo priuandi:

PROVINCIALES Guardianum deponere, aut Officio priuare non poſſint, ſine conſenſu Diffinitorij, niſi caſu, quo per Statuta Generalia aut Officio, aut actibus legitimis priuari deberet. — Ex Salmāt. c. viij. Et ex Vltramont. cap. v. Et ex Valliſ. 1593.

Quomodo itē ſuſpendendi.

Prouincialis tamē ex cauſa legitima poterit Guardianum Officio ſuſpendere, donec & quouſque, Patribus conſultis, diffiniri poſſit prout iuſtitia ſuaſerit. — Ex eiſdem.

In priuatione generaliter Prouincialium aut Guardianorum, quæ ſeruanda:

Et generaliter vbi de priuatione Officiorum agitur, Prouincialibus aut Guardianis, Superiorum arbitratu ſubeunda, quò rectiùs & conſultiùs iuſtitia vnicuique adminiſtretur, & nemini grauamen inferatur, aut inferri poſſit, maturè decernimus, vt nullus prædictorum Officio priuetur, aut priuari poſſit, niſi communi maioris partis Diffinitorij conſilio & conſenſu. — Ex eiſdem.

Quæ item in qualibet punitione, aut Patrum Ordinis aut Miniſtrorum, aut eorū qui Miniſteriatus priuilegio gaudent.

Quòd etiam ſeruetur de Patribus Ordinis, aut qui aliàs Miniſteriatus Officio functi ſunt, vel muneris eiuſdem priuilegio gaudent; ita vt neque Prouincialis Miniſter, neque Commiſſarius Viſitator poſſit aliquem prædictorum Officio priuare, aut aliquām notabilem punitionem vel confuſionem eorum cuiquam inferre, niſi de conſilio & conſenſu Patrum Prouinciæ, vel maioris partis eorū, aut Prouincialis Capituli, vt aliàs prudenter quidem cautum eſt. — Ex eiſdem. Et ex Neap. capit. xxxxiiij.

De pœnis contra Infamatores, & falſos teſtes præſcriptis.

Calumniātes, infamātes, falſi teſtes, perpetuò infames.

POENA in calumniatores, infamatores, & falſos teſtes ſtatuta, præter eam quæ talionis dicitur, de qua paulò ſuprà, perpetua eſt infamia. — Ex Neap. cap. xxxv.

De pœnis in Generali.

Votorum trāſgreſſores, quomodo puniēdi.

ILLVD verò generaliter decernimus, pœnis ſuperioribus ſingulis capitibus expreſſis, ſubiacere & afficiendos — Et ex Valliſol. 1593.

dos eſſe, quos ſanctæ obedientiæ, paupertatis, aut caſtitis votum quoquo modo violare, aut violaſſe, vel aliàs contra generalia, vel prouincialia Statuta, Conſtitutiones, & Decreta facere, aut feciſſe legitimè conſtiterit, prout ipſis Conſtitutionibus & Decretis ſpecialiter & expreſsè cauetur.

Ex Salmant. cap. x. Ex Valliſolet. 1593.

A prędictis pęnis appellare nō licet: & quare.

Nec verò à ſupradictis pœnis appellare cuiquam liceat, quoniam à legibus appellare non licet, prout iure cautum eſt, & ſpecialiter ex Conſtitutione Bonifacij PP. VIII. manifeſtè conſtat. Quam Conſtitutionem hìc apponendam operæpretium duximus & cenſuimus.

Ex Salmant. capit. vij. Et ex Firm. Tri. Ord Par. ij. Trac. j. fol. xxix.

Conſtitutio Bonifacij Papæ VIII. de correctionibus, & appellationibus.

Bonifacius PP. VIII. Ad augmentum continuum Religionum & Ordinum, quos Romana ſuſcepit & approbauit Eccleſia, paternis ſtudijs attendentes; & conſiderantes attentiùs, quòd non intermiſſa ſedulitas diſciplinę & rigoris, Ordines ſupradictos, ſtatusq; regulares ſalubriter dirigit & conſeruat; quodq; ſi eam perire vel remitti contigerit, Ordo quilibet collabi neceſſariò cogeretur: penſantes quoque, quòd ſi regularium perſonarum correctio, rimas iuris & apices ſequeretur, huiuſmodi rigor lenteſceret, ac multiplici laxatione torperet: Nos veſtris pijs ſupplicationibus inclinati, vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus, vt ad correctiones & punitiones fratrum eiuſdem Ordinis delinquentium infligendas, Prælati Ordinis ſupradicti, ad quos ea ſpectare noſcuntur, rimulis iuris, & apicibus eius poſtpoſitis, liberè procedere valeant, ſecundùm conſuetudines approbatas, & generalia facta & facienda Ordinis Inſtituta. Nec volumus eiſdem licere fratribus, ab eiſdem correctionibus & punitionibus aliquatenus appellare, prauia deliberatione, & maturitate debita obſeruatis.

Ex Vltramōt. capit. vj. Et ex Salmant. c. vij. & cap. x.

Ad quę teneātur Prælati, vigore dictę Cōſtitutionis: & ad quæ non.

Cùm autem hæc Apoſtolica Conſtitutio, ſiue Conceſſio facta ſit ad propulſandas ſubditorum calumnias, & ad cōpeſcendam nimiam Prælatorum in puniendis fratribus licentiam, declaramus & decernimus, quòd licet Prælati omnes ad apices iuris ex ſupradicta Conſtitutione non teneantur; vt ſunt citationum interualla, dilationes, interlocutoriæ, & cætera eiuſmodi, quæ non ſunt de eſſentia iuris: non tamen poſſunt in actis iudicialibus, pro eorum arbitrio procedere: ſed iure diuino ac naturali, ad ſubſtantialem iuris ordinem tenentur.

Ideo

Cõtra inauditum, aut nõ legitimè conuictum vel confeſſum, grauis nulla ſententia ferenda.

Ideo ſtatuimus & decernimus, contra inauditam partem, aut in eum qui non eſt legitimè ac ſufficienter conuictus aut confeſſus, grauem aliquam ſententiam ferri non poſſe nec debere, qua quis aut actibus legitimis, aut Officijs Ordinis priuetur, aut in exilium relegetur, aut aliquo notabili nocumento afficiatur, & latam, ipſo iure nullam eſſe decernimus, atque oppoſitum facientes, actibus legitimis perpetuò priuari debere. Ex Vltramõt. capit. vj. Et ex Valliſol. 1593.

De quibus inquirere, Superioribus vetitum.

Rurſus inhibemus, nè Prelati nominatim de peccato alicuius inquirant, niſi eo de crimine fuerit infamia iurè notatus, aut aduerſus eum indicia ſint euidentia vel probabilia. Ex Valliſolet. 1593.

Qũo quis de obiecto ſibi crimine interrogari poſſit.

Caueant prætereà Prælati, ne graue crimen aliquod ſuis ſubditis iudicialiter imponant, vt ad crimen obiectum reſpondere teneantur, niſi præter denunciatorem, accuſatoremve, ſit alius ſaltem teſtis fide dignus iuridicè interrogatus, vel niſi reus eſſet infamia, vel indicijs euidentibus euidenter grauatus. Qui ſecus fecerit Prælatus, Officio priuetur, Superioris arbitratu. Ex eiſdem.

Occulta crimina quomodo punienda:

Si quis tamen per duos vel tres conteſtes fuerit conuictus de aliquo crimine, aliàs omnino occulto, vt ſæpè contigit; tunc non publicè, ſed ſecretò coram teſtibus reus, eiuſmodi puniatur. Ex eiſdem.

Quomodo itẽ atrocia.

Veruntamen ſi crimen eiuſmodi atrox fuerit, reus legitimè conuictus publicè corrigatur, quamuis inter reliquos fratres crimen ipſum aliàs occultum ſit; vt vnius correctio, cæteris transeat in exemplum. Ex eiſdem.

Pœnę per Statuta impoſitę, quando incurrantur.

Declaramus item, quòd quãdo in Statutis pęna carceris, Excommunicationis, ſuſpenſionis, aut priuationis exprimitur vel taxatur, nolumus ad eam obligari aut teneri fratres, niſi ſcienter & ex deliberatione contrarium facientes: & etiam vbicunque taxatur pœna ipſo facto incurrenda, decernimus, in pœnam eiuſmodi neminem incurrere, niſi poſt declarationem factam à Prælato. Ex Salmant. cap. vij.

Quempiã eas incurriſſe, quomodo declarandum.

Prelatus autem non declaret quemquam commiſiſſe delictum, pro quo pęna ipſo facto erat impoſita, niſi priùs per rei euidentiam, vel aliàs legitimè de crimine conſtiterit. Facta verò declaratione, ipſo facto abſque alia impoſitione, reus taxatam pœnam incurrat. Ex eiſdem.

Decla-

Ex eiſdem. Declaramus quoque, quòd vbicunque in Conſtitutionibus, cenſura Excommunicationis aut Suſpenſionis, etiam ſententiæ latæ continetur, cenſura eiuſmodi, ante declarationem vt ſuprà non incurritur. Ceſuris Statutorum, quãdo quis ſubijciatur.

Ex eiſdem. Et ſi ibi expreſſum non fuerit, à quo pœna imponi aut infligi debeat, intelligatur ab eo infligi debere ſeu declarari, coram quo legitimè probatur exceſſus, dummodo ad eundem pertineat ipſius exceſſus correctio. Pœna per Statuta taxata, à quo infligẽda.

Ex Vltramõt. capit. vj. Et ex Salmant. c. x. Et ex Valliſol. 1593. Ad pacem autem inter fratres cõſeruandam, ordinamus, vt Prælati nullo modo teſtium vel accuſantium nomina reis manifeſtent, quamuis etiam ad inſtantiam, & punitionem procedant, niſi vbi & quando eorum iudicio, in oppoſitione alicuius grauis & infamatorij criminis, iuſtitia periclitaretur. Nam eo caſu ſi reus petat, & accuſantium & teſtium nomina ſibi notificari debere, non eſt ei denegandum. Sed de ijs & alijs eiuſmodi, ad formã iudicialem pertinentibus, latiùs in libello ſiue practica criminali. Accuſantium & teſtium nomina, quomodo manifeſtanda aut celanda.

De Subornatoribus.

Ex Vltramõt. capit. vj. Et ex Valliſol. 1593. DECLARAMVS illum Subornatorẽ dici & eſſe, qui donis, promiſſis, minis, cõminationibus, aut obſecrationibus importunis, vel laudibus aut vituperationibus falſis aliquem inducit, vel inducere conatur, vt ſibi vel alteri in electionibus ſuffragium ferat vel non ferat. Subornator ẽt cenſendus eſt quicunq; ad prædictum finem colligationes, & inductiones fecerit. Subornator, quis exiſtimãdus.

Ex eiſdem. Si verò quiſpiam conferendo & conſulendo, talem eſſe dignum vel indignum dixerit, vt ad tale Officium eligatur; hic non erit dicendus Subornator. Conſulẽs non ẽ Subornator.

Ex Conſt. Pij V. Paſtoralis Officij &c. Et Greg. XIII. Cõſueuit &c. Qui autem in electionibus vel ante eas per ſex mẽſes, pro ſe vel pro alio, per ſe vel per aliũ ſubornauerit, ex Conſtitutione Pij V. Summi Pontificis, Excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrit, à qua abſolui non poteſt, niſi à Miniſtro vel Commiſſario generali. Si verò Generales ipſi in eadem damnatione fuerint, à ſolo Summo Pontifice abſolui poterunt, iuxta Conſtitutionem Gregorij PP. XIII. Subornatorũ pœnæ, ex Apoſtolicis Conſtitutionibus:

Ex Salmãt. ca viij. Præter hæc autem ſtatuimus & decernimus, vt quicunque de ſubornationis culpa legitimè conuictus fuerit, ipſo facto actibus legitimis priuatus ſit. Eorundem pœnæ ex Statutis.

De reue-

De reuelantibus ſecreta.

Cõfeſſionis ſecretũ reuelans, quomodo puniendus.

Ex Salmant. cap. vij. Et ex Valliſol. 1593.

QVI legitimè conuictus fuerit, Sacramentalis Confeſſionis ſecretũ reuelaſſe, ſit ipſo facto actibus legitimis perpetuò priuatus, & ab audiendis Confeſſionibus ſuſpenſus, ac prætereà carceri etiam mancipetur, Prouincialis arbitratu. Si verò non fuerit legitimè conuictus, ſed tamen aduerſus eum habeantur indicia ſufficientia; grauiter arctetur, Superiorum arbitrio.

Pœna reuelantis crimen alterius occultum.

Ex eiſdem.

Qui autem alterius fratris crimen, quòd legitimè probare non poteſt, alteri quàm Prælato ſuo reuelauerit, pœna talionis puniatur.

Secreta Ordinis, in eiuſdem Ordinis infamiam reuelantes, cui pœnę ſubijciendi.

Ex eiſdem.

Qui verò diuiſiones inter fratres, Prælatorum depoſitiones vel priuationes, aut peccata in Ordine correcta vel corrigenda, diſſenſiones & diſcordias, & quicquid in infamiã & detrimentum Ordinis, extra ipſum Ordinem quoquo modo diuulgauerit, eò ipsò Excommunicationis ſententiam incurrat. Et ſi legitimè conuictus fuerit, omnibus actibus legitimis perpetuò priuatus ſit, ac prætereà abſolui non poſſit, niſi à Generali vel Prouinciali Miniſtro.

Eius, qui Diffinitorij ſecreta detexerit, pęna.

Ex Valliſolet. 1593.

Qui etiam extra Diffinitorium manifeſtauerit quæ in eo tractantur, vnde diſſenſiones & diſcordiæ, aut odia in Diffinitorium ipſum, vel Diffinitorum quempiam oriantur, aut oriri poſſint; nimirum in alterum ſententiam, vel alterius fauorem; ſi ea de re legitimè conſtiterit, biennio in Diffinitorium ipſum admitti non poſſit, cùm ad Magiſtratus dignitatem, & boni regiminis rationem vel maximè pertineat, vt quæ ſecretò tractantur, etiam ſecreta ſint & ſeruentur.

De Verbis indebitè prolatis.

Cõuicij in priuatum fratrem pœna:

Ex Salmant. capit. vij.

QVICVNQVE fratrum alteri fratri non Prelato, verbũ improperij aut conuicij dixerit, aut leuiter quẽquam prouocauerit, flagella, diſciplinę nomine, ſingulis vicibus in Communitate ſibi adhibeat.

In Prelatũ itẽ.

Ex eiſdem. Et

Si verò Prelato alicui ſimilia verba protulerit, vltra prę-

fatam

ex Rom. 1575. Et ex Val. 1593. fatam pœnam, etiam humi genuflexus, pane & aqua ieiunet, ac pręterea omni ſuffragiorum iure biennio careat.

Ex Neap. cap. xxxv. Et ex Val. 1593. Qui verò verbis aut factis aliquem grauiter prouocauerit, pro prima vice probationis caputium per menſem deferat; pro ſecunda bimeſtri carceri mancipetur, & actiua ac paſſiua voce decennio careat. — Pœna prouocantium quoquo pacto:

Ex Sal. c. vij. Et ex Val. 1593. Si autem improperauerit aliquem de delicto, pro quo iam aliàs fuit punitus, ſimili pœna puniatur. — Punita item obijcientium.

Ex eiſdem. Si quis Prelato ſuo in culpa vel menſa, facultate priùs ab eo non impetrata, reſponderit, ſuffragiorum iure biennio careat: & cui hęc pœna non competat, alia puniatur, Prouincialis arbitratu. — Reſpōdētium quoq; in culpa vel menſa.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Bulla vnionis Le. X. Ite vos &c. Et ex alia Bulla Pij V. Auctoritate Apoſtolica etiam prohibetur, ſub Excommunicationis latę ſententię pœna, à qua nullus, prętorquā in mortis articulo, niſi à Sede Apoſtolica abſolui poteſt, nè quis frater Ordinis Sancti Franciſci alium fratrē eiuſdem Ordinis malitioſè, irriſoriè, ſeu improperioſè, Priuilegiatum, Coletanum, Bulliſtam, Amadeiſtam, Clarenum, de Euangelio, ſeu de caputio, Bigotum, aut alio quouis nomine, etiam de nouo reperto, ſeu fortè in futurùm, diuiſionum occaſione vel cauſa reperiendo & imponendo, ſeu alio quouis deriſorio, iniurioſo, aut improperioſo nomine, vel quod pro improperioſo aut iniurioſo à patientibus habeatur, appellet. Pius V. etiam Summus Pontifex, grauiter puniendos eſſe decreuit qui ſimilia verba protuliſſent. — Improperioſis nominib., quæ in Apoſtolica Leonis X. Conſtitutione continentur, quempiam appellans, Excōmunicatur:

Ex Valliſolet. 1593. Itaq; ad euitāda ſcādalorū pericula, odia extirpāda, ſimultates eliminādas, & ad omnē diſſidiorum & diſcordiarum materiam penitùs ſubmouendam ac funditus euertendam; ad ſedandos animos, vnionem fouendam, publicam totius familię tranquillitatem & pacem perpetuò ſeruandam, atque etiam in Domino augendam; animarum ſaluti, atque vel in primìs diuinę glorię, Chriſtiana charitate, & paterna ſolicitudine proſpicientes; & prefatis Conſtitutionibus Apoſtolicis inhęrentes, conſultò ac maturè decernimus & ſancimus, vt ſi quis deinceps legitimè deprehenſus fuerit, talia vel alia ſimilia verba protuliſſe vel proferre; is prętor pœnas, dictis Conſtitutionibus Apoſtolicis contentas, etiam exilij & priuationis Officiorum Ordinis, & alias ét, Superiorum arbitrio, infligendas pœnas eò ipsò incurrat. — Alijs etiā pœnis, ijsq; grauiſſimis, à Generali Capitulo Subijcitur.

Quibus

Exdem pœnæ extēduntur ad audientes talia nomina proferre, vel ſcientes quempiam ea protuliſſe, & nō denunciantes.

Quibus etiam pœnis decernimus, puniendos eſſe & puniri debere omnes & quoſcunque, qui talia proferre audientes, vel protuliſſe ſcientes, proferentes ipſos ſtatim aut verbo, aut per literas non denunciauerint; vt vel ſic omnium ſaluti, & publicæ tranquillitati & paci opportunè conſultum ſit, atque per omnia, quoad hoc, ſalubriter prouiſum eſſe videatur.

Ex eiſdem.

In reprehendendis criminibus, & in publicis cohortationibus, quales ſe præbere debeant Superiores.

Præterea Prælati Ordinis in reprehēdendis criminibus, modeſtis ac temperatis verbis ſemper vtantur, ita vt nullo modo turbationis cauſa ſubditis præbeatur. Qua modeſtia & temperantia quoque vtendum erit, quoties ijdem Prælati ad fratres capitulariter congregatos exhortationis verba proponunt, aut ſermocinantur. Qui ſecus fecerit, corrigatur, vel etiam ſuſpendatur Officio, Superioris arbitratu.

Ex Vltramont. capit. vj. Et ex Valliſol. 1593.

In mutuis collocutionibus, qualibus verbis vtendum.

In conuerſationibus præterea & mutuis collocutionibus, fratres omnes & ſinguli, honeſtis, modeſtis, decentibus, atque omnino religioſis verbis vtantur. Omnino verò caueant ab obſcœnis, turpibus, profanis, ſcurrilibus, atque etiam otioſis, ſicut religioſos viros decet, pro Inſtituto, quod ſanctè profitentur. Quòd ſi quis in ijs peccauerit, grauiter moneatur, & ſi monitus non ſe correxerit, in eum animaduertatur, pro delicti qualitate. Et ſi in eo genere uitioſus fuerit, ita vt ſcandalo ſit, etiam carceris pęna puniatur, & grauiori etiam Superiorum arbitratu; vt & ipſe reſipiſcat, & cæteri timorem habeant.

Ex Valliſolet. 1593.

De minis, & manibus violentis.

Minantium, leuiter percutientium, percutere tentantium, arma offenſiua deferētium, aut alicubi retinētium, pœnæ.

QVI frater alteri fratri, vel alicui perſonæ minabitur in perſona, vnius menſis tempore probationis caputium deferat. Si autem manum leuauerit vt percutiat, vel aliquid ad percutiendum acceperit; ei tribus menſibus idem probationis caputium imponatur. Qui verò leuiter percuſſerit, eodem probationis caputio per annum probetur. Si autem grauiter percuſſerit, vel ad grauiter percutiendum, lapidem vel baculum acceperit, & proiecerit, vel gladium, aut cuiuſuis alterius generis inſtrumentum eduxerit, & qui etiam arma offenſiua portauerit, vel in cella, vel

Ex Salmant. capit. vij. Et ex Valliſol. 1593

la, vel alibi retinuerit, ſemeſtri carceris pœna puniatur.

Ex eiſdem. Et ex Rom. 1575. & 1587.

Quicunque gladio, baculo, vel pugillo, aut fratrem, aut ſecularem quempiam percuſſerit, carceris vnius anni pœnam luat; ac præterea omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò priuetur, ac per menſem ter in qualibet hebdomada coram fratribus capitulariter congregatis genuflexus comedat, illiſmet inſtrumentis, quibus ferire vel percutere auſus eſt, ei de collo pendentibus. Quòd ſi mors ſecuta fuerit, vel atrox mutilatio, ad triremes omnino condemnetur. Quibus pęnis etiam ſubiaceat qui quempiam enormiter vulnerauerit, aut alicui venenum dederit, & qui hæc eadem vel ſimilia per alium fieri procurauerit, vel ad huiuſmodi facienda machinaſſe legitimè conuictus fuerit.

Pęnę eorũ, qui grauiter percuſſerint, ferierint, venenum dederint, vel talũ aliquo pacto complices fuerint.

Ex Ro. 1575. Et ex Valliſolet. 1593.

Quicunque verò Prælatum Localem gladio percuſſerit, & mors ſecuta fuerit, ad triremes perpetuò condemnetur. Si autem mors ſecuta non fuerit, ad triremes mittatur, Superiorum arbitratu. Qui verò Prouincialem quouis modo, etiam leuiter percuſſerit, Generalis arbitratu, ad triremes mittatur; ſi autem gladio eundem percuſſerit, ſiue mors ſecuta fuerit, ſiue non; ad triremes omnino perpetuò damnetur. Quòd ſi quis Generalem ipſum, etiam leuiſſimè percutere auſerit, is perpetuò ad triremes damnatus omnino mittatur.

Qui Prælatũ quemcunque quoquo modo percuſſerit, aut vulnerauerit, quomodo puniendus.

De conſpiratoribus.

Ex Salmant. cap. vij.

QVI per malitioſam concordiam ſeu conſpirationem, aduerſus alium, & Superiorem maximè ſe euexerint, omnibus Ordinis Officijs priuati ſint, quouſque per condignam ſatisfactionem, à Generali vel Prouinciali Miniſtro releuentur.

Conſpiratorũ pœnę.

Ex eiſdem.

Conſpiratio tamen non intelligitur vbi ſubditi Superioribus aliquid intimare, aut ſignificare prætendunt.

Superiori aliquid denotare, non eſt conſpirare.

De Procurantibus Ordinis diuiſionem.

Pœnæ eorū, qui procurant Ordinis diuiſionem.

SVB interminatione anathematis, & maledictionis æternæ prohibemus, ne quis quoquo modo, verbo vel facto ad diuiſionem Ordinis laborare præſumat. Quòd ſi quis ex deliberatione contrarium attentarit, ipſo facto Excōmunicationis ſententiam incurrat, à qua, præterquàm à Generali Miniſtro, abſolui non poſſit. Et ſi legitimè conuictus fuerit, carceri mancipetur, Generalis ipſius arbitratu.

Ex Salmant. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

De recurrentibus ad Tribunalia ſæcularia.

Recurrentes ad Tribunalia ſæcularia, quibus pœnis obnoxij.

QVICVNQVE ſub prætextu iniuſtitiæ ſibi factę, ad Aduocatos, Procuratores, & Iudices ſæculares, vel quomodocunque, vel qualitercunque ad ſæculare Tribunal recurrerit, aut pro conſilio, aut fauoris petendi gratia; is actibus legitimis priuatus, grauiùs etiam puniatur, Superiorum arbitratu.

Ex Salmant. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

Qui etiam ad locorum Ordinarios recurrunt, puniendi.

Qui verò ad locorū Ordinarios eiſdem de cauſis recurſum habuerit, grauiter etiam, Generalis vel Prouincialis arbitrio puniri poſſit, quinimmo debeat, vt Apoſtolica Sanctione cautum eſt.

Ex Bulla Confir. Priuil. Pij V. Etſi mendicantium &c.

Appellātes ad eiuſmodi Tribunalia, Excōmunicati.

Quia verò nonnulli, timore Dei poſtpoſito, & ſuæ profeſſionis immemores, ad Tribunalia eiuſmodi quandoque appellant, & ad ea temere confugiunt; eos admonemus, id ſibi auctoritate Apoſtolica prohiberi, ſub Excommunicationis pęna, ipſo facto incurrenda, cuius abſolutio à nemine, niſi à Sanctiſs. Romano Pontifice, præterquàm in mortis articulo, fieri poteſt; necnon priuationis Officiorum Ordinis, & inhabilitatis perpetuę ad illa, & alia quæcunque exercenda; vocisq; tam actiuæ, quàm paſſiuæ, ipſo facto incurrendis pœnis.

Ex Conſt. Gregor XIII Quoniā noſtro paſtorali &c.

De recurrentibus ad fauores.

Promotionē vel locationem

QVICVNQVE frater, cuiuſcunque cōditionis exiſtat, per ſe vel per alium, pro ſe vel pro alio, quocúque modo

Ex Salmanca. cap. vij.

modo, per aliquam perſonam extra Ordinem exiſtentem, promotionem in Ordine, collocationem alicubi, aut remotionem inde, vel quòd ab aliquo loco remoueri non poſſit, procurare præſumpſerit; ſententiam Excommunicationis incurrat, & omnibus actibus legitimis priuatus ſit, ac ipſa promotione, & omni alia ipſo facto careat; nec releuari poſſit, niſi per Generale Capitulum proximè futurum. — medio ſæculari procurantes, quibus pœnis teneantur.

Ex Cõſt. Pij V. Paſtoralis Officij &c. Et Greg. XIII. Conſueuit &c. — Auctoritate Apoſtolica etiam cautum eſt, vt ad fauores quarumcunque perſonarum extra Ordinem exiſtentium, pro obtinendis Officijs recurrentes, voce actiua & paſſiua, omnibusq; Ordinis Officijs, ipſo facto priuati ſint; quamuis etiam ipſi fratres pro fauoribus eiuſmodi ſæculares ſollicitaſſe negauerint, & ſæculares ipſi affirmauerint ab eiſdem fratribus ſollicitatos non fuiſſe: dummodo de malitia vel dolo non conſtiterit, videlicet quòd quis rogatores ſubornauerit, vt promouendo quoquo modo noceret. — Fauoribus extra Ordinẽ, pro obtinendis Officijs vtẽtes, qua pęna puniẽdi.

Ex Neap. cap. xxxix. — Prouinciales autem, & Prouinciarum Viſitatores, qui cõtra Conſtitutiones prædictas, ad aliquod Officium, dignitatemve quẽpiam promouerint, uel promoueri conſenſerint vel permiſerint; ſuis Officijs priuentur, & ad ea, & alia quæcunque in poſterùm obtinenda inhabiles exiſtant. — Promouentes aliquem, fauoris cauſa, quomodo coercendi.

Ex eiſdem. — Eos verò fratres, quos fauores eiuſmodi, per ſe vel per alios, pro ſe vel pro alijs procuraſſe, vel procurari feciſſe, eiſdem legitimè conſtiterit; in pœnas & cenſuras, præfatis Conſtitutionibus contentas, incurriſſe declarent. — Fauores procurantes, in pęnas incidiſſe declarandi.

De incorrigibilibus.

Ex Vltramõt. capit. vj. Et ex Salmant. c. vij. Et ex Valliſol. 1593. — INCORRIGIBILIS deinceps cẽſeatur, qui ter de eodem graui crimine conuictus & punitus, non reſipuit. Incorrigibilis verò eiuſmodi, vel perpetuo carceri mancipetur, vel Religionis habitu priuatus, ad triremes damnetur, ſi delicti qualitas hoc exegerit. — Quis ſit cẽſendus incorrigibilis: & quomodo puniendus.

Ex Valliſolet. 1593. — Et qui ſemel ab Ordine fuerit eiectus, ad Religionem ampliùs admitti non debeat: cùm id ſine maiori detrimento, & aliorum fratrum ſcandalo fieri non poſſit: maximè verò cùm in Ordine incorrigibiles eiuſmodi commodè puniri nequeant. Eiectio enim eiuſmodi & ſalutaris eſt, & — Semel eiectus ab Ordine, ampliùs ad Ordinem nõ admittendus.

K 2 valde

valde opportuna, tum quia timorem peccantibus incutit, tum quia Religio facinoroſis hominibus liberatur.

De falſificatoribus.

Literas aut ſigilla falſificantes, quam pœnã incurrant.

QVICVNQVE fratrum, per ſe vel per alium, literas, aut ſigilla Prælatorum, vel Principum, Generalium vel Prouincialium, aut aliarum notabilium perſonarum falſificauerit, ipſo facto ſententiam Excommunicationis incurrat. Et ſi de eo legitimè conſtiterit, carceri mancipetur, neque ab eo liberetur ſine ſpeciali Generalis ipſius facultate, ac præterea ad Ordinis dignitates & Officia quæcunque perpetuò inhabilis exiſtat.

Ex Salmant. c.vij. Et ex Valliſolet. 1565. & 1593.

De intercipientibus literas.

Pœna eorum, qui literas ad Prælatos miſſas intercipiunt.

SVPRADICTORVM literas, qui malitioſè, per ſe vel per alium deſtruxerit, impedierit, aut retinuerit, ne mittantur, aut aperuerit, vel quomodolibet interceperit; ipſo facto actibus legitimis priuatus ſit, ſi eo de crimine legitimè conſtiterit: & cui hæc pœna non competit, probationis caputium deferat, Superiorum arbitratu. Hoc autem intelligatur de literis tam ab eis, quàm ad eos ſcriptis; ac item de ijs, quæ ad eorum Secretarios pertinent.

Ex Salmant. cap. vij.

Item eorum, q literas à Prælatis ad eos miſſas, legere differunt.

Quibus pœnis etiam ſubiaceant qui prædictorum literas ſibi ipſis miſſas legere, aut aperire malitioſè diſtulerint. Nec à prædictis pœnis releuari poſſint, niſi ab ipſis Generali, vel Prouincialibus Prælatis, prout ad eos reſpectiuè pertinuerit.

Ex eiſdem.

De infamatoribus.

Infamatorum pœnæ.

QVI falsò ac ſcienter perſonam aliquam de crimine infamauerit in occulto, non niſi à Prouinciali abſolui poſſit. Si verò in publico, non abſoluatur, niſi ei pœna impoſita criminis, de quo falsò ac ſcienter infamauit. Nec verò quiſ-

Ex Salmant. c.vij. Et ex Valliſolet. 1593.

quiſquam à prędictis abſolui poſſit, niſi prout poterit, famam antea reſtituat.

Ex Salmant. cap. vij.

Quare diſtrictè præcipimus, quòd nullus in ſecreta collocutione ſub Confeſſionis ſigillò quippiam dicat, quod in infamiam alicuius vergat, vel quod inter fratres diſſenſionem vel ſcandalum generare poſſit.

Quę dicere vetitũ, etiam ſub ſigillo.

De deponentibus in iudicio.

Ex Salmant. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

Falſum deponentes, aut verum reuocantes, quibus pœnis ſubiaceant.

QVI coram Prælato quocunque in iudicio quicquam falsò ac ſcienter depoſuerit, vel ad id faciendũ induxerit, aut reuocauerit, vel ad reuocandum procurauerit quod verè depoſitum fuerat, ipſo facto Excommunicationis ſententiam incurrat: nec verò ab ea, præterquàm à Prouinciali Miniſtro abſolui poſſit, tumq; ſatisfactione præmiſſa, prout iuris fuerit: ac præterea ſemeſtri carceri mancipetur, infamisq; perpetuò exiſtat.

De Procurantibus nouitatem in Ordine.

Ex Salmant. cap. vij.

Procuratio nouitatis in Ordine, vetita:

VNIVERSAE familię tranquillitati & paci, paterna prouidentia conſulentes, per obedientiam & in virtute Spiritus ſancti præcipimus, vt nullus fratrum, per ſe vel per quamcunque interpoſitam perſonam, ſuadeat vel ſuaderi procuret alicui Pręlato, Regi, Principi, Communitati, ſeu alicui perſonę extra noſtrum Ordinem exiſtenti, vt aliquid de ſtatu Ordinis eiuſdem vel ordinatione, diuiſione vel vnione alicuius Prouinciæ, vel de fratribus ab aliquo loco amouendis vel non amouendis immutetur.

Ex eiſdem.

Eius pœnæ.

Et qui ſcienter contrarium fecerit, eò ipsò Excommunicationis ſententiam incurrat, ac præterea actibus legitimis priuatus exiſtat, nec abſolui, nec reſtitui poſſit, niſi per Generalem aut Prouincialem Pręlatum. Et cui hęc pœna non competat, eorum arbitrio puniatur, ac ſine ſpe redeundi, de Prouincia exulet.

De Simoniacis.

Pęnæ eorum, qui dona pro honoribus & fauoribus, aut præbent, aut accipiunt.

QVI pecunias, aut dona vel munera dederit, aut promiſerit, vt pro ſe vel pro alijs, gradus, honores, dignitates, vel Officia conſequatur, vel vt in ſui fauorem ſententia feratur; non ſolùm ipſe, ſed & qui receperit frater, quicunque ſit, pœnis Sacrorum Canonum iure cōtra Simoniacos ſtatutis, ac præterea Conſtitutionę Apoſtolica de muneribus non dandis, omnino ſubiaceant, ſi de eo legitimè conſtiterit.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Cōſtit. Cle. VIII. Religioſę Congregatiōes &c.

De libellis famoſis.

Libelli famoſi auctor, ſiue publicator, cui pęnæ ſubijciendus.

SI quis tacito nomine, vel ſub nomine alieno, literas ſiue libellos famoſos ediderit, miſerit, proiecerit, vel quomodolibet expoſuerit in alicuius infamiam; ipſo facto Excommunicationis ſentētiam incurrat. Quòd ſi in infamiam Generalis vel Prouincialis Pręlati editi fuerint, auctor abſolui non poſſit, niſi per Generalem ipſum, vel per eum, cui ipſe ſpecialiter committēdum duxerit. Si autem in aliarum perſonarum infamiam verſerint, à Prouinciali tantummodo abſoluatur, debita ſatisfactione præmiſſa. Et quicunque de pręd ictis legitimè conuictus fuerit, carceribus mancipetur, Superiorum arbitratu.

Ex Salmāt. c. vij.

De fratrum defectibus opportunè detegendis.

Aliorum defectus non manifeſtātes in Viſitatione, ſed eos reſernātes in aliud tēpus, quomodo puniendi.

SI quis fratrum tempore viſitationis Miniſtri aut Commiſſarij, tam Generalium, quàm Prouincialium, fratrū defectus non manifeſtauerit, ſed malitioſè & callidè eos in aliud tempus, cuicunque Ordinis Pręlato manifeſtādos, aut literas contra quempiam ſeruarit; & poſtea in iudicio, ſeu viſitatione deduxerit, produxeritve; vt publicę tranquillitatis, quietis, & pacis perturbator, alienæ famæ inſidiator & inuiſor, ac fraternę charitatis impugnator, ipſo facto actibus legitimis ꝑpetuò priuatus ſit, & īfamis exiſtat, nec audiatur.

Ex Neap. cap. xxxiiij. Et ex Valliſol. 1593.

De

De ludis euitandis.

Ex Valliſolet. 1593.

CVM ex deteſtabili cuiuſuis generis alearum & taxillorum ludo, multa mala proueniant, illum religioſæ pietatis ſtudio, & regularis diſciplinæ accuratiùs ſeruandæ gratia, magnopere deteſtantes, & diſtrictiùs inhibentes, decernimus & ſancimus, vt ſi quis aut aleis, aut taxillis, aut etiam latrunculis ludere auſerit, & de eo legitimè conſtiterit; carceri mancipetur, Superioris arbitratu, & omni ſuffragiorum iure triennio careat.

Alearum, taxillorum, & etiam latrunculorum ludi, omnes vetiti.

Ex eiſdem.

Animi tamen honeſtè ac religioſè recreandi gratia, vt maximi caloris & Carniſpriuij tempore, latrunculis fratribus ludere liceat, id ſanè permittimus atque indulgemus: ſic tamen vt nulla pietatis opera, & præcipuè ad diuinum officium & orationem, aut ad diuini cultus pietatem & rationem quouis modo ſpectantia, propterea amittant: aut ne eiuſmodi recreationibus allecti & illecti, grauiora negligant; aut ne proinde tumultus, rixæ, contentiones, aut lites, vel diſcordiæ oriantur, aut oriri poſſint.

Latrunculorum ludus, quo tẽpore permietatur: Et qua lege.

Ex eiſdem.

Illud verò vel maximè omnino caueatur, ne ſęculares eo tempore intra Monaſteriorum ſepta introducantur, ne fortè propterea illis fratres ſcandalo, aut admirationi futuri ſint: quod Locorum Superioribus, pro eorum munere, diligenter curandum eſt; vt vel ſic religioſæ circunſpectioni opportunè proſpectum ſit, ac prouiſum eſſe videatur.

Ludẽtibus fratribus, ſæculares intra Clauſtra minimè introducendi.

De criminibus in genere.

Ex Salmant. cap. vij.

QVI crimen quodcunque poſt Religionis ingreſſum admiſerit, propter quod, ſi illud in ſæculo commiſiſſet, mortem mereretur; aut ad perpetuos carceres, aut ad triremes perpetuò damnetur.

Crimen apud ſæculum capitale, quõ puniẽdũ in Ordine.

Ex Valliſolet. 1565.

Qui verò aliqua notabili infamia laborauerit ob crimina, de quibus accuſatus apud Prælatum conuictus fuerit, ad Ordinis dignitates & Officia, vltra pœnas ob crimina ſibi illatas & inflictas, perpetuò inhabiles exiſtant. Cui pœnæ ſubiaceant quicunque infamia laborent.

Notabili infamia laborãtes, ad dignitates & Officia inhabiles.

De fratribus aut ad triremes, aut ad perpetuos carceres damnatis: Et de ijs, qui apud Sanctum Inquiſitionis Officium abiurauerunt.

A triremibus, aut perpetuis carceribus liberati, quales remaneant: Quales item abiurati.

QVOS ad triremes, aut ad perpetuos carceres damnatos, quandoque miſericorditer liberari contigerit, ij omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò careant, nec ad ea quouis modo ampliùs habilitari poſſint. Ex Ro. 1587.

Si quis autem (quod abſit) ſacro ac venerabili ſanctæ Inquiſitionis Officio delatus, de leui abiuratus fuerit; ad actus legitimos; qui verò de graui, ad omnia Ordinis Officia perpetuò inhabilis exiſtat. Ex Valliſolet. 1593.

De Spurijs.

Spurij, ad dignitates & Officia inhabiles.

QVI natalium patitur defectus, ex ſacræ Tridentinę Synodi pręſcripto, & Sacrorum Canonum iure, ad Ordinis dignitates & Officia obeunda, in ijs quæ ad reſidentiam & regimen ſpectant, & cum ſuperioritate coniuncta ſunt, in poſterùm nullatenus admittatur, niſi per eos, ad quos ſpectat, ad ea ipſa habilitatus fuerit. Ex Valliſolet. 1565.

De punitionibus non differendis.

Punitiones delinquentium, non differędę.

PVNITIONES delinquétium, vſque ad Generalium in Prouincias aduentum minimè differantur: ſed iuxta formam & diſpoſitionem Statutorum, Prouinciales Miniſtri teneantur delinquentes pro eorum demeritis punire: quandoquidem & auctoritatem ad id habeant, & ex Statutis & Decretis Maiorum, qua quiſque pœna plecti debeat, ſatis ſuperq; declaratum ſit. Id qui neglexerit, Officio priuetur, Generalis arbitrio; niſi legitimam ob cauſam, Generalis ipſius iudicio probatam, id fieri nó potuiſſe conſtiterit. Ex Ro. 1575.

De hoſpitibus & aduenis delinquentibus.

Delinquentes hoſpites, quõ puniendi.

IN delinquentes hoſpites, ſecundùm iuris diſpoſitioné & antiqua Ordinis Statuta, Prouinciales Miniſtri in ſua Ex Vltramõt. cap. vj Et ex Fa-

quiſ-

biano Papa In Decr. iij. q. vj. c.j. vbi Gloſſa ad hoc. Et de raptoribus. c.j.

quiſque Prouincia, neceſſariam facultatem habet, eos capiendi, detinendi, & quibuſnis pœnis, aut iure aut Statutis expreſſis puniendi, ſi per eorum Prouincias & Loca tranſeuntes, aut in illis ad tempus cõmorantes, crimen aliquod vel delictum admiſerint. Et ſi ab Ordine reiecti nõ fuerint, aut ad triremes condemnati, ad propriam Prouinciam tutò ac cautè remittantur, ac ſententia contra eos lata, primo quoque tempore, ad ipſorũ Ordinariũm mittatur, qui eam diligenter exequendam curet; alioquin puniatur, Generalis arbitratu, pro negligentiæ ratione.

De rebellantibus.

Ex Romanis 1575. Et ex Cõſtit. Greg. XIII. Quoniam noſtro &c. Et ex Valliſol. 1593.

Rebellantes Superioribus, quibus pœnis afficiendi.

QVICVNQVE Prouinciali Miniſtro, Guardiano, aut Vicario rebellauerit, omni ſuffragiorum iure triennio careat. Qui Commiſſario à Generali miſſo reſiſtere, opponere, aut contradicere, ſeu ſe rebellem exhibere auſerit vel præſumpſerit, ipſo facto Excommunicationis pœnam incurrat, à qua non niſi à Sanctiſs. Romano Pontifice, præterquàm in mortis articulo, abſolui poſſit: necnon priuationis perpetuę Officiorum Ordinis, & inhabilitatis ad illa & alia quęcunque in Ordine exercenda, ac vocis tam actiuæ, quàm paſſiuæ, eò ipsò incurrendis pœnis, Conſtitutione Apoſtolica illatis afficiatur. Quibus etiam & omnibus & ſingulis ſubiaceat, ac prętereà ſemeſtri carceri mancipetur, qui Generali ipſi rebellauerit.

De pœnis impoſitis.

Ex Salmantica. vij Et ex Vltramont. c. vj. Et ex Valliſolet. 1593.

Pęna per Superiorem impoſita, ab inferiore non alteranda:

POENAS per Superiorem impoſitas, inferior relaxare, remittere, commutare, moderari, aut alterare non poſſit. Quòd ſi quiſpiam id temere tentarit, eiſdem pœnis ſubiaceat, aut grauiùs etiam puniatur, Superioris arbitratu.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Conc. Triden. ſeſſ. xxv. c. xviij. De Reſor.

Quæ verò ab inferioribus imponitur, per Superiores nõ niſi magnis rationibus remittenda.

Supiores verò, pęnas ab inferioribus impoſitas nõ remittant, niſi magna publicæ vtilitatis ratione, aut alia vrgenti ac rationabili de cauſa, tumq; conſultò, matura conſideratione adhibita, cauſis cognitis ac maturè conſideratis, vt Sacra Tridentina Synodo prudenter quidem ac ſanctè cautum eſt. Quia ſicuti publicè expedit, legis vinculum quan-

quandoque relaxare, vt pleniùs euenientibus caſibus & neceſſitatibus, pro communi vtilitate ſatisfiat; ſic frequentiùs legem ſoluere, ac pœnas remittere, exemploq; potiùs, quàm certo perſonarum, rerumq; delectu petentibus indulgere, nil aliud eſt, quàm vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire, ac delinquentibus incentiuum præbere.

Gratia per ſurreptionem aut obreptionem, ſuper abſolutione vel remiſſione pœnarum extorta, minimè admittẽda.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Conc. Trid. ſeſſ. xiij. cap. v.

Et quoniam per fictas cauſas, quæ tamen ſæpe ſatis probabiles videntur, interdum accidit, vt non nulli gratias extorqueant, per quas pœnæ illis à Superioribus iuſta ſeueritate inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur; cùm ferendum non ſit, vt mendacium, quod tantopere Deo diſplicet, non modò ipſum impunitum ſit, verùm etiam alterius delicti veniam impetret mentienti; idcirco ſacri Concilij Tridentini auctoritatem ſecuti, ſtatuimus & decernimus, vt Prouincialis in Prouincia ſibi commiſſa reſidens, de ſurreptione & obreptione gratiæ, quæ ſuper abſolutione alicuius publici criminis vel delicti, de quo ipſe inquirere iam ceperat, aut remiſſione pœnæ, ad quam criminoſus per eum condemnatus fuerat, falſis precibus impetrata fuerit, per ſe ipſum etiam ſummariè recognoſcat: ipſamq; gratiam, poſtquàm per falſi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam eſſe legitimè conſtiterit, ſuſpendat, quoſque Superiore admonito ac informato, deſuper ab eo fuerit prouiſum, prout ei magis expedire videbitur in Domino.

De appellatione.

Appellatio qd ſit: & quando ea admittenda.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Cõc. Trid. ſeſſ. xiij. capit. j. de Reform. & ſeſſ. xxij. capit. j. de Refor. & ſeſſ. xxiiij. ca. x. de Refor.

CVM appellatio ſit ab inferiori ad Superiorem Iudicem legitima prouocatio, idcirco vbi appellationi locus ſit, eam admittendam eſſe decernimus. Porrò quia rei criminum plerumque ad euitandas pœnas, & Superiorum ſubterfugienda iudicia, querelas & grauamina ſimulant, vt appellationis diffugio, Iudicis proceſſum impediant; ne remedio ad innocentiæ præſidium inſtituto, ad iniquitatis defenſionem abutantur, atque vt huiuſmodi eorum calliditati & tergiuerſationi occurratur, Sacræ Tridentinæ Synodi Decretis inhærendo, ſtatuimus & decernimus,

mus, vt in cauſis viſitationis & correctionis, ſiue habilitatis & inhabilitatis, nec non criminalibus, à Prouinciali ante diffinitiuam ſententiã ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine non appelletur: nec Prouincialis aut eius Vicarius appellationi huiuſmodi, tanquàm friuolæ deferre teneatur; ſed ea, ac quacunque inhibitione ab appellationis Iudice emanata, nec non omni Stylo & conſuetudine contraria non obſtante, ad vlteriora valeat procedere; niſi grauamen huiuſmodi, per diffinitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa diffinitiua appellari non poſſit; quibus caſibus ſacrorum & antiquorum Canonum Statuta illibata permaneant.

Ex Cõſt. Greg. XIII. Quoniã noſtro &c. — Appellationis ordo: Vbi verò appellationi locus fuerit, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem, ſupremum in Eccleſia Iudicem appelletur, vt Conſtitutione Apoſtolica iam cautum eſt.

Ex Pariſien. 1579. — Recurſus item: Qui ordo etiam ſeruetur de recurſu, ita quòd reis ad maiores Prælatos vel Superiores recurrere non liceat, niſi poſt ſententiam ab inferiore datam.

Ex eiſdem. — Appellãte reo, quid agẽdum. Poſt quam reo, ſi appellauerit, Prouincialis copiam proceſſus infra triginta dies gratis aſſignare teneatur, clauſam & ſigillatam, per ipſum ad Iudicem appellatum afferendam, cum Obedientia eum adeundi.

Ex eiſdem. — Quid item, ſi appellans ſuſpectus de fuga. Verùm ſi reus de fuga videbitur dignè ſuſpectus, ire non permittatur, ſed in loco detentionis remaneat, & proceſſum Iudex à quo, mittat ad Iudicem appellatum.

Ex eiſdem. — Reo bene ve malè iudicato, quid faciendũ. Et ſi reus repertus fuerit indebitè iudicatus, vel grauatus, puniatur Iudex, à quo fuit appellatum. Si verò rectè iudicatus repertiatur, ei pœna iniuncta duplicetur.

Ex eiſdem. — Ante ſententiã recurẽs, quõ remittendus. Si autem dicta Sententia non expectata, Superiores ipſos adierit, ad Iudicem, à quo diſceſſit, remittatur, & eius iudicium expectet, ac apoſtaſiæ pœnam luat.

Ex Neap. cap. xxxvij. — Vbi recurſus ordo violatur, quid agẽdum. Qui autem ſupradictum recurſus ordinem temere violarit, is omni ſuffragiorum iure triennio careat, & bimeſtri carceri omnino mancipetur.

Ex Decreto, à Sacra Cõgreg. Reg. ſuper hoc emanato. — Prouiſio ſuperinde facta, de mente Sanctiſſimi. Nam cùm nonnulli vagandi ſtudio, ſiue dùm imminentem admiſſorum criminum pœnam, & Ordinis Conſtitutionibus, aut aliàs debitam ſibi metuunt, falſa & commenticia grauamina cauſati, non ad immediatos Ordinis Superio-

periores, ſed ad Romanam Curiam,abſque licentia ſępiùs, fugiunt potiùs,quàm recurrant; vnde regularis diſciplina relaxatur,ordinaria Superioris poteſtas contemnitur,& ipſi in dies audaciores euadunt: ſacræ Regularium Congregationi, etiam de mente Sanctiſſimi placuit, vt ſi quis temere, aut leui ex cauſa, ſanctam Vrbem, ſeu Curiam, abſque Superioris licentia, & ſupradicta forma prætermiſſa,in poſterùm adire præſumpſerit; ad ſuos Superiores,ſeueriori pœna plectendus, omnino remittatur.

Iudex appellationis, acta primæ inſtãtiæ videre debet.

Iurè verò appellans,coram Iudice, ad quem appellauit, acta primæ inſtantię omnino producat,& Iudex niſi illis viſis, ad eius abſolutionem, aut cauſæ cognitionem minimè procedat; alioquin abſolutio, & inde ſecuta quæcunque irrita cenſeantur. Ex Côc. Trid. ſeſſ. xiij. c. iij. de Refor.

Terminus Iudici, à quo appellatum, ad acta exhibenda.

Is autem à quo appellatum fuerit, intra triginta dies, acta ipſa poſtulanti gratis exhibeat; alioquin abſque illis, cauſa appellationis huiuſmodi, prout iuſtitia ſuaſerit, terminetur. Ex eodem, ibidem.

Appellationis cauſa,cui committẽda in partibus.

Quòd ſi appellationis cauſam in partibus committi cõtigerit, alicui probatiſſimo Patri ex vicinioribus Prouincijs committatur, qui nulla ſit ratione ſuſpectus. Ex Valliſolet. 1593.

De Generali Miniſtro, & de Capitulo Generali, ac alijs Capitulis, Miniſtris, & Ordinis Officialibus quibuſuis.

Vniuerſi fratres vnũ de fratribus iſtius Religionis teneantur sẽper habere Generalem Miniſtrum & ſeruum totius fraternitatis: & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio Succeſſoris fiat à Miniſtris prouincialibus & Cuſtodibus in Capitulo Pentecoſtes: in quo prouinciales Miniſtri teneantur ſemper inſimul cõuenire Regula c. viij.

uenire, vbicunque à Generali Miniſtro fuerit conſtitutum. Et hoc ſemel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorem, ſicut à prædicto Miniſtro fuerit ordinatum. Et ſi aliquo tempore appareret vniuerſitati Miniſtrorum Prouincialium & Cuſtodum, prædictum Miniſtrum nõ eſſe ſufficientem ad ſeruitium & communem vtilitatem fratrum, teneantur prędicti fratres, quibus electio data eſt, in nomine Domini alium ſibi eligere in Cuſtodem. Poſt Capitulum verò Pentecoſtes, Miniſtri & Cuſtodes poſſint ſinguli, ſi voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in ſuis Cuſtodijs, ſemel fratres ſuos ad Capitulum conuocare.

Ex Firm. Ord. Et ex Salmant. c. viij. Et ex Vltramont. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

OFFICIALES Ordinis ſunt, Miniſter, Vicarius, Commiſſarius, Procurator, & Diffinitores Generales: Miniſtri, Vicarij, Commiſſarij, Cuſtodes, Diffinitores, & Viſitatores Prouinciales: Guardiani, Præſides, Vicarij, Commiſſarij, & Diſcreti locales; ij videlicet, qui ad Prouincialia Capitula mittendi ſunt. — Officiales Ordinis qui ſint:

Ex Valliſolet. 1593.

Qui omnes cùm per electiones alij, & alij per institutiones, ex antiquis Ordinis Conſtitutionibus, & veteri ac probata conſuetudine fieri conſueuerint, de ijs ipſis ordine dicendum. — De ijs ipſis agendum.

De electionibus in genere.

ExValliſ. 1593 Et ex Cõc. Tri. ſeſſ. xxv. ca. vj.

OMNES electiones Officialium eiuſmodi & Canonicas eſſe, & ex ſacra Tridentina Synodo, per vota ſecre- — Electiones quales eſſe, & qualiter fieri debeãt.

ſecreta fieri debere cautum eſt. Electio autem canonica, ſecundùm antiquam & probatiſſimam Ordinis diſpoſitionem, ea dicitur, quæ à maiori parte Capituli, ſiue Congregationis celebratur. Maiorem verò partem quilibet exceſſus facit, ita vt ſi vota nouem ſint, quinque maiorem partem conſtituant.

Quot vota ad canonicam electionem requirantur.

Ad hoc autem, vt electio canonica canonicè ac ritè fieri poſſit, ad minùs vota quinque requiruntur. Quia verò ſine Diſquiſitoribus electio canonica celebrari non poteſt, idcirco ante omnia Diſquiſitores eiuſmodi eligendi ſunt, & de ijs primò dicendum.

Ex Salmant. c. viij. Et ex Valliſolet. 1593.

Diſquiſitores quot eſſe debeant.

Diſquiſitorũ numerus, & cõditio.

DISQVISITORES autem eiuſmodi neque plures quàm ſex, neque minùs quàm duo eſſe debent: qui etiam de corpore Capituli ſint oportet, niſi præ paucitate vocalium, communi eorum conſenſu, externum quempiam quandoque inſtitui placeat. Quo caſu etiam, ſi communis eorum omnium conſenſus acceſſerit, duo tantum Diſquiſitores inſtitui ac deputari poterunt.

Ex Salmant. c. 8. Et ex Valliſolet. 1593.

A quibus eligendi, ſeu inſtituendi ſint.

Diſquiſitores in generali Capitulo, quomodo inſtituendi.

DISQVISITORES in Generali Capitulo à Generali Miniſtro, ſiue in eius defectu ab antiquiore dignitate in Ordine Diſcreto, qui poſt eum immediatè ſuccedat, proponendi ſunt, & communi conſilio & conſenſu Diſcretorum Ordinis, & Diffinitorum Generalium præcedentis Capituli eligi ſeu inſtitui debent.

Ex Salmant. capitu. viij. Et ex Valliſolet. 1593. Et ex Veteri conſuetudine.

Quomodo itẽ ĩ Capitulo Prouinciali:

In Prouinciali autem Capitulo ab eo qui electioni præfuerit proponantur, & communi conſilio & conſenſu Diſcretorum Prouinciæ, & Diffinitorum præcedentis Capituli, ſimiliter inſtituendi ſunt.

Ex eiſdem.

Quomodo in locali.

In Locali verò Capitulo per Præſidem pariter proponi, & de conſilio & conſenſu Diſcretorum localium inſtitui, ex veteri conſuetudine probatum eſt.

Ex eiſdem

Quibus

Ex eiſdem. Et ex Conc. Trid. Et ex Conſt. Apoſt. Six. V.

Quibus ſeorſum ſic electis ſeu inſtitutis, & coram Præſide & vniuerſa Capitulari Congregatione genuflexis, ſuper ſeruando electionis ſecreto, Præſes eos obſtringat, ſub Excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda; ita vt neque verbo, neque ſcripto, neque nutu, neque ſigno, neque alio quouis modo, eligentium nomina vllo quouis tempore publicentur, aut publicari poſſint.

Super ſeruando electionis ſecreto, Diſquiſitores obſtringēdi: & quomodo.

Ex Salmant. capit. 8. Et ex Valliſol. 1593. Et Vet. Cōſuet.

Deinde Diſquiſitores conſurgant, & loco aperto & conſpicuo, coram capitularibus vniuerſis, ita vt ab omnibus facilè videri poſſint, ad menſam, huius rei gratia iam antea paratam ſedeant.

Diſquiſitoribus quomodo ſedendum.

Ex Valliſolet. 1593.

Sint præterea in eadem menſa vaſa duo, pro ſcriptis ſuffragijs in ea ipſa inferendis, apta & opportuna; ac iter omnia inſtrumenta ad ſcribendum neceſſaria. Habeant quoq; Diſquiſitores ipſi ſchedulam, ſiue folium vnum, in quo omnium eligentium nomina deſcripta ſint.

In menſa Diſquiſitorū, quę ſã eſſe debeãt.

Ex eiſdem.

Eorum autem, qui vel pro dignitate, vel pro habilitate medius ſederit, Secretarij ſcribæ fungetur officio.

Diſquiſitorum quis ſcriba.

Ex Ro. 1587. Et Cōſt. Six. V.

Quia verò ex Sacra Tridentina Synodo, electionis per vota ſecreta celebrandæ, certa forma non præſcribitur; idcirco per ſchedulas ſecretas fieri decernimus.

Schedulis electiones agēdæ.

Ex Vltramon. capit. vij. Et ex Valliſol. 1593.

Cùm autem quamplurimi ſcribere neſciant, atque ideo per alios eorum vota & nomina ſcribi oporteat; idcirco & electionis ipſius ſecreto, & ipſorum eligentium libertati, ac fraudibus quibuſuis proſpicientes opportunè, conſultò decernimus, vt electores ſinguli ad Diſquiſitores, ſeorſum ac ordine accedentes, ab eo qui Secretarij ſcribæ fungitur Officio, duas ad minùs ſchedulas petant, audientibus alijs Diſquiſitoribus; in quibus ſchedulis diuerſorum nomina ſcribantur. Liberum autem erit vnicuique plures etiam ſchedulas petere, prout opportunius eorum ſingulis videbitur.

Schedulas, petere debent electores á Diſquiſitorib. & quot: & quales: & quomodo.

Ex eiſdem.

Ex quibus quā vnuſquiſque maluerit, ſecretò ſelectam, in illud vas, quod in menſa poſitum & ad id ſpecialiter deſignatum fuerit, ſuo loco & ordine vocatus inferat, alijs ſchedulis in aliud vas, in eadem menſa vt ſupra collocatum, ſeorſum illatis.

Quid de habitis ſchedulis faciendum.

Ex eiſdem.

Quibus omnibus in electionis vaſa eiuſmodi, vt dictum eſt, illatis, ab eo qui electioni præfuerit, coram ipſis Diſquiſitoribus, ſupra menſam extrahantur ſchedulæ, quę electioni

Schedulę, quomodo ex vaſis extrahendæ, &: numerandæ.

ctioni ſuffragantur, & numerentur accuratè.

Quomodo legendæ, ac notandæ.

Quibus numeratis, & inſpectis diligenter, ſi nullus error intercеſſerit (quod diligentiùs intuendum eſt) ab ipſis Diſquiſitoribus coram Præſide legantur, & ab eo qui Secretarij ſcribæ fungitur Officio, vota in eo folio, in quo omnium eligentium nomina deſcripta ſunt, diligenter notentur.

Ex eiſdem.

Quomodo electio publicanda, aut iterãda.

Quib... ibus diligétiùs annotatis, ſi electio facta fuerit, ab e... em Secretario ſcriba, clara & intelligibili voce, vt infrà publicetur. Si verò facta non fuerit, iterentur eodem modo ſcrutinia, donec electio facta ſit: ita tamen vt intra diem vnum, hoc eſt à Solis ortu, ad occaſum vſque omnino fiat.

Ex eiſdem.

Quo caſu electio ad Præſidẽ deuoluatur, aut ad Generalem:

Quòd ſi infra tempus prædictum facta non fuerit, liberum ſit Præſidi, ſecundùm iuris diſpoſitionem, quem voluerit, ſecundùm Deum eligere. Si tamen electio Prouincialis Miniſtri fuerit, ad Generalem ipſum omnino pertineat. Interea verò Commiſſarius per Præſidem inſtituatur, & acta Capitularia quæcunque terminentur, perficianturq;.

Ex Clement. Exiui de Parad. Et ex Vltram. cap. vij.

Quo item caſu ad Sanctam Sedem Apoſtolicam:

Si verò Miniſtri Generalis fuerit, & in vigilia ſacrę Pentecoſtes electus non fuerit; eius electio ad ſanctam Sedem Apoſtolicam eò ipsò deuoluta, per Capitulares ea vice ampliùs celebrari non poſſit.

Ex Salmant. c. viij. Et ex Valliſolet. 1593.

Quo etiã ad illos, vel ad illã.

Idipſum quoque reſpectiuè etiam ſeruandum eſt, quo caſu electores ſcienter indignum elegerint.

Ex Clemẽ. Et Vltram. vt ſup.

Publicandæ iã factæ electionis forma.

Electione verò facta, Secretarius ſcriba conſurgat, & clara voce pronunciet.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Vltramont. ca. vij.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Hæc eſt electio N. in hoc Loco N. N. die N. menſis N. anno Domini N. N. per Patres vocales N. N. legitimè congregatos, canonicè, ac rite celebrata. In qua quidem electione Pater frater N. N. habuit vota. N.

Et ab ijs ſemper incipiat, qui pauciora vota habuerint. Et cùm enunciare voluerit nomen illius, qui canonicè fuerit electus, pronunciato ſuffragiorum numero, qui ei ſuffragati ſunt, iterum dicat.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Ego frater N. eiuſdem Ordinis profeſſor, vnus ex Diſquiſitoribus & Compromiſſarijs, virtute compromiſſi limitati in me, &

me, & in ſocios meos facti, nomine meo & nomine omnium veſtrum qui mecum in dictam electionem conſenſiſtis, nomino & eligo in N. N. Patrem fratrem N. N. in quem maior pars eligentium canonicè ac rite conſenſit, & ſic electum denuncio.

Ex Vltramõt. capit. vij. Et ex diſpoſitione iuris communis. Et ex Vet. conſuet.

Electus autem quicunque ſit, præter Generalem Miniſtrum, de quo infrà, nullam auctoritatem habeat, quouſque confirmatus ſit ab eo, qui electioni præfuerit. Qui nimirum, niſi iuſta cauſa ſubſit, ſtatim electum confirmet: qui ſi electioni de ſe factæ conſenſum præbuerit, mox Officium illud acceptare & exercere teneatur. Electus confirmandus: Et qua re: Et quando.

Ex Comp. Priuil. tit. Electio. §. iiij. Et ex Cõſtit. Pij V. Paſtoralis Officij &c. Et ex Vltramont. cap. vij.

Illud verò etiã animaduertendum eſt, quòd ex declaratione Apoſtolica, in electionibus & confirmationibus prædictis, electores & confirmatores ſolemnitatibus aut formis à iure ſtatutis non arctantur, ſicuti nec electiones ipſæ quouis prętextu aut quæſito colore coarctari poſſunt, nec ſanè debent. Electores & Cõfirmatores, formis iure ſtatutis non arctantur.

Ex eadẽ Conſtit. Pij V.

Quamobrem ſi quis ſine ſpeciali facultate Apoſtolica electiones aut electores coarctauerit quoquo modo, quominus liberæ ſint, aut liberè agant, Officio eò ipsò priuatus exiſtat, vt Apoſtolica Sanctione cautum eſt. Electiones coarctantium pœnæ.

Ex Cõc. Trid. ſeſſ. xxv. cap. vj. de Regularib.

Illud etiam notandum eſt, abſentium vota, ex ſacra Tridentina Synodo ſuppleri non poſſe, ac nemini præſenti vel abſenti votum aut ſuffragium cuiquam committere licere. Abſentiũ uota haud ſupplenda.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Conſtit. Six. V. Et communis &c.

Et vt ſuffragia ſeu vota, ipſorumq; eligentium nomina omnino ſecreta ſint & occulta, ita vt nunquam publicentur, nec publicari poſſint, electione facta, ſiue peracto Scrutinio, mox ſchedulæ, & omnia ſcripta eiuſmodi, coram ipſis Capitularibus vniuerſis omnino comburantur, prout etiam Apoſtolica Sanctione iam cautum eſt. Quod omnino etiam fieri oportet quoties in Scrutinio aliquis error interceſſerit; ita vt nullo quouis caſu, prætextu, aut quæſito colore eligentium nomina & vota publicentur, ſed ſemper ſecreta ſint, atque omnino occulta perpetuò ſeruentur. Electiõis ſchedulæ, poſt electionem comburẽdę: Et quo modo.

De eorum qualitatibus, qui ad prædicta Officia promouendi ſunt.

Sufficiẽtia eorum, qui ad Officia in Ordine ꝓmouẽdi sũt, ex Regula ipſa innuitur.

ETSI nullus fratrum ab huiuſmodi Officijs ex Regulæ præſcripto excludi videatur, ex ea tamen innuitur, quales eſſe debeant qui ad Ordinis dignitates, gradus, honores, & Officia promouendi ſunt. Nam vbi de Generali Miniſtro agitur, dicit expreſsè. *Et ſi aliquo tempore appareret vniuerſitati Miniſtrorum Prouincialium & Cuſtodum, prædictum Miniſtrum non eſſe ſufficientem ad ſeruitium, & communem vtilitatem fratrum, teneantur prędicti fratres, quibus electio data eſt, alium ſibi eligere in Cuſtodem.* Quòd ſi de Generali Miniſtro id cauetur expreſsè, de alijs profectò etiam caueri oportet. Et ſanè id ratio ipſa depoſcit, vt qui ad munus aliquod aſſumitur, talis ſit, qui eius neceſſitatibus ſatisfacere ſufficiat, vt etiam ſacra Tridentina Synodo cautum eſt.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Regula ca. viij. Et ex Conc. Trid. ſeſſ. xxij. cap. ij. de Reform. & ſeſſ. xxiiij. c. j. & xij. de Reform.

Nonnulli ad aliqua, alij ad alia, quidam ad omnia Ordinis Officia inhabiles.

Qui ergo ad Ordinis dignitates & Officia promouendi ſunt, ad ea & pro dignitate, & diligenter exequenda, & habiles, & ſufficientes eſſe debent. Nam ſunt plerique, qui ad aliqua quidem, alij verò ad alia, & nonnulli ad omnia Religionis munera, dignitates, gradus, honores, ac Officia, & ſacrorum Canonum iure, & Sanctionibus Apoſtolicis, & ſacri Concilij Tridẽtini Decretis, & ipſis Ordinis ipſius Conſtitutionibus inhabiles & incapaces omnino redduntur.

Ex Valliſolet. 1593.

Eorum inhabilitas, qui ex Iudæis, Mauris, Mahumetanis, vel Hæreticis deſcendũt.

Et primo loco qui ex Iudeis, Mauris, Mahumetanis, vel hęreticis damnatis, quorum ſtatuæ aut oſſa combuſta ſunt, originem ducunt, & iam ad Religionis habitum admiſſi ſunt, ad omnia prorſus Ordinis Officia omnino ſunt inhabiles, & ad vocem tam actiuam, quàm paſſiuam perpetuò inhabilitantur, nec cum eis ſine ſpeciali facultate Apoſtolica diſpenſari licet.

Ex eiſdem. Et ex Conſt. Pauli IIII. & Greg. XIII.

Eorum item, qui ex ſacrilegio procreati ſunt:

Secundò qui ex ſacrilegio procreati ſunt: qui etſi ex moderatione Gregorij XIIII. Summi Põtificis ad Religionem admitti, non tamen ad eiuſdem dignitates & Officia promoueri poſſunt.

Ex Conſt. Six. V. Etſi de omnibus &c.

Illegitimorũ etiam.

Tertiò illegitimè nati: quos etiã ad Religionis habitum admitti poſſe prohibetur; cùm inter cętera qui recipiendi ſunt,

Ex Valliſolet. 1565. & 1593.

ſunt, legitimè natos eſſe oporteat. Et ſi ſpeciali & rationabili aliqua de cauſa, antea Diffinitorio probata, recepti fuerint, tamen ad Ordinis dignitates & Officia, quæ ad reſidentiam & regimen ſpectant, prorſus inhabiles declarantur, niſi cum eis, prout de iure, diſpenſatum fuerit.

Ex ſupradictis omnib. Apoſt. Conſtit. Et ex Valliſol. 1565. & 1593.

Supradicti omnes ſimul iunguntur & ſimul inhabilitãtur.

Hos omnes, quos ſuprà diximus, ad Religionem admitti non poſſe, iam cautum eſt. Et qui iam recepti ſunt, ad Ordinis Officia quæcunque omnino inhabiles exiſtunt, niſi cum eis fuerit ſpecialiter diſpenſatum; de qua diſpenſatione per literas Generalis Miniſtri, eius propria manu obſignatas, & Officij ſigillo munitas, conſtare antea debet. Qui præterea omni ſuffragiorum iure perpetuò priuantur.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex diſpoſitione iuris cõmunis.

Inhabilitas ex defectibus etiã & delictis prouenit.

Nonnulli verò ad aliqua, & alij ad alia Ordinis Officia propter eorum defectus, delicta, exceſſus, & crimina vel perpetuò, vel ad certum tempus inhabilitantur, prout ipſis Ordinis Conſtitutionibus expreſſiùs cauetur.

Ex eiſdem. Et ex Conc. Trid. ſeſſ. xxij. c. j. de Reform.

Dignis & habilibus Officia conferenda: Et quare.

Dignis ergo & habilibus dignitates eiuſmodi, gradus, honores, & Officia conferenda ſunt, vt qui alijs dignitate præſtant, & integritate vitæ, & virtutum pręſtantia pręcellant. Nihil eſt enim quod ſubditos ad pietatem, & ad retinendam regularis vitæ diſciplinam magis incendat & inſtruat, quàm eorum vita & exemplum, qui alijs præpoſiti ſunt. Cùm enim in altiorem ſublati locum conſpiciuntur, in eos, tanquam in ſpeculum, reliqui oculos conijciũt, ex ijsq; ſumunt quod imitentur.

Ex eiſdem. Et ex Conc. Trid. ſeſſ. xxij. cap. ij. de Reform.

Scientia promouẽdis neceſſaria: Et alia quoque, ſuo loco dicenda.

Scientia verò, pręter hęc, etiam pollere debent, qua muneribus iniunctis, & eorum neceſſitatibus ſatisfacere poſſint. Illis pręterea qualitatibus præditi ſint, de quibus ſuo loco de ſingulis dicetur.

De Generali Capitulo.

Ex Regula. Et ex Cõſt. Leo. X. Ite & vos &c.

Generale Capitulum ſingulo ſexennio celebrandum.

GENERALE Capitulum ex Regulæ pręſcripto, ad arbitrium Generalis Miniſtri, ſingulo quoque triennio celebrandum eſt, vel ad alium terminum maiorem vel minorem, ſicut à prædicto Miniſtro fuerit ordinatum. Ex diſpoſitione verò Apoſtolica ſingulo quoque ſexennio illud celebrari oportet, vel quoties noua Generalis Miniſtri electio celebranda eſt.

Quo loco & tempore celebrandum ſit.

Generale Capitulum, alternatim in vtraque familia celebrandum.

Ex Bulla Vnionis. Leo. X. Ite & vos &c.

QVIA verò Generale Capitulũ certo loco & tempore celebrandum eſt, idcirco de ijs ſtatuitur, vt quãuis ex Regulę præſcripto liberum ſit Generali Miniſtro illud ipſum celebrare vbicunque voluerit; ex diſpoſitione tamen Apoſtolica, pro conſeruanda pace, & vnione retinenda, alternis vicibus, modò in ciſmontanis, modò verò in vltramõtanis partibus, vbi à Generali Miniſtro de Diſcretorũ Ordinis cõſilio & cõſenſu conſtitutũ fuerit, celebrandũ eſt.

Locũ Generalis Cap. mutare põt Generalis:

Ex Salmant. cap. viij.

Ipſi tamen Generali Miniſtro integrum erit, vrgentibus de cauſis, de conſilio aliquorum Patrum Ordinis, locum mutare, prout opportunius videbitur.

In Vigilia Pẽtecoſtes celebrãdum omnino Gener. Capit.

Ex eiſdem.

Tempus verò Generalis Capituli adeò præſcriptum eſt, vt illud in Vigilia ſacræ Pentecoſtes omnino ſemper celebrandum ſit, ita vt nullo quouis prætextu vel quęſito colore illud produci vel contrahi poſſit.

Propter aliquorum abſentiam non differenda quæ in Generali Cap. tractãda ſunt.

Ex eiſdem.

Et ſi omnes, qui Generali Capitulo quauis ratione vel conſuetudine intereſſe debent, ad præſcriptum tempus non conuenerint; non propterea omittenda erunt quæ capitulari loco & tempore tractari, terminari, & expediri oportebit.

Generali etiã abſente, celebrandum Generale Capitulũ.

Ex eiſdem.

Quinimmo etiam ſi Generalem Miniſtrum deeſſe contigerit, aut etiam vocales quamplurimi defuerint, Generale tamen Capitulum præſcripto tempore omnino celebrandum eſt.

In Generalis abſentia, quis Capituli Præſes.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Salmant. c. viij.

Quòd ſi Generalis Miniſter opportuno loco & tempore non venerit, Diſcretus Ordinis qui dignitate antiquior Generali Capitulo interfuerit, illi præſideat, niſi ipſe Generalis Miniſter de plenitudine poteſtatis alium ſpecialem Commiſſarium & Pręſidem, ad id ſpecialiter delegatum miſerit & deputauerit.

Tpe Gen. Capit. nil ĩ prouĩcijs innouãdũ.

Ex Salmant. cap. viij.

Quo tempore verò Generale Capitulũ celebratur, in Prouincijs, donec & quouſque Prouinciales Miniſtri & Cuſtodes ad propria redierint, nihil omnino innouetur.

Quo caſu Cõmiſſarij, tpe Generalis Capituli aliqua innouare poſſint.

Ex eiſdem.

Quòd ſi contigerit Guardianum quempiam aut Monialium Confeſſarium tale crimen admittere, quòd eius punitio, aut etiam priuatio differri ſine ſcandalo non poſſit; eo caſu Commiſſarius Prouinciæ, communi Patrum conſilio

conſilio & conſenſu, criminoſum punire, ac Officio etiam deſtituere, & alium Vicarij ſiue Præſidis nomine eius loco, vſque ad prædictorum Patrum à Generali Capitulo reditum, ſubſtituere poterit.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Et quicquid ſecus temere attentatum fuerit, irritũ & inane decernimus; ac præterea qui ſecus facere auſerit, ſuffragiorum iure, & Officio quocunque eò ipsò priuatus ſit, ac grauiùs etiam puniatur, Superiorum arbitratu.

Temere innouata quomodo punienda.

De ijs, quæ ante Generale Capitulum agenda ſunt.

Ex Valliſolet. 1593.

QVo autem loco & tempore Generale Capitulum celebrãdum ſit, Generalis Miniſter Vniuerſum Ordinẽ admoneat, ac illis qui ad illud quouis iure vel conſuetudine accedere, illiq; intereſſe debent, per literas patentes, quas citatorias vocant, opportunè indicet ac ſignificet.

De loco & tẽpore Generalis Capituli vniuerſus Ordo admonendus: Et quomodo.

Ex eiſdem. Et ex Conc. Trid. ſeſſ. xxiiij. ca. j. de Reſor.

Quod vbi primùm ſignificatum fuerit, ſupplicationes & preces publicè ac priuatim habeantur, atque à Prouincialibus Miniſtris per vniuerſas Prouincias ea ſingula indicantur, quibus fratres bonum à Deo Patrem & Paſtorem impetrare mereantur. Inter cętera verò à Paſchate Reſurrectionis Domini, ad diem electionis vſque, ſingula quaque quinta feria, ſolemni feſto non impedita, Miſſa de Spiritu Sancto in ſingulis Conuentibus, huius rei gratia, decantetur, & à ſingulis Sacerdotibus vel ſtata ſaltem oratio dicatur. Quotidie autẽ Hymnus *Veni creator Spiritus &c.* cum Verſiculo & Oratione de Spiritu ſancto, de Beata Virgine, ac Seraphico Patre noſtro Sancto Franciſco in Choro dicatur, vel decantetur etiam, prout vſu venerit opportunius.

A recepta Generalis Capituli intimatione, quæ præſtanda ſtoto Ordine, vſque ad Aſcenſioně Domini:

Ex eiſdem.

Ab Aſcenſione verò Domini, ad Pentecoſten vſque, ſingulis feſtis diebus per Eccleſias & clauſtra proceſſiones fiant, ac Litaniæ piè decantentur.

Quę itẽ ab Aſcẽſione vſq; ad Pentecoſten:

Ex eiſdem.

In ipſa verò ſacrę Pentecoſtes Vigilia omnes confiteri velint, Sacerdotes celebrent, ac alij omnino omnes communicent, ac ſummo mane ſolemnis Miſſa ſolemni ritu & cantu celebretur, ſolemniſq; proceſſio per Eccleſiã & clauſtra fiat; vt vel ſic profuſis precibus & cordibus, optimum Patrem & Paſtorem per Dei miſericordiam nobis de Cęlo dari contingat.

Quæ pariter in ipſa Pentecoſtes Vigilia.

Grauiſſima ad Capitulares cohortatio, de dignioribus & aptioribus eligẽdis.

Omnes verò & ſingulos, qui ad hoc quodcunque ius, quacunque ratione habent, aut alioquin operam ſuam prę-ſtant, nihil in ijs pro præſenti temporum ratione innouando, admonemus, ac vehementer hortamur in Domino, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, publicam totius Ordinis vtilitatem, ac fratrum ſalutem vtilius facere poſſe, quàm ſi bonum Patrem & Paſtorem, cum reliquis Patribus, qui eum conſilio & opera iuuare poſſint, promouere ſtudeant; eoſq; alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, niſi quos digniores, aptioreſq; regimini, & Religioni magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, aut humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint, & quos vita, ætate, doctrina, pietate, alijſq; omnibus qualitatibus præditos agnouerint, quæ iuxta ſacros Canones, & regularia ſanctorum Patrum Inſtituta requiruntur. Ex eiſdem.

Etiam in Generali Congregatione, & Capitulis Prouincialib. digniores ſemper eligendi.

Hęc autem omnia & ſingula reſpectiuè, & in Congregatione Generali, & in Prouincialibus Capitulis, exactè quidem, atque accuratè etiam ſeruentur vbi de Commiſſarij Generalis, ac Prouincialium Cuſtodum, Diffinitorum, Guardianorum, & aliorũ Officialiũ electione & inſtitutione agitur; vt tales omnino ſemper eligantur, qui ſuo muneri dignè ac laudabiliter obeundo reſpondere poſſint. Ex Valliſolet. 1593.

De ijs, qui ad Generale Capitulum vocandi ſunt, & ad illud accedere debent.

Diſcreti Ordinis, ad Generale Capitulũ vocari, & accedere debent:

PRIMÒ Diſcreti Ordinis, qui ideo vel in primis vocandi ſunt, quia Generalis Miniſtri ſyndicatus ad eos pertinet, vt ſuo loco dicetur. Ex Valliſolet. 1593. Et ex Vltramont. c. vij.

Miniſtri itẽ, & Cuſtodes.

Secundò Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodum Cuſtodes, ad quos ex Regulæ pręſcripto, Generalis Miniſtri, & ex diſpenſatione Apoſtolica, & antiquis ac probatis Ordinis Conſtitutionibus, Commiſſarij Generalis, ſecundùm bullam vnionis eligendi, ac Diffinitorum Generalium electio ſpectat: atque ideo ſupradicti omnes accedere debent, ſub pœna priuationis Officij, ac vocis actiuæ & paſſiuæ per annos Ex eiſdem. Et ex Bul. Leo X. Ite & vos &c. Et ex Salmant. cap. viij.

nos tres, eò ipſò incurrenda, niſi legitimo impedimento, Generali Capitulo probato detineantur.

Ex Salmant. cap. viij.

Quo caſu Cuſtodis loco, quem legitimè impediri contigerit, per Miniſtrum & Vocales, ſi adhuc in Capitulo fuerint, vel ſi poſt Capitulum, per habentes votum in Diffinitorio, alius eligi aut deputari poſſit.

Cuſtode legitimè impedito, quid agendum.

Ex eiſdem.

In euentu autem quòd Prouincialis Miniſter ad Generale Capitulum accedere non poſſit, de Patrum Diſcretorum conſilio & aſſenſu, ſui loco Commiſſarium inſtituat.

Quid pariter in legitimo Miniſtri impedimento.

De Cuſtodibus eligendis.

Ex Salmant. cap. viij.

Dicti autem Cuſtodes, in Prouincialibus Capitulis, ipſum Generale Capitulum immediatè præcedentibus, ſemper eligantur.

Vbi & quādo Cuſtodes eligi debeant.

Ex eiſdem.

Ac patentes electionis eiuſmodi literas, Prouincialis ac Patrum propria manu obſignatas, & maiori Prouinciæ, capitularisq́; Conuentus ſigillo munitas, ſecum afferre teneantur, Patribus in Generali Capitulo legitimè congregatis, opportuno loco & tempore exhibendas.

Electionis teſtimonia, ab illis afferēda: & qualia.

Ex eiſdem.

Qui Cuſtodes in Prouincialibus Capitulis canonicè ac ritè per Vocales electi, veluti dum actu ſunt, ſic perfuncti huiuſmodi Officio, etiam inter Prouinciarum Patres, in ſua quiſque Prouincia numerentur, ac re vera ſint.

Suo perfuncti Officio, Patres Prouinciæ cenſendi.

De expenſis pro euntibus ad Generale Capitulum fiendis.

Ex Ro. 1571.

Qvia verò Prouinciales Miniſtri & Cuſtodes, ex Regulæ preſcripto, & per obedientiam ad Comitia Generalia, etiā in remotiſſimis partibus quandoque celebranda, omnino accedere tenētur; propterea decernimus, ac diſtrictè etiam præcipimus, omnes ſumptus pro itinere eiuſmodi obeundo neceſſarios ac ſufficientes, per Prouincias, iuxta contributionem, Patrum iudicio, per ſingula Prouinciarum Loca proportionaliter taxandam, ſuppeditandos eſſe, ac ſuppeditari debere, ſub pœna priuationis Offi-

Neceſſarij ſūptus ad Comitia Generalia euntibus, quomodo prouidēdi.

cij, ac ſuffragiorum iuris, renitentibus aut negligentibus etiam Guardianis, aut alijs Locorum Superioribus, quocunque nomine vocentur, eò ipsò incurrenda.

Communi beneficio operam dantes, communibus etiam expenſis conducendi.

Iuſtum enim ac rationabile omnino videtur, ac re vera eſt, vt qui pro communi ac publico totius Ordinis beneficio, graues itinerum eiuſmodi labores, & quidem non ſine graui, ac ſæpe etiam manifeſto uitæ periculo ſubeunt, communibus etiam Prouinciarum expenſis conducantur. Ex Vallisolet. 1593.

Euntibus parcè ac modeſtè viuendum.

Illos tamen admonemus atque hortamur in Domino, vt euntes & redeuntes, ita parcè ac modeſtè ſe gerant, vt ſanctæ paupertatis ſemper meminerint, pro Inſtituto quod piè ac ſanctè profitentur. Ex eiſdem.

De ijs, quæ in Generali Capitulo peragenda ſunt.

Capitularibus, vbi primùm peruenerint, Deo gratiæ agendæ: Et quales.

CAPITVLARES omnes, ad præſcriptum tempus vbi primùm conuenerint, illis ante omnia vel in primis Deo gratię agendæ ſunt, quòd eius ſingulari beneficio atque immenſa miſericordia, pro communi totius Ordinis vtilitate, ad eius laudem & gloriam conuenite potuerint. Id autem ſolemni campanarum ſono ſignificetur, ſolemniq; per capitularem Eccleſiam & Locum proceſſione facta, Miſſa ſolemnis pro gratiarum actionibus, ſolemniter decantetur. Ex Vallisolet. 1593. Et ex Conc. Triden. ſeſſ. j. cap. j.

Generaliū Superiorum Syndicatus inſtituēdus: Et ꝑ quos.

Deinde Patres Ordinis Diſcreti, tum perpetui, tum qui pro tempore fuerint, in loco ad id ſpecialiter deputato, pro Generalis Miniſtri, & Commiſſarij item Generalis ſyndicatu, ad Conſtitutionis Apoſtolicę pręſcriptum peragendo, conuocentur. Ex Conſt. Apoſt. Pij V. Et Greg. XIII. Et ex Vltramont. cap. vij.

Generalibus abſentibus, vocandi Miniſtri & Cuſtodes.

Quibus congregatis, ijdem Generales abſcedant, donec eorum ſyndicatus peragitur: & ad Patres vt ſuprà congregatos, omnes & ſinguli Prouinciarum Miniſtri & Cuſtodes ordine vocati accedant. Ex eiſdem

Si quæ aduerſus Generales querelæ, quomodo producēdæ:

Et ſi quas aduerſus prædictos querelas, proceſſus, aut ſcripturas ex Prouincijs habent, eiſdem Patribus exhibeāt. Scripturæ autem eiuſmodi, per Prouinciarum Diſcretos propria manu obſignatæ, & maiori ipſarum Prouinciarum ſigillo munitę ſint. Ex eiſdem.

Quòd

Ex Vallisolet. 1593. Et ex Vltram. cap. vij.

Quòd ſi nihil habuerint, id per literas ſimiliter obſignatas oſtendant & edoceant: quas, vt nullus fraudi aut dolo locus ſit aut eſſe poſſit, exhibere teneantur. Quod niſi fecerint, ad ſuffragia in eo ipſo Generali Capitulo ferenda non admittantur. Si verò nullæ fuerint, quomodo id teſtandū.

Ex eiſdem.

In ea verò Congregatione præſideat qui Ordinis Diſcretus, aut perpetuus, aut pro tempore antiquior fuerit. In Syndicatu eo quis Præſes.

Ex eiſdem.

Quibus auditis, viſis, lectis, & diligenter ac maturè cōſideratis, & examinatis accuratè, ſi quid aduerſus eos graue, quòd legitimè probatum ſit aut indiciatum vehementer, vocentur ſeorſum, ac ſigillatim audiantur; & auditis, negotium terminetur, prout iuſtitia ſuaſerit: ita tamen vt neque priuentur Officio, neque ſuſpendantur etiam, nec verò aliqua grauis pœnitentia imponatur eiſdem, donec Officio renunciauerint; quod ante electionem mox futuram, pro veteri ac probata conſuetudine immediatè fieri debet. Reſultātibus ex Syndicatu grauibus aliquibus contra Generales, quomodo ij vocandi ſint & tractādi:

Ex eiſdem.

Tunc enim ſi reprehenſione aut correctione digni fuerint, aut reprehendantur, aut corrigantur ab eo qui præfuerit; qui antiquior dignitate Ordinis Diſcretus ſemper ſit, prout ſuprà ſtatutum eſt. Quomodo iſti reprehendēdi, aut corrigēdi.

Ex eiſdem. Et ex Cōſt. Greg. XIII.

Peracto Syndicatu eiuſmodi, vterque in Diffinitorium & Congregationem prædictā admittatur, & Generalis Miniſter in omnibus præſideat, donec Officio renunciauerit. Quō poſt Syndicatū, in Diffinitoriū admittendi.

Ex Vallisolet. 1593.

Poſtea Generalis Miniſter de prædictorum Patrum conſilio & conſenſu, cauſarum Auditores deputet, qui ad eandem Congregationem referant quicquid iudicandum cenſuerint, ac cetera negotia diſponātur, prout tempus dictauerit. Cauſarum Auditores deputādi: Et quod eorum munus.

Ex eiſdem. Et ex Salmant. c. viij.

Feria quinta ante ſacratiſſimam Pentecoſten, hora competenti, Miſſa ſolemnis de Spiritu Sancto ſolemniter, ac ſolemni ritu & apparatu decantetur. Fer. V. ante Pent. ſolēmnis Miſſa cantāda.

Ex eiſdem.

Poſt quam dato capitularis cāpanæ ſigno, Capitulares omnes in locum ad id ſpecialiter deputatum conueniant, ac ordine ſedentes, vt infra præſcribetur, ſermonem, qui pro antiqua, laudabili, ac probata Religionis conſuetudine, de rebus capitulari loco & tempore tractandis, ac præſertim de Generali Miniſtro & alijs Superioribus & Prælatis eligendis, ſemper habendus eſt, attentè audiant. Capitulares cōuocandi: & ad eos cōgregatos de rebus Capitularibus habēdus ſermo.

Ex Vallisolet. 1593. Et ex Cō.

Orator autem, Miniſtri Generalis arbitrio delectus, omni Chriſtianæ pietatis ſtudio, & perſuadendi ratione, Sermonem habēs quæ in pri-

Capi-

mis ſuadere debeant, vel diſuadere. Capitulares efficaciter hortari ſtudeat, & inducere conentur, vt quos ad obeunda munera magis idoneos & habiles cognouerint, eos pro Dei gloria, proq; animarum ſalute, ac communi totius Ordinis beneficio eligere velint; atq; quàm grauiter peccent qui ſecus fecerint, grauiſſimis, efficaciſſimisq; rationibus oſtendat ac demonſtret; atque vel in primis ab omni ſubornationum genere, eos grauiſſimè deterreat. Trid. ſeſſ. 24. cap. j. de Ref.

Poſt prædicta Corpus Chriſti Domini exponendum: Et quadragita horarũ oratio facienda ad præſcriptum. Qua oratione peracta, magno ac ſolemni campanarum ſono, ad Eccleſiam ordine procedant, ac pias preces, religioſo more, alternis vocibus piè canentes, Sacratiſſimum Corpus Chriſti Domini, Generalis Miniſtri iuſſu exponatur, Chriſtiana pietate & religione adorandum, quadraginta horarum oratione, deſideriorum noſtrorum fideli internuncia, & omnium bonorum reconciliatrice, ſolemniter indicta: & ſeruata temporis & perſonarum diſtributione ad præſcriptum Tabellæ, Generalis Miniſtri iuſſu conficiendæ, die noctuq; quauis hora ſine intermiſſione, orationis incenſum in conſpectu Domini dirigatur; vt vel ſic inſtantiſſimis precibus, bonum à Deo Patrem, & Paſtorem impetrare mereantur. Ex Valliſolet. 1593.

Eadẽ oratio, eodem tempore in vniuerſo Ordine agẽda. Quam etiam in omni totius Ordinis Eccleſia, eodem tempore celebrari iubemus & decernimus, vt tantò faciliùs diuina clementia preces noſtras exaudiat, quantò maior piorum multitudo, in vno Chriſtianę pietatis & charitatis ſpiritu copulata, continuatas ad Deum orationes effuderit. Ex eiſdem.

Poſt prandiũ, ſigilla Prouinciarum à Miniſtris, & literæ Cuſtodiatus à Cuſtodibus prę ſentanda. Deinde poſt prandium congregatis Patribus Ordinis Diſcretis, ad eos omnes & ſinguli Prouinciarum Miniſtri & Cuſtodes, ſigillatim ac ſeorſum ordine vocati accedant: & illi quidem ſuæ quiſque Prouinciæ ſigillum, iſti verò patentes Cuſtodiatus literas, obſignatas ac ſigillo munitas, vt ſuprà ſtatutum eſt, oſtendant; ne quiſquam ad electiones, canonicè ac rite celebrandas, indebitè admittatur, vel excludatur ab eiſdem. Ex Salmant. ca. viij. Et ex Vltramont. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

Sequenti fer. vj. quæ agẽda à Capitularibus: quæ cauenda. Feria ſexta quieſcant omnes, ad inuicem conferant, communicent, conſulant: ſed ab omni prorſus ſubornationum genere caueant, ne Excommunicationis pœnam, auctoritate Apoſtolica contra ſubornatores illatam, incurrant. Ex eiſdem. Et ex Conſt. Pij. V. Paſtoralis officij &c.

Sabbato ab omnibus conſi. Die ſabbati ſummo mane, Capitulares non ſolùm, ſed Ex Valliſolet. 1593.

&c alij

& alij quicunque omnino omnes, Sacramentali Confeſſione præmiſſa, celebrent; & qui celebrare non poterunt, aut Sacerdotes non fuerint, omnino communicent. *tendum, communicãdumq́. aut celebrãdũ.*

Ex eiſdem. Et ex Salm. c. viij. Hora verò competenti, ſolemnis Miſſa de Spiritu Sancto ſolemni ritu, apparatu, & cantu, ſolemniter celebretur. *Miſſa de Spiritu ſãcto canẽda*

Ex eiſdem. Poſt hæc Generalis Miniſtri iuſſu, datis quibuſdam Capitularis campanę ictibus, Capitulares omnes in locum, ad electiones celebrandas ſpecialiter deputatum conueniant. *Capitulares cõgregandi. Locus electionis claudẽdus.*

Ex eiſdem. Et clauſis oſtijs, niſi vrgente neceſſitate, cui lex præſcribi non poſſit, nemini omnino egredi liceat, donec & quouſque Generalis Miniſtri electio facta ſit.

Ex Clem. Exiui de Parad. Et Bul. Leo. X. Ite & vos &c. Et ex Salmãt. c. viij. Quòd ſi eodem die facta non fuerit, ampliùs fieri non poſſit, ſed ad Sedem Apoſtolicam deuoluatur. Omnino enim oportet, vt in vigilia Pentecoſtes, Generalem Miniſtrum Ordo habeat. *Eo ipſo die niſi fiat electio, ad Sedẽ Apoſtolicã deuoluetur.*

Ex Val. 1593. Et ex Vet. cõſ. Et ex Cõc. Tri. ſeſſ. xxiiij. cap. j & xij. Congregatis itaque ac ordine ſedentibus, Generalis Miniſter breui quidem, ſed omnino pio ac graui ſermone ad Capitulares legitimè congregatos habito, eos grauiter & efficaciter hortetur, vt cum in Generalem Miniſtrum eligere velint, qui tanto oneri ac muneri, ad Dei laudem & gloriam, ac ſeruitium & communem vtilitatem fratrum, dignè ac fructuosè ineundo, & ſubeundo ſufficiat, ac reſpondere poſſit; eos autem grauiſſimè quidem peccare, qui aut indignum, aut certè minùs idoneum ac ſufficientem, prauo affectu elegerint, admoneat, oſtendat, & demonſtret. *A Generali Miniſtro ſermo habendus: Et qualis.*

Ex Vet. cõſ. Et ex Valliſolet. 1593. Qui cùm perorauerit, Capitulares genuflexos, Generali Confeſſione per eos de more præmiſſa, ad effectum electionis celebrandę, ſub forma ſequẽti, generaliter abſoluat. *Abſolutio generaliter faciẽda.*

Forma Generalis abſolutionis, in omnibus Capitulis, tam Generalibus, quàm Prouincialibus ante electiones, canonicè ac ritè celebrandas ſeruanda.

MISEREATVR veſtri &c. Indulgentiam & remiſsionem &c. Dominus noſter Ieſus *Eius forma.*

Chri-

Chriſtus uos abſoluat, & ego auctoritate ipſius, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, mihi in hac parte commiſſa & vobis conceſſa, abſoluo uos ab omni uinculo Excommunicationis, ſi quam incurriſtis, & reſtituo uos vnioni & participationi fidelium, nec non ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, diſpenſando uobiſcum in omni ſententia irregularitatis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi qua innodati eſtis: & ad effectum electionis, canonicę ac rite nunc per vos celebrandæ, quatenus opus ſit & indigetis, uos habilito. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

Hymnus Veni Creator Spiritus &c. canendus: Et quomodo.

Qua abſolutione facta, mox Generalis Miniſter & ipſe genibus flexis. Hymnum *Veni Creator Spiritus &c.* precinat: quem Capitulares alternis vocibus proſequentes ſuccinant. Quo finito, verſus ſequentes cum ſuis reſponſorijs, & orationibus, vt infrà ordine poſitis, canantur.

Ex Salmant. c. viij. Et ex Valliſolet. 1593.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*
℟. *Qui fecit Cælum, & Terram.*
℣. *Sit nomen Domini benedictum.*
℟. *Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.*
℣. *Deus virtutum conuertere.*
℟. *Reſpice de Cęlo, & viſita vineam iſtam.*
℣. *Memento Congregationis tuæ.*
℟. *Quam poßediſti ab initio.*
℣. *Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.*
℟. *Sed cito anticipent nos miſericordiæ tuæ.*
℣. *Elige Dauid ſeruum tuum.*
℟. *Paſcere Iacob & Iſrael hereditatem tuam.*
℣. *Emitte Spiritum tuum & creabuntur.*
℟. *Et renouabis faciem terræ.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te perueniat.*
℣. *Dominus Vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Oremus.

DOMINE, qui corda noſti omnium, cui omnis uoluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum, oſtende nobis, quem elegeris accipere locum Miniſterij huius, in quo pio in nos ſtudio ſemper tibi placitus, familiam tuam virtutibus inſtruat, & fidelium mentes ſpiritualium aromatum odore perfundat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Ex Salmant. capi. viij. Et ex Vltramont. ca. vij. Et ex Veteri conſuet.

Poſtea Diſcretis Ordinis tum perpetuis, tũ pro tempore exiſtentibus, opportuno loco ſegregatis, Diſquiſitores ſex, tres ex vna, & tres ex altera familia, per ipſum Generalem Miniſtrum proponantur, & per eos probati, ab eo inſtituantur, vt ſuprà ſtatutum eſt, iuxta veterem ac probatam Religionis conſuetudinem.

Diſquiſitores inſtituendi: Et quot: Et quos: Et quomodo.

Ex Veteri cõſuet. Et ex Valliſolet. 1593.

Quibus inſtitutis & Sacramento aſtrictis, vt ſuprà cautum eſt, tunc Generalis Miniſter, & Commiſſarius item Generalis ſecundùm Bullam vnionis electus, Officio renunciẽt, & id humiliter quidem, ac genibus flexis, pro veteri ac probata Religionis conſuetudine.

A generalibus renunciãdum: Et quo pacto.

Ex eiſdem.

Quibus dignitate antiquior in Ordine Diſcretus, aut pro laboribus & meritis gratias agat, aut pro demeritis pœnas imponat, prout iuſtitia ſuaſerit, vt ſuprà cautum eſt. Illud verò vel maximè caueat, ne eos aut inanibus verbis extollat, aut duris reprehenſionibus nimis acriter carpat: ſed grauiter ac modeſtè, pro eorum dignitate, aut vnum aut alterum præſtet, merita diſcernat, & vt verus & iuſtus Iudex, pro qualitate factorum, aut ſupplicia, aut merita decernat.

Renunciantibus Generalibus, quę præſtanda ab antiquiori Ordinis Diſcreto.

Ex eiſdem. Et ex Salmant. c. viij.

Quibus peractis, Diſquiſitores vt ſuprà inſtituti & Sacramento aſtricti, loco aperto & conſpicuo ſedeant, ita vt ab omnibus facilè videri poſſint.

A Diſquiſitoribus in loco aperto ſedendũ.

Ex eiſdem.

Ad eos Capitulares ſinguli ſeórſum ordine vocentur, accedant, ſchedulas petant, acceptas in vaſa inferant, ac cætera ſeruent, vt ſuperiùs ſuo loco cautum eſt.

A Capitularibus ferenda ſuffragia.

Ex Valliſolet. 1593.

Electionis autem ſchedulam in vas vt ſuprà in menſa præpa-

In ferendis

suffragijs, iurādum: Et quo pacto:

præparatum inferentes, ſequentia verba, clara & intelligibili voce, ſinguli coram Generali Miniſtro, aut eius qui nomine illius præſederit, proferant.

Testor Devm, me in Miniſtrum Generalem illum nominare, quem & vitæ probitate, & gubernandi peritia idoneum agnoſco.

In Prouincialibus electionibus, ita etiam iurandum.

Quæ quidem verba in omni electione, tam Generalium, quàm Prouincialium Miniſtrorum, Diſſinitorum, & Cuſtodum, cùm vocales ſuffragantur, ſemper proferenda erunt. Ex eiſdem.

Electo Generali Miniſtro, alias electiões proſequi, aut differre, liberũ.

Electione Generalis Miniſtri facta, liberum ſit Commiſſarij Generalis & Diffinitorum electiones mox proſequi, aut in alteram diei eiuſdem horam differre, vt pro temporis ratione opportunius eiſdem videbitur. Ex eiſdem.

Ex electionis loco quomodo egrediendũ

Illud verò omnino ſeruetur, vt Capitulares electionis locum egredientes, ac *Te Deum &c.* alternis vocibus piè canentes, ad Eccleſiam ordine procedant, vbi ſequentes verſus, & orationes canantur. Ex Salmant. c. viij. Et ex Valliſolet. 1593.

℣. *Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu.*
℟. *Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.*
℣. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*
℟. *A templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem.*
℣. *Fiat manus tua ſuper uirum dexteræ tuę.*
℟. *Et ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.*
℣. *Dignare, me laudare te Virgo ſacrata.*
℟. *Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te ueniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Miniſtro noſtro, & dirige eum ſecundùm tuam clementiam in uiam ſalutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat, & tota uirtute perficiat.

Conce-

Commiſſario nro

CONCEDE nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſsione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui letitia.

DEVS, qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione terrena deſpicere, & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Veteri Conſuet. — Quibus gratijs de more peractis, Generali Miniſtro, opportuno loco ad id ſpecialiter, ac decenter antea parato, ſedenti, Capitulares primùm, ac deinde alij fratres omnino omnes, qui capitulari loco & tempore præſentes aderunt, debitam reuerentiam exhibeant, & obedientiam præſtent. — Generali electo obedientia præſtanda.

Ex eiſdem. — Quæ omnia vt in Generali Congregatione, & Prouincialibus Capitulis, opportuno loco & tempore conuocandis, & ante electiones in eiſdem canonicè ac ritè celebrandas, reſpectiuè etiam ſeruentur, id ſanè ſtatuimus & decernimus. — Supradicta etiam in Generali Congregatione, & Prouincialibus Capitulis ſeruāda.

Ex Salmant. cap. viij. — Ipſe verò Generalis Miniſter, virtute præſentis Conſtitutionis, auctoritate Apoſtolica confirmatus intelligatur, & pro confirmato habeatur: ac propterea liberum ſuum Officium, abſque alia vlteriori confirmatione, exercere poterit. — Generalis Miniſter cõfirmatione non indiget.

De habentibus votum in electione Generalis Miniſtri.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Conſt. Pij V. Et Gre. XIII. Et ex Neap. ca. xxij. — PRIMVM Generalis Miniſter immediatè Officio functus, votum actiuum habet in electione ſucceſſoris, ac alijs omnino omnibus, capitulari loco & tempore celebrandis. — Generalis Officio functus, i. quibus votum habeat: Et quale.

Deinde.

In quibus votum habeât & quale qui aliàs Miniſtri Generales, vel Vicarij fuerũt, quiq; Generales Cõmiſſarij aut sĩt, aut fuerint.

Deinde ſi qui alij interfuerint, qui ſimili Officio, aut Vicarij Generalis munere biennio functi ſint. Poſtea etiam Commiſſarius Generalis ſecundùm Bullam vnionis Leonis Decimi Summi Pontificis electus, & qui ſimili Officio pariter functi ſunt, ſi qui interfuerint, ij omnes votum actiuum tantummodo habent, niſi tempore Apoſtolicis Conſtitutionibus præſcripto vacauerint: quia tũc eo caſu, etiam paſſiuum in quibuſdam electionibus prædictis habent.

Ex Neap. cap. xxxij. Et ex Valliſol. 1593. Et ex Salm. c. viij.

In quibus votum habeat & quale Generalis Commiſſarius Indiarum:

Commiſſarius Generalis Indiarum, qui in Curia Regis Catholici reſidet, votum pariter actiuũ habet, & paſſiuum etiam, vbi Generalis Miniſter ex Vltramontanis partibus eligitur.

Ex Ro. 1587. Et ex Motu ꝓ. Pij V.

In quib. Procurator Ordinis, Commiſſarius in Curia, Miniſtri, & Cuſtodes

Deinde Procurator Generalis, & Commiſſarius Curiæ Romanæ votum tantummodo actiuum habent.

Ex Sal. Neap. Valliſol. vt ſup.

Poſtea Prouinciales Miniſtri & Cuſtodes omnino omnes, qui Generali Capitulo aderunt, votum actiuum & paſſiuum habent.

Ex Salmant. Et ex Reg. cap. viij.

De Commiſſario Generali ſecundùm Bullam vnionis eligendo, & de Diffinitoribus item infrà ſuo loco dicetur.

De Generali Miniſtro, & eius Officio & poteſtate.

Miniſter Generalis qualis eſſe debeat.

GENERALIS Miniſter eſſe debet ætate quidem grauis, morum honeſtate, integritate vitæ, ac doctrinæ præſtantia inſignis, prudentia, conſilio, ac rerum agendarum vſu tanto oneri ac muneri vel maximè idoneus & habilis, & qui Regulam ſeruare, & communem cum alijs omnibus, quantùm per occupationes Officij licuerit, vitam ducere poſſit; vt verbo & exemplo quibus præeſt proficiat, & ad vitam vnà cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam.

Ex Valliſolet. 1593 Et ex Apoſtolicis Pij V. Et Gre. XIII.

Quanta diligentia curandum, vt in Miniſtri Genera-

Si enim in quibuſlibet Religionis gradibus prudenter quidem ac ſapienter curandum eſt, vt in ea nihil ſit inordinatum nihilq; præpoſterum, multò magis elaborandum eſt, vt in eius electione non erretur, qui ſupra omnes gradus

Ex Cõc. Tri. ſeſſ. xxiiij. c. j. de Reform.

gradus ipſius Ordinis conſtituitur. Nam totius familiæ ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore non inueniatur in capite.

lis electione nõ erretur.

Ex Valliſolet. 1593.

Vnde etſi aliàs de Prouincialibus & alijs Superioribus promouendis, nonnulla vtiliter quidem ac ſanctè decreta ſint, hoc tamen munus eiuſmodi eſſe cenſemus, vt ſi pro rei dignitate ac magnitudine expendatur, nunquam de eo ſatis cautum eſſe videatur.

Tanta in Generalatu muneris magnitudo, vt nũquam ſatis prouiſum ſit.

Ex Regula pluribus in locis.

Generalis Miniſtri ordinaria poteſtas in Ordine ſumma eſt, à qua nemo eximitur, cui omnes, vti ſancti Patris noſtri Franciſci vero ac legitimo ſucceſſori, ex Regulæ præſcripto firmiter obedire tenentur.

Generalis Miniſtri poteſtas, ſumma in Ordine.

Ex Salmant. c.viij. Et ex Pariſien. 1579. Et ex Conſt. Gre. XIII. Et ex ſac. Congr. Decreto. Et ex Neap. c.37. Et ex Valliſolet. 1593.

Ad eum ab inferioribus quibuſcunque in quibuſuis cauſis appellare, ad eum recurſum habere licet; antiquarum tamen Conſtitutionum ordine ſeruato, vt ſuprà cautum eſt; nimirum vt à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Commiſſarium Generalem, ab eo ad ipſum Generalem Miniſtrum; niſi vbi ipſi eſſent meritò ſuſpecti; quia tunc ad Generalem Miniſtrum immediatè & appellare, & recurſum habere licebit.

Appellationes quæcunque ad eum, admittendæ. Et quomodo.

Ex Salmant. capit. viij Et ex Bulla Leo. X. Ite & vos &c.

Ad ipſum pertinet, quando ab ea de qua aſſumptus eſt, ad alteram familiam tranſire contigerit, Vicarium Generalem de aliquorum Diſcretorum conſilio inſtituere, & inſtitutum in ea relinquere cum plenaria facultate, donec ipſe reuertatur.

Vicarium inſtituere cũ plenitudine poteſtatis, ei liberum.

Ex Valliſolet. 1593.

Ad eundem ſpectat Procuratorem Ordinis, & Commiſſarium Curię Romanę in Generalibus Comitijs, & extra, vbi prędicta Officia vacare contingat, inſtituere; de conſilio tamen & conſenſu Diſcretorum Ordinis & eius familiæ, ex qua prædicti aſſumuntur: quem conſenſum aut verbo, aut ſcripto habeat, vbi prædicti abſentes fuerint. Ad eum pręterea ſpectat inſtitutio vtriuſque Commiſſarij Generalis Indiarum.

Procuratorem item, Commiſſariumq; in Romana Curia, & Commiſſarios pariter Indiarum deputare.

Ex Salmant. c.viij Et ex Clemen. Exiui de Parad. &c. Et ex Neap. cap. v.

Ad eum quoque pertinet inſtitutio & electio Miniſtri Candiæ, Hybernię, & Anglię; Guardiani Hieruſalem, Sanctæ Claræ Neapolis, Sanctæ Marię Magdalenæ, Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, ac Conſtantinopolitani; de conſilio tamen & conſenſu Diſcretorum Ordinis familiæ ciſmontanæ. Extra Capitulum verò vel Congregatio-

Quos Miniſtros, & Guardianos inſtituere poſſit Generalis: Et quo modo.

nem Generalem, ſi prędicta Loca vacare contigerit, ſubſtituere poſſit, quos idoneos & habiles de aliquorum conſilio cenſuerit.

Quæ poſſit Generalis Miniſter circa Cõgregationẽ intermediam, & ea quæ ad illã ſpectant.

Ad eum pręterea etiam pertinet Congregationem Generalẽ intermediam celebrare; Commiſſarij Generalis ſecundùm Bullam vnionis eligendi, & Diffinitorum electioni pręſidere; eos confirmare; Congregationem ipſam vrgenti de cauſa differre; Commiſſarium Generalem aut in Officio continuare, aut alterum de conſilio aliquorum Diſcretorum Ordinis eius familiæ, cui Commiſſarius Generalis præficiendus eſt, prout opportunius videbitur, ſubſtituere. Ipſe tamen Commiſſarius Generalis ſic inſtitutus, non erit Pater Ordinis, neque prætextu Officij prędicti votum actiuum habebit in Generali Capitulo proximè ſequenti.

Ex Salmant. cap.viij. Et ex Bulla Leo. X. Ite & vos &c. Et ex Valliſolet.1593. Et ex Vltramõt. c.7.

Generalis totum Ordinem viſitare debet.

Generalis Miniſter vniuerſum Ordinem aut per ſe, aut per ſuos Commiſſarios, quos Viſitatores ipſemet mittendos duxerit, intra ſexennium, ex Officio viſitare tenetur.

Ex Salmant. c.viij. Et ex Aquil.1559.

In Prouincias viſitatas, quomodo iterum Cõmiſſarij mittendi.

In Prouincias autem, quas aut per ſe, aut per ſuos Commiſſarios ſemel viſitauerit, Commiſſarios, niſi viſitationis tempore pro celebrandis Capitulis, non mittat, niſi vrgentibus de cauſis, aut ab ipſis Prouincijs, aut à maiori parte Patrum requiratur.

Ex Salmant. capit.viij Et ex Rom.1571.

Viſitationum quis ſcopus.

Ipſarum autem Viſitationum ſcopus ſit ſanam Orthodoxam Catholicam fidem & doctrinam conſeruare, bonos mores tueri, prauos corrigere, abuſus tollere, ſalutaria Statuta conficere, regularis vitæ diſciplinam, vbi collapſa eſt, hortando, monendo, arguendo, obſecrando, increpando, ac laborioſiùs laborando reſtituere; & vbi inuiolata ſit, illibatam retinere; nõ ſolùm autem id, ſed & conſtantiùs confirmare & augere; pios ritus & regularia ſanctorũ Patrum Inſtituta inuiolatè cuſtodiri iubere, & ſi quis error irrepſerit corrigere, & ne progrediatur opportunè prouidere; ac denique proprias oues videre, ſingularum vultum agnoſcere, eas nominatim vocare, ſingulis prodeſſe, omnibus pręire, verbo & exemplo eas opportunè paſcere, crebris cohortationibus ac ſalutaribus monitis in viam ſalutis deducere; ac cętera boni Paſtoris Officia & munia piè, accuratè, ſtudioſè, diligenter, ſedulò, ac ſanctè præſtare;

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Cõcil. Trid. ſeſſ. xxiiij. ca.iij.de Refor.

præſtare; potiſſimùm verò ad religionem, pietatem, tranquillitatem & pacem, integritatem, humilitatem, paupertatem, vitæ innocentiam, & charitatem, ac cęteras christianas virtutes ſtudeat accendere; ac omnia prout locus & tempus & occaſio feret, ex eius prudentia & pietate ad animarum ſalutem, Chriſti fidelium ædificationem, Religionis augmentum, atque vel in primis ad Dei laudem & gloriam ſalutariter conſtituere.

Ex Valliſolet. 1593. Quæ vt faciliùs feliciusq; ſuccedant, Generalis Miniſter monetur in Domino, vt paterna charitate, Chriſtianoq; zelo omnes amplectatur; in audiendo benignitatem, grauitatem, patientiam; in adhortando manſuetudinem, efficaciam, pietatem; in admonendo ſolertiam, diligentiam, ſedulitatem; in reprehendendo ſeueritatem, conſtantiam, & virtutem; in corrigendo fortitudinem, iuſtitiam, & æquitatem; in adminiſtrando ſolicitudinem, prudentiam, & integritatem perpetuò adhibeat; atque in omnibus prudenter & grauiter ſe gerat, & aperta paternæ charitatis viſcera ſemper oſtendat. Quæ Generalis Miniſter, in obeundo munere, præſtare debeat.

De comitatu Generalis Miniſtri.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Valliſol. 1593. GENERALIS Miniſter duos Secretarios habeat, vnum ex ciſmontana, & alterum ex vltramontana familia eiuſdem arbitrio delectos. Ac præterea præ negotiorum multitudine, grauitate, ac magnitudine, ex ea familia quam actu viſitat, alterum etiam eligere poſſit. Cōfidimus autem, eum pro ſua prudentia, pietate, & religione Secretarios eiuſmodi viros prudentes, probos, pios, fideles, diligentes, ſedulos, ac regularis vitæ & diſciplinę ſtudioſos, ſicuti decet ſelecturum; quandoquidem per eos ipſos omnia Ordinis negotia expedienda ſunt. Generalis Miniſter quot Secretarios habere debeat: Et quales.

Ex eiſdem. Literæ aut aliæ cuiuſuis generis ſcripturæ, Generalis Miniſtri propria manu ſignandæ, ne pręſententur eidem, niſi eius familiæ, ad quam pertinent, Secretarius antea viderit, & ſignandas notauerit. Scripturæ, antequàm per Generalem ſignētur, Secretario præſentandę:

Ex eiſdem. Duos preterea fratres, è quibus alterum laicum, moribus & vita probatos, exemplares, & ad domeſtica ſeruitia Socij Generalis, præter Se-

 idoneos

cretarios, quot & quales. idoneos ſocios habeat, quorum alter propriæ perſonæ, alter iumentis diligenter inſeruiant.

Quo comitatu Generalis cõtentus eſſe debeat.

Hoc honeſto comitatu Generalis Miniſter contentus ſit, nec alios ſe comitari permittat, præter Miniſtrum in ingreſſu cuiuſque Prouinciæ: ſed Guardiani de Conuentu in Conuentum eum deducant, & neceſſaria & illi, & ſocijs eius prouidere diligenter ac ſedulò curent. *Ex eiſdem.*

Qui negotiorum cauſa cum eo ſunt, eũ præcedant, aut ſequantur.

Quos verò ad eum negotiorum cauſa quandoque accedere contigerit, aut præmittat, aut ſequi iubeat, ne aut grauamini, aut magno comitatu populis offendiculo ſit. *Ex eiſdem.*

Generali Miniſtro parcè viuendum.

Frugali menſa vtatur, atque omnino & domi & foris ita parcè ac modeſtè in omnibus ſe gerat, vt ſanctæ paupertatis memor, tam Loca releuare, quàm fratres & proximos ædificare procuret, & humilitatis, modeſtiæ, frugalitatis, parſimoniæ, ac totius ſanctitatis, tam in uictu quàm in veſtitu omnibus exemplo ſit, quo mirabiliter omnes excitati, ad eum quò tendunt perfectionis gradum, efficaciùs incendantur, & peruenire ſtudeant diligentiùs pro Inſtituto quod piè ac ſanctè profitentur. *Ex Cõc. Trid. ſeſſ. xxiiij. c iij. de Reform. Et ex Apoſt. Pij V. Et ex Valliſolet. 1593.*

Prouincialia Capitula vbi & quãdo celebranda.

Prouincialia Capitula, de quibus ſuo loco dicetur, opportuno loco & tempore celebranda procuret; illis aut per ſe aut per ſuos Commiſſarios præſideat; electiones canonicè ac rite celebrari ſtudioſè & diligenter curet. *Ex Valliſolet. 1593.*

Grauiſſima ad Generalem cohortatio.

Illud verò tot grauiſſimis Ordinis incommodis commoti, Generalem ipſum admonemus, nihil magis vniuerſo Ordini pereunti eſſe neceſſarium, nihilq; ad reſtituendam regularis vitæ diſciplinam magis opportunum, quàm vt ipſe quam vniuerſæ Religioni ſolicitudinem, pro ſui muneris Officio debet, eam hìc potiſſimùm impendat, vt lectiſſimi tantummodo Diffinitores cùm in Generali, tum in Prouincialibus Capitulis eligantur; & boni vel maximè, atque omnino idonei Paſtores ſingulis Prouincijs & domibus præficiantur; idq; eò magis, quòd ouium Chriſti, quæ ex malo negligentium & ſui Officij immemorum Paſtorum regimine peribunt, ſanguinem Dominus noſter IESVS CHRISTVS de manibus eius requiret. Si verò hæc eius opera, ſtudio, & labore ad vota præſtari ſuccedat; ſciat ſe & vniuerſum Ordinem inſtauraſſe, & regularis vitæ diſciplinam reſtituiſſe, atque ideo *Ex eiſdem. Et ex Conc. Trid. ſeſſ. xxiiij. ca. j. de Refor.*

de

de Religione benemeritum, & à Deo magna æternę fęlicitatis pręmia conſecuturum.

De modo, quo Generalis Miniſter in vnoquoque Conuentu recipi debeat.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Salmant. cap. viij. Et ex Veteri Conſuet.

GENERALIS Miniſter in vnoquoque Conuentu pro prima vicę modo & ordine infraſcribendo recipiendus eſt. Quò primùm illum appropinquare nunciatum fuerit, omnes campanæ pulſentur; tumq; ſolemnis proceſſio fratrum; Superioris iuſſu ſic ordinetur.

Appropinquāte Generali illi Cōuētui, ī quo ſolēniter recipiendus eſt, qd agendum.

Ex eiſdem.

Guardianus, aut alius ex dignioribus, eius iuſſu, ſacris veſtibus cum pluuiali decenter induatur; ſicq; per portam Eccleſię Ordine egredientes, ei obuiam procedant, Crucifero ac duobus ſaltem Ceroferarijs, ſuperpelliceo aut etiam dalmatica decenter indutis præcedentibus.

Quomodo illi proceſſionaliter occurrendum.

Ex eiſdem.

Qui vbi primùm Generalem ipſum certo loco obuium habuerint, ſiſtant: tumq; aulęum ſuper terram, puluinari ſuperpoſito ſternatur, ac fratribus hinc inde alas facientibus, qui ſacris indutus eſt, paruam crucem manu ferens, per medium illorum cum duobus Cantoribus ſuperpelliceo indutis medius procedat, ac Generali obuiam factus, genuflectat, eiq; ſuper puluinari pariter genuflexo crucem deoſculandam offerat, moxq; Cantorę cantu incipientes *Salue Sancte Pater &c.* & ipſi, & alij fratres omnino omnes genuflectant, ſtatimq; ſurgentes Antiphonā proſequantur.

Vbi ad eum peruētum, quæ facienda.

Ex eiſdem.

Ac ordine ad Eccleſiam reuertentes, Generalem poſtremo loco ſequentem deducant, ſacris induto à ſiniſtris illius ſtante. Quòd ſi Antiphona prædicta præ loci diſtantia non ſuffecerit, Hymnus *Te Deum &c.* aut *Decus morum &c.* cantetur, prout opportunius videbitur.

Quomodo cū eo ad Eccleſiā redeundum.

Ex eiſdem.

Qui vt ad Altare maius peruenerit, coram Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento genuflexus, pauliſper oret, ac poſtea ſurgens, ſequentes Verſus & Orationes præcinat, reſpondentibus fratribus vt infrà.

Quæ ab eo in Eccleſia facienda.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*
℞. *Qui fecit Cœlum & Terram.*
℣. *Sit nomen Domini benedictum.*

℟. *Ex hoc nunc, & uſque in ſęculum.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te perueniat.*
℣. *Dominus Vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

ACTIONES noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cępta finiatur.

CONCEDE nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſsione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lętitia.

DEVS, qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione terrena deſpicere, & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

Quibus peractis, fratribus benedicat, dicens.

Benedicat uos Diuina Maieſtas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.

Quomodo Generali ab omnibus fratrib. in Capitulo exiſtẽtibus obedientia præſtanda.

Mox à ſiniſtro Altaris cornu ſuper ſellam ad id decenter antea paratam ſedenti, Superior primùm, ac deinde alij fratres omnino omnes ordine accedentes, genibus flexis debitam reuerentiam exhibeant, obedientiam præſtent, manus eius humiliter ac reuerenter deoſculantes. Ex eiſdem.

De

De Generali Miniſtro, poſtquàm Officio functus eſt.

Ex Salmant. c. viij. Et ex Vltramont. c. vij.

Generalis Officio functus, vtriuſque familiæ Pater:

GENERALIS Miniſter ſuo functus Officio ſit Pater, Diffinitor, ac Diſcretus totius Ordinis perpetuus, & pro tali ab vtraque familia habeatur. Æquum eſt enim & rationi vel maximè conſentaneum, vt qui vtranque familiam per annos ſex moderatus eſt, ab vtraque vt verus ac legitimus Pater cenſeatur & colatur.

Ex Salmant. capit. viij. Et ex Neap. ca. xxxij. Et ex Meclinienſibus 1499. Et ex Valliſolet. 1593.

Vocandus ad Generalia Comitia:

In omnibus Generalibus Capitulis & Congregationibus intereſſe poſſit, ac propterea vel in primìs ſemper vocetur; in quibus etiam votum conſultiuum, ac deciſiuum, necnon & electiuum etiam in quibuſuis electionibus Generalis Miniſtri, Commiſſarij item Generalis, & Vicarij Generalis prætereà, quando eligi contingat, Diffinitorum Generalium item, ac omnium aliorum Officialium, quos in dictis Comitijs Generalibus aut eligi, aut inſtitui contigerit, veluti perpetuus Diffinitor & Diſcretus Ordinis ſemper habeat, prout antiquis ac ſæpè innouatis & approbatis Conſtitutionibus cautum eſt.

Ex Valliſolet. 1593.

Ad negotia itē vniuerſum Ordinem concernentia.

Vocetur etiam, ſi commodè fieri poterit, ad omnia negotia Ordinem vniuerſum concernentia, maximè verò vbi Generalis Miniſter in eadem familia ſit, in qua ipſe commoratur.

Ex eiſdem.

Quot ſocios habere poſſit.

Duos fratres moribus & vita probatos, arbitrio ſuo ex quacunque Prouincia delectos, ſocios habere poſſit.

De Generali Miniſtro, ex hac vita in Officio decedente in ea familia, ex qua erat aſſumptus.

Ex Valliſolet. 1593.

Generali Miniſtro in Offi-

SI Generalem Miniſtrum in Officio mori contigerit in ea familia, ex qua erat aſſumptus, Miniſter illius Prouinciæ in

cio decedente, Regiſtrum Ordinis, & aliæ ſcripturæ, Secretario conſignandæ.

ciæ in qua deceſſerit, vnà cum eis qui ex eadem & altera familia à ſecretis erant eiuſdem defuncti, Regiſtrum Ordinis cum omnibus ſcripturis ad Officium quomodolibet ſpectantibus, diligenter recognoſcat, & recognitum ſigillo Prouinciæ minori, & eius Conuentus, vbi eum mori contigerit, ab eo qui ex eadem familia à ſecretis erat, fideliter aſſignandum, bene communiat.

Eædem à Secretario cum ſigillis Ordinis, ad antiquiorē Diſcretum afferendæ.

Quo facto, idem Secretarius vnà cum ſocio alterius familiæ ſecretario, ad antiquiorem dignitate in eadem familia Patrem Diffinitorem & Diſcretum perpetuum, ſi qui fuerit, aut pro tempore exiſtentem ſtatim properet, & ſcripturas ipſas, bene ac tutò vtſuprà communitas, vnà cum ſigillis Ordinis deferat, ac omnia fideliter conſignet. Ex eiſdem.

Ab antiquiore Diſcreto ij vocandi, qui in electione Vicarij Generalis votum habent.

Quibus per dictum Patrem acceptis, & vnà cum dictis Secretarijs diligenter & accuratè recognitis, ac bene de omnibus antea inſtructus, Patres totius Ordinis, & illius familiæ, ex qua Generalis Miniſter vita functus erat, ſi qui fuerint, perpetuos Diſcretos & Diffinitores, vnà cũ Procuratore Ordinis, ac cæteris eiuſdem familiæ Diffinitoribus pro tempore exiſtentibus, opportuno loco & tempore, pro eligendo totius Ordinis Vicario Generali, cõuocare teneatur. Ex eiſdem.

Patribus congregatis, quæ ante Vicarij electionem agēda.

Qui vbi primùm conuenerint, Deo gratias agant, ac cætera quæ ſuprà de Miſſa, oratione, præparatione, ſermone, abſolutione, inuocatione, ac cæteris ſolemnitatibus in electione Generalis Miniſtri adhibendis decreta ſunt, exactè quidem, atque accuratè præſtent. Ex eiſdem

Quæ itē agenda in toto Ordine.

Interea verò, vbi primùm de obitu Generalis Miniſtri nunciatum fuerit, per vniuerſas totius Ordinis Prouincias & ſingula Loca proceſſiones, orationes, & ſolemnes ſupplicationes per Prouinciales Miniſtros, vt ſuprà ſtatutum eſt indicantur, & vt omnino fiant diligenter curent, quatenus à Deo bonum ac dignum tanti Patris Vicarium impetrare mereantur. Ex eiſdem.

Antiphona, pro eligendo Vicario Generali, in toto Ordine canenda.

Cuius rei gratia, inter cæteras preces & ſupplicationes, ſequentem Antiphonam in omni Eccleſia poſt Completorium quotidie canendam decernimus. Ex eiſdem.

Antiphona.

PLANGE *turba paupercula, ad Patrem clama pauperum, hoc lugubre Suſpirium, Pater Franciſce ſuſcipe, & prode Chriſto*

Chriſto ſtigmata, lateris, pedum, manuum, vt nobis reddat Orphanis tanti Patris Vicarium.

Ex eiſdem. Patribus autem die ad electionem præſcripto congregatis, & in vnum conuocatis, Vicarius Generalis ab eis canonicè ac rite eligatur, qui tanto muneri ſufficiat, ac dignè reſpondere poſſit. Quod vt inuiolatè ac diligenter præſtent, in ferendis ſuffragijs ſinguli eamet verba proferant, quæ in omni electione proferenda eſſe, ſuprà decreuimus. Vicarij Generalis electio, quomodo facienda.

De habentibus votum in electione Vicarij Generalis.

Ex Salmāt. c. viij. Et ex Neaca. xxxij. Et ex Valliſol. 1593. In electione autem huiuſmodi vocem actiuam & paſſiuam habent qui Generales Miniſtri fuerunt & Cōmiſſarij item Generales, ſi qui ex eadem familia ſuperſunt, ex qua erat Generalis Miniſter vita functus, Procurator Ordinis, & Diffinitores præcedentis Capituli ex eadem familia pro tempore exiſtentes, ac Miniſter eius Prouinciæ, in qua electionem eiuſmodi celebrari contigerit. Quòd ſi nullus tunc temporis fuerit eius Prouinciæ Miniſter, Commiſſarius, aut Vicarius eiuſdem ad id vocetur, & votum vt cæteri habeat. In Vicarij Generalis electione, quinam votum habeant.

Ex Valliſolet. 1593. Ex quibus ſi qui tempore præſcripto intereſſe aut noluerint, aut non potuerint, electio tamen prædicta non differatur: ſed per eos qui tunc aderunt, canonicè ac rite celebretur, præſidente in ea Congregatione ipſo dignitate antiquiore Ordinis Diſcreto. Ea electio vltra præſcriptū tempus nō differenda.

De Generali Miniſtro in Officio decedente in altera familia.

Ex Valliſolet. 1593. Si verò Generalis Miniſter in altera familia deceſſerit, eius familiæ Commiſſarius Generalis, ſi eiuſdem morti præſens fuerit, alioquin Prouincialis Miniſter eius Prouinciæ, vbi eum mori contigerit, & qui ipſius Generalis Miniſtri vita functi à ſecretis erant, omnia & ſingula, quæ ſuprà decreta ſunt, accuratè ac diligenter præſtent; nimirum vt ſcripturas recognoſcant, ac diligen- Generali in altera familia decedente, quæ agenda.

diligenter recognitas ſigillis bene communiant, communitaſq; vnà cum ſigillis Ordinis ad antiquiorem dignitate vtriuſque familiæ Patrem, ſi qui ſuperfuerit, alioquin ad eum, qui in ea familia ex qua Generalis Miniſter aſſumptus erat, dignitate antiquior Diſcretus fuerit, Secretarij prædicti quamprimùm deferant, ac fideliter conſignent. Qui vt ea primùm acceperit, omnia & ſingula, quæ paulò ſuprà decreta ſunt, exactè ac diligenter ſeruet.

In electione Vicarij Generalis, quis cēſendus electus.

Vicarius autem Generalis is cenſeatur eſſe, & pro tali ab omnibus & ſingulis vtriuſque familiæ Patribus & fratribus habeatur, ac debita obedientia & reuerentia eidem præſtetur, in quem prædictorum Patrum maior pars conſenſerit. Qui præterea ſemper ex eadem familia, ex qua Generalis Miniſter erat, omnino eligatur.

Ex Salman. c. vij. Et ex Vltramōt. ca. vij. Et ex Valliſ. 1593.

Congregatio pro Vicario Generali eligēdo, vbi celebranda.

Illud verò præterea etiam omnino ſeruandum eſt, vt Congregatio eiuſmodi pro Vicario Generali vt ſuprà eligendo celebranda, in illis partibus, ex quibus erat Generalis Miniſter vita functus, & idem Vicarius Generalis erit aſſumendus, per dictos eiuſdem familiæ Patres tantùm, & per eos qui Generalis Miniſtri Officio functi ſunt, ſemper celebretur.

Ex Aquilanis 1559. Et ex Valliſolet. 1593.

De ijs, quæ per dictum Vicarium Generalem præſtanda ſunt.

Generali ante trienniū decedente, Vicarius alterum Generalem eligendum curare debet: Et p quos: Et quomodo.

GENERALIS Miniſter ſi in adminiſtrando ſuo munere ante triennium ex hac vita deceſſerit, Vicarius Generalis vt ſuprà canonicè ac rite electus, omnes vocales eius familiæ tantùm, ex qua Generalis Miniſter erat, ad cooptandum alium Generalem Miniſtrum, in eadem familia opportuno loco & tempore conuocare & congregare teneatur, illis omnibus & ſingulis exactè quidem, accuratè, ac diligenter ſeruatis, quæ ſuprà de Generali Miniſtro ad feſtum ſacræ Pentecoſtes eligendo, ſanctè decreta ſunt.

Ex Valliſolet. 1593.

In electione Generalis per vnā familiā facta, altera familia cō pmiſiſſe cēſenda.

In quam cooptationem & electionem Generalis Miniſtri, per eius familiæ tantùm vocales canonicè ac rite celebrata; vltrò compromiſiſſe, ſuiſſq; ſententijs & votis concurriſſe altera familia cenſeatur. Ita vt quod ea familia cum

Ex Salmant. cap. viij.

Patribus

Patribus totius Ordinis Diſcretis, qui ſemper ad hęc vocandi ſunt egerit, ex qua defunctus Generalis erat, & quę illum ſola elegit, altera ratum ac firmum ſemper habeat.

Ex eiſdem. Quod idcirco fit, ne toties breui tempore cum magna ſecularium admiratione, immenſiſq; Ordinis totius impenſis commoueatur & conturbetur vniuerſus Orbis: cùm paucis poſt annis Comitia Generalia ex vniuerſo Ordine, ad eligendum ex altera familia Generalem Miniſtrum habenda ſint, prout fuerit vtriuſque familię viciſſitudo. *Talis Cõpromiſſi ratio.*

Ex eiſdem. Et ex Vallisolet. 1593. Idipſum quoque omnino intelligendum eſſe & intelligi debere decernimus & de electione noui Generalis Miniſtri, & de alterius familię compromiſſo, ſi etiam Generalis Miniſter ad dignitatem aliquam extra Ordinem fuerit aſſumptus, aut viuens infirmę valetudinis, vel alia rationabili de cauſa Officio ac muneri ſuo renunciare voluerit; nimirum vt ipſe Generalis Miniſter familiæ ſuæ Patres Vocales, & totius Ordinis Diſcretos, ſi qui fuerint, conuocet, & alium Generalem Miniſtrum vt ſuprà, canonicè ac rite eligendum diligenter curet: in quem alterius familiæ Patres Vocales vltrò compromiſiſſe & conſenſiſſe intelligantur, donec preſcriptum tempus legitimum pro noui Generalis Miniſtri creatione adueniat, cũctis Ordinis vniuerſi ſuffragijs, opportuno loco, ad Regulæ præſcriptum celebranda. In qua electione ipſe Generalis Miniſter pręſideat, ac cętera, quę ſupra decreta ſunt, diligenter pręſtet. *Idem compromiſſi vnius in alteram familiam intelligẽdum, ſi Generalis viuens Officio cedat, & alius eligatur vt ſuprà.*

Ex Salmãt. c. viij. Et ex Valliſolet. 1593. Si verò Generalem Miniſtrum in Officio ex hac vita poſt triennium decedere contigerit, tunc Generalis Vicarius canonicè ac rite vt ſuprà electus, reliquo ſexennij tempore vſque ad Generale Capitulum, ſingulo quoque ſexennio ex Apoſtolica Sanctione celebrandum, Ordinem moderetur, & omnia & ſingula in obeundo munere eiuſmodi accuratè ac diligenter pręſtet, quę ſuprà per ipſum Generalem Miniſtrum reſpectiuè pręſtanda eſſe decreuimus. *Miniſtro Generali poſt triẽnium decedente, quæ Vicario Generali pręſtã da ſint.*

Ex Valliſolet. 1593. Quòd ſi Generalis Miniſter poſt triennium ex Ordine ad dignitatem aliquam aſſumptus fuerit, aut muneri ſuo vt ſuprà renunciauerit; tunc ipſemet Ordinis regimini, de conſilio aliquorum Diſcretorum eiuſdem prouideat, prout opportunius in Domino iudicauerit. *Generali Miniſtro poſt triẽniũ ad dignitatẽ aſſumpto, vel renũciãte, quid agendum.*

Ex Valliſolet. 1565. Vicarius autem Generalis, qui biénio ſaltem vniuerſum Ordinẽ moderatus fuerit, inter veros ac legitimos vtriuſque *Quo caſu Vicarius Genera-*

que

lis vtriuſque fa milię Pater cē-ſendus ſit.

que familiæ Patres, perpetuos Diffinitores & Diſcretos computetur, ac pro tali ab omnibus habeatur & colatur.

Vicarius Generalis quo caſu in Cōmiſſ. Generalem eligi non poſſit.

Ex Aquil. 1559

Verùm eiuſmodi Officio functus, in ſequenti Generali Capitulo, ſiue ipſe præſideat, ſiue non, in Commiſſarium Generalem eligi non poſſit, niſi cum eo fuerit auctoritate Apoſtolica ſpecialiter diſpenſatum.

Vicarius Generalis, minùs biennio Ordinē moderatus, Commiſſarius Generalis eligi poteſt.

Ex Valliſolet. 1593.

Si verò minori tempore quàm per biennium ipſum Ordinem moderatus fuerit, tunc inter vtriuſque familiæ Patres minimè computetur: ſed in ſequenti Generali Capitulo Commiſſarius Generalis eligi, & ſuæ familiæ præfici poterit.

De Commiſſario Generali.

Generalis Miniſter, ex altera & altera familia alternis vicibus eligendus.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Bulla Vnionis Leo x. Ite & vos, etc.

QVIA Franciſcana noſtra Religio, per vniuerſum Chriſtianum Orbem longè lateq; diffuſa, mirabiliter extenditur & dilatatur, atque in duas ampliſſimas familias, vltramontanam alterā, alteram ciſmontanā, & antiquis eiuſdem Conſtitutionibus, & diſpoſitione Apoſtolica partitur; idcirco ad vnionem, tranquillitatem, & pacem in ea perpetuò ac ſanctè ſeruandam, ex Decreto Apoſtolicæ Conſtitutionis Leonis Decimi Summi Pontificis iampridem cautum eſt, vt Generalis Miniſter alternis vicibus ex altera & altera familia, nimirum ex ciſmontana modò, modò ex vltramontana, ſemper eligatur.

Ex ea familia, ex qua non eligitur Generalis, Commiſſarius Generalis ſemper eligendus.

Ex eiſdem.

Ac propterea quò faciliùs ac meliùs præ eius amplitudine gubernari poſſit, eadem Apoſtolica diſpoſitione prudenter quidem ac ſapienter etiam prouiſum eſt, vt poſt electionem Generalis Miniſtri, ex altera familia Commiſſarius Generalis, per eiuſdem familiæ vocales pariter eligi debeat, nempe vt ſi Generalis Miniſter ex ciſmontana familia electus fuerit, Commiſſarius Generalis ex vltramontana eligatur; & ſi Miniſter Generalis fuerit ex partibus vltramontanis, Commiſſarius Generalis ex ciſmontanis partibus erit eligendus.

Qui Commiſſarius Generalis eligēdus eſt, qualis eſſe dēat

Ex Cōc. Trid. ſeſſ. xxiiij. ca. j. & iij.

Is autem eligatur qui & ætate, & ſapientia, & rerum agendarum uſu, & experientia, pietate, ac religione, vitæ innocentia, & morum grauitate, tanto muneri & oneri,

vires,

vires non impares habeat, ſed dignè ac ſufficienter eius neceſſitatibus ſatisfacere ac reſpondere poſſit.

De habentibus votum in electione Commiſſarij Generalis.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Valliſol. 1565. Et ex Apoſtolicis Pij V. & Greg. XIII.

In electione Cõmiſſarij Generalis, quale votum habeãt qui eſt Generalis Miniſter, q fuit, & qui fuit Commiſſarius Generalis, aut è Cõmiſſarius in Curia:

MINISTER Generalis nouiter electus, & qui eodẽ Officio functi ſunt, ac etiam qui Commiſſarij Generales fuerunt ex eadẽ familia, cui Commiſſarius Generalis præficiendus eſt, ſecundùm Bullam vnionis electi, ac item Commiſſarius Curię Romanæ, in electione Commiſſarij Generalis, ex Decreto Conſtitutionis Apoſtolicæ eligendi, vocem actiuam habent, ac etiam paſſiuam, ſi tempore ex Apoſtolicis Conſtitutionibus præſcripto vacauerint, nẽpe duplò temporis, quo eorũ quiſquam Officio ſuo fũctus eſt.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Rom. 1587.

Quale itẽ votũ habeant Miniſtri, Cuſtodes, & Generalis Commiſſarius Indiarum:

Miniſtri verò & Cuſtodes eius familię ex qua Commiſſarius Generalis eligendus eſt, vocem actiuam & paſſiuam habent: quemadmodum etiam habet Cõmiſſarius Generalis Indiarum, qui in Curia Regis Catholici reſidet, quando Cõmiſſarius Generalis ex partibus vltramontanis eligitur.

Ex Valliſolet. 1565. Et ex Aquil. 1559.

Quale qui Vicarij Generalis Officio biennio functi sũt.

Vicarij Generales etiam, qui biennio ſaltem tali munere functi ſunt, in electione Generalis Cõmiſſarij votum actiuũ habent, ac paſſiuum etiam ſi triennio antea vacauerint.

De eius Officio, & poteſtate.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Bulla Vnion. Ite & vos &c.

Commiſſarij Generalis Officium triennale.

COMMISSARII Generalis prædicti Officiũ triennale eſt: quo finito eius auctoritas ſpirat, & alius eius loco in Generali Capitulo, quod intermediũ vocant, Generalis Miniſtri iuſſu, opportuno loco & tempore celebrando, ex eadem familia per eiuſdem vocales vt ſuprà eligendus eſt; niſi caſus accidat, quo vel propter bella, vel propter aliud impedimẽtum legitimum, Generale Capitulum eiuſmodi, pro electione prædicta celebrari non poſſit.

Ex Salmant. cap. viij.

Adueniẽte caſu, quo Generalis Cõgregatio celebrari non poſſit, quid agẽdum.

Quo caſu Generalis Miniſter de poteſtatis plenitudine, aut eundem de aliquorũ Diſcretorũ Ordinis conſilio vſque ad tẽpus opportunum in Officio continuare, aut alium, qui tamen ſit eiuſdem familiæ, eius loco ſufficere poterit.

Ipſo

Commiſſarius Generalis familiam ſibi creditam viſitare tenetur: Et quomodo id agere debeat.

Ipſo autem triennij tempore, quo dictus Commiſſarius Generalis in Officio fuerit, vniuerſam familiã, curæ ac vigilantiæ ſuæ concreditam, aut per ſe, aut per ſuos Commiſſarios, quos ad id ad Conſtitutionum præſcriptum iudicauerit idoneos, viſitare, ac omnia & ſingula, quæ ſuprà de viſitatione per Generalem Miniſtrum præſtanda eſſe ſtatutum eſt, accuratè quidem ac diligenter præſtare teneatur.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

A Commiſſarij Generalis obediẽtia nemo eximitur.

Eius ordinaria poteſtas ad omnes & ſuper omnes familiæ ſibi creditæ Prouincias, fratres, & ſorores, tam Prælatos, quàm ſubditos ſe extendit, ac propterea nemo ab eius obediẽtia eximitur: ſed oẽs & ſingulæ vtriuſque ſexus perſonæ, tã mẽbra quàm capita ei firmiter obedire tenẽtur.

Ex eiſdem.

Officiales etiã Curiæ Romanæ ei ſubiecti.

Cui etiam, ſi ex partibus ciſmontanis eſt, Officiales Curiæ Romanæ in omnibus & per omnia ſubijciuntur: in quos propterea, ſi deliquerint, animaduertere poteſt, prout iuſtitia ſuaſerit.

Ex eiſdem.

Commiſſarius Generalis Generali Miniſtro ſubiectus: Liberè tamen ſuum exercere poteſt Officiũ.

Et quamuis ipſe Commiſſarius Generalis, ex Conſtitutionis Apoſtolicæ præſcripto, in omnibus & per omnia ſubijciatur Generali Miniſtro, liberum tamen poteſt Officium ſuum exercere, & ſua auctoritate vti, etiam Generali Miniſtro in illis partibus, quibus ipſe Commiſſarius Generalis præfuerit, exiſtente; niſi Generalis Miniſter rationabili de cauſa eidem ordinauerit, vt à negotijs quibuſdam, ſuo iudicio terminandis abſtineat, aut aliquas Prouincias, per ſe aut per ſuos Commiſſarios viſitandas, ſuæ plenariæ iuriſdictioni reſeruauerit.

Ex Salmant. cap. viij.

Commiſſarius Generalis delinquentes quoſcunque punire poteſt: Et Prælatos etiã, ab ipſo Generali Miniſtro inſtitutos, deſtituere.

Ipſo tamen Generali Miniſtro in partibus, ex quibus aſſumptus eſt exiſtente, Commiſſarius Generalis in ſua exiſtens familia, poſſit omnes delinquentes punire, ac eadem auctoritate in eos vti in partibus ſibi creditis, tàm Prælatos, quàm ſubditos, tam à Generali Miniſtro, quàm ab alijs Ordinis Prçlatis inſtitutos, qua vti poſſet ipſe Generalis Miniſter, ſi preſens adeſſet; niſi ſibi fuerit aliqua particularis cauſa per eundem interdicta.

Ex eiſdem.

Commiſſarius Gener. quot ſocios habere poſſit: Et quales:

Duobus ſocijs aut tribus ad ſummùm contentus ſit, ijsq; & probitate vitę, & morum honeſtate, prudentia, pietate, & religione probatiſſimis, ac eorũ muneri & Officio grauiter ac pro dignitate obeundo vel maximè idoneis.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Is Officio functus, Diffinitor

Suo autem functus Officio, Pater ac perpetuus ſuę familię

Ex Salmant. cap. viij.

miliæ Diffinitor & Diſcretus ſit, ac pro tali ab omnibus habeatur. perpetuus ſuæ familiæ:

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593. Ad electionem Vicarij Generalis præterea, ſi ex eius familia eligendus ſit, vocari debeat, in qua vocem actiuam, & paſſiuam habebit. In electione Vicarij Generalis, vocẽ habeat

Ex Neap. cap. xxxij. In Comitijs Generalibus præterea, vbi Commiſſarius Generalis ex ſua familia eligendus ſit, vocem actiuam ſimiliter habet, & quandoque etiam paſſiuam, ſi præſcripto tempore vacauerit, vt ſuprà cautum eſt. In electione item Commiſſarij Generalis:

Ex Valliſolet. 1593. Duos ſocios quoque ſibi gratos ex quacunque Prouincia eiuſdem familiæ, eius arbitrio delectos & deligendos, moribus tamen ſemper, atque vita probatos habere poſſit. Duos ſocios gratos habere poteſt.

Ex Salmant. c. viij. Si autem dictum Commiſſarium Generalem, dum Officio ſuo fungitur, aut mori, aut ad aliquam dignitatem extra Ordinem aſſumi, aut etiam ex rationabili cauſa muneri ſuo renunciare contigerit; Miniſter Generalis, de aliquorum Diſcretorum Ordinis conſilio, alium vſque ad Comitia Generalia proximè futura inſtituere & ſufficere poſſit. Quibus caſibus Generalis Miniſter, aliũ Cõmiſſarium Generalem ſufficere poſſit.

Ex Valliſolet. 1593. Poſt mortem verò ipſius Commiſſarij Generalis, ſiue ſecundùm Bullam vnionis electi, ſiue per Generalem Miniſtrum vt ſuprà inſtituti, Miniſter eius Prouinciæ in qua deceſſerit, vnà cum Secretario ipſius defuncti ea præſtet, quæ ſuprà de ſcripturis referendis, recognoſcendis, & muniendis ſtatutum eſt. Ipſe verò Secretarius ſcripturas ipſas vnà cum ſigillis ipſius Commiſsarij ad antiquiorem dignitate in ea familia Diſcretum quamprimùm deferat. Qui Diſcretus vbi primùm eadem acceperit, accuratè recognoſcat, atque illico de ijs Generalem Miniſtrum admoneat: & interea defuncti Officiũ cum poteſtatis plenitudine exerceat, donec & quouſque alius Commiſſarius per Generalem Miniſtrum ſuffectus & inſtitutus fuerit. Commiſſario Generali moriente in Officio, quæ agenda ſint: Et penes quẽ auctoritas eius relinquatur.

De Congregatione Generali.

Ex Salmant. c. viij. Bullaq; CONGREGATIO Generalis, quæ intermedia dicitur, triennio poſt Generale Capitulum, pro electione alte- Congregatio Generalis vbi.

& quando celebranda: Et ſi eã differri contigerit, quid agẽdum. | ne alterius Commiſſarij Generalis, ad Conſtitutionis Apoſtolicę pręſcriptum, ex illis partibus, quibus pręficiendus eſt, eligendi, Generalis Miniſtri iuſſu omnino celebretur; niſi graui aliquo impedimento celebrari non poſſe, ac propterea differendam eſſe Generalis Miniſter cenſuerit. Quo caſu aut eundem Commiſſarium Generalem continuare, aut alium eius loco vſque ad tempus opportunum ſufficere poterit, prout opportunius ei videbitur in Domino. | Vnionis Leo. X. Ite & vos &c.

Commiſſarius aliter, quã per canonicam electionem inſtitutus, quib. priuilegijs careat. | Commiſſarius tamen per Generalem Miniſtrum ſic inſtitutus, functo eiuſmodi Officio, Pater eius familię cui pręfuit, minimè cenſendus eſt, niſi eo honore ac munere antea decoratus fuerat; neque etiam ad Vicarij Generalis electionem, ſi fieri contigerit, vocandus eſt; neque pręterea in electionibus quibuſuis ex functo munere eiuſmodi votum habebit. | Ex Vltramõt. cap. vij.

Ad Congregationẽ Generalem qui vocandi ſint: & qui accedere debeãt. | Ad Congregationem Generalem prędictam Diſcreti Ordinis, & eius familię ex qua Commiſſarius Generalis eligendus eſt, vnà cum Miniſtris & Cuſtodibus eiuſdem vocandi ſunt & intereſſe debent, niſi legitimo impedimento, Generalis Miniſtri & Diſcretorum Generalium iudicio probando excuſentur. Quo caſu deficientium loco alij ſuffragari ac mitti debeant, prout ſuprà de ijs, qui ad Generale Capitulum accedere tenentur ſtatutum eſt. | Ex Salmant. cap. viij. Et ex Vltramont. c. vij. Et ex Nea. ca. xxxij. Et ex Valliſo. 1593.

Generalis Cõgregatio minimè differenda. | Quòd ſi qui Vocalium pręſcripto tempore defuerint, neque propterea electiones differantur, neque eorũ quicquam omittatur, quę eo loco & tempore tractanda ſunt. | Ex Valliſolet. 1593.

In ea quę electiones aut inſtitutiones faciendæ. | In qua Congregatione Generali, pręter electionem Generalis Commiſſarij, Diffinitores ſex ex eadem familia eligantur, ac pręterea Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curię Romanę, cum Miniſtro Candię, Guardiano Hieruſalem, & alijs Generali Miniſtro, aut Commiſſario item Generali Ciſmontano immediatè ſubiectis, pariter aut eligendi, aut inſtituendi ſunt. | Ex eiſdem.

Quæ ante Generale Capitulum, & in eo ſeruanda ſunt, ante Cõgregationem quoque, & in ea ſeruentur. | Quę verò ad congregandum Generale Capitulum, & de ijs, quę in eo ipſo ante electiones peragenda ſunt, ſuprà decreuimus, vt ad Congregationem Generalem opportuno loco & tempore conuocandam, & ante electiones in eadem canonicè ac rite celebrandas, etiam ſeruentur, id ſanè ſtatuimus & decernimus. | Ex eiſdem.

De Diffi-

De Diffinitoribus in Capitulo, & Congregatione Generali eligendis.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Bulla Vnionis Leo. X. Ite & vos &c.

AD ſatisfaciendum autem Bullæ vnionis prędictæ, in qua de Diffinitoribus eligendis fit expreſſa mentio, & propter alias multiplices cauſas, in Generali Capitulo, poſt electionem Generalis Miniſtri, & Commiſſarij item Generalis, Diffinitores etiam ex altera, & altera familia eligantur.

In Capitulo, & Cõgregatione Generali, eligendi Diffinitores generales.

Quot numero eligendi ſint: Et à quibus eligi debeant.

Ex Salmant. cap. viij.

IN Generali Capitulo ad ſacræ Pentecoſtes feſtum celebrando, Diffinitores duodecim, ex ciſmontana nimirum ſex, & ſex ex vltramontana familia eligendi ſunt.

Ex vnaquaq; familia, Diffinitores ſex eligẽdi.

Ex eiſdem.

Porrò Diffinitores ciſmontanę familię per eiuſdem vocales eligantur: & Diſquiſitores ciſmontani tantùm in eorum electione ipſorum vocalium vota & ſuffragia recipiant, ac cętera pręſtent, quæ ſuprà per Diſquiſitores præſtanda, in genere decreta ſunt. Diffinitores verò vltramontanę familię per eiuſdem vocales pariter eligendi ſunt: & Diſquiſitores vltramontani ſeorſum, eodem tamen loco & tempore, ſi commodè fieri poterit, vltramontanorum vota recipiant, ac cętera præſtent, vt ſuprà dictum eſt.

Ab vnaquaq; familia ſui Diffinitores eligẽdi: Et vbi: Et quando: Et qualiter.

Ex eiſdem.

Nam licèt in electione Generalis Miniſtri Diſquiſitores omnes, omnium vocalium tam ciſmontanæ, quàm vltramontanæ familię vota & ſuffragia ſimul recipere debeant, duobus tantùm ſingulorum vota notantibus, altero nempe ciſmontano & vltramontano altero, cęteris quatuor aſſiſtentibus, & ſingulorum vota diligenter ac fideliter ab eiſdem notari videntibus; in electione tamen tam Commiſſarij Generalis ſecũdùm Bullam vnionis eligendi, quàm Diffinitorum eiuſmodi, Diſquiſitores tres tantummodo, vt ſuprà notatum eſt, munus hoc obire ac pręſtare debent.

Vota in electione Generalis Miniſtri & Commiſſarij, non eodem Diſquiſitorũ numero recipienda.

Ex eiſdem.

In Congregatione verò Generali Diffinitores ſex tãtummodo eligendi ſunt, vt ſuprà decretum eſt. In vno autem Capitulo, vel Congregatione electi, in ſequenti nequaquam reeligi poſſint.

In Congregatione Generali Diffinitores ſex eligẽdi: Quib. anteq̃ reeligantur, vacandum.

Ex quib. Prouincijs eligendi Diffinitores familiæ ciſmõtanæ.

In omni prætera Generali Capitulo, & Congregatione Generali ciſmontana, ex Prouincijs vltramarinis, quæ ſunt Sanctæ Mariæ, & Sancti Saluatoris Vngariæ, Argentinæ, Poloniæ, Auſtriæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Boſnę Argentinę, & Boſnæ Croatiæ, Raguſij, Candiæ, Tirolis, ac Albaniæ, Diffinitor vnus ſemper eligatur, dummodo earum Miniſtri & Cuſtodes ad prædicta Generalia Comitia acceſſerint, aut eorum loco, legitimè impediti alios deſtinauerint, vt ſuprà decretum eſt. Ex Prouincijs autẽ Regni vtriuſque Siciliæ duo: ex reliquis verò cæteri tres ſemper eligantur. Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Ex Reformatis Galliæ Diffinitor vnus ſemper eligendus.

Ex Prouincijs præterea Reformatorum Galliæ in omni Generali Capitulo & Congregatione quibus interfuerint, Diffinitor vnus ſemper eligendus eſt, eò quòd Commiſſarium Generalem ſecundùm Bullam vnionis electum recipere promiſerint. Ex Salmant. cap. viij.

Ex Prouincia Diffinitorẽ habente, alius eligi non poſſit.

Ex eadem autem Prouincia, quæ Diffinitorem vnũ iam habet, eo viuente, alter eligi non poſſit, dummodo electionis libertati, & perſonarum meritis locus ſit, ac Prouinciæ Romanę pręcipua ratio rationabilibus de cauſis ſemper habeatur. Ex Valliſolet. 1593.

Ad dignitates ꝓmouẽdi quales eſſe debeãt.

Cùm autem dignitates in Ordine ad conſeruandam, augendamq; regularis vitę diſciplinã inſtitutę fuerint, vt qui eas obtinerent, alios pietate, religione, doctrina, integritate, ac prudentia præcellerent, omnibusq; chriſtianis virtutibus cunctis exemplo eſſent, atque Superiores Prælatos opera, conſilio, & officio iuuarent; meritò qui ad eas vocantur, & promouendi ſunt, tales eſſe debent, qui eorum muneri reſpondere poſſint, & Officio ſufficiant. Ex Cõc. Trid. ſeſſ. xxiiij. cap. xij.

Eius qui ĩ Diffinitorẽ Generalem poſthac eligendus eſt, conditio.

Nemo igitur deinceps ad Diffinitoriatus dignitatẽ eiuſmodi promoueri poſſit, niſi trigeſimumquintum ætatis ſuæ annum, & in Religione vigeſimum exceſſerit; ac præterea aut Miniſter fuerit, aut in Prædicationis munere, aut ſacræ Theologiæ Lectura ſexẽnio præclarè antea ſe geſſerit; necnon & integritate vitæ, & morum grauitate, ac prudentia, iuxta ſacros Canones & regularia ſanctorum Patrum Inſtituta commendatus ſit. Ex Valliſolet. 1593.

Qui eſt ĩ Capitulo Diffinitor eſſe poteſt, quãuis de corpore Capituli nõ ſit.

Qui autem qualitatibus prædictis uel apprime præditus fuerit, quamuis de corpore Capituli non ſit, in eo tamen dum præſens exiſtat, ad dignitatem eiuſmodi promoueri poſſit, ac ſic promotus & in Diffinitorio, & in cæteris omnibus, Ex eiſdem. Et ex Salmant. capit. viij.

nibus, Capitulari loco & tempore tractandis & fiendis votum habebit.

Ex Valliſolet. 1593. — Inter Diffinitores autem eiuſmodi alter alterum ex Ordinis antiquitate præcedat, & is primum aut ſecundum locum teneat, qui antiquior in Religione fuerit, & non qui frequentiora ſuffragia habuerit, aut qui primo vel altero ſcrutinio electus ſit. — Inter Diffinitores Generales, antiquior ī Ordine præcedat.

Ex Neap. cap. xxxij. Et ex Valliſolet. 1593. — Cùm autem prædicti omnes in ſuis Prouincijs perpetui ſint Diffinitores & Diſcreti, Guardiani eſſe non poſſint, niſi cum eis vrgenti de cauſa fuerit ſpecialiter diſpenſatum. — Diffinitores p̄dicti Guardiani eſſe nō p̄nt, niſi diſpēſētur.

Ex Valliſolet. 1593. — Diſpenſatio uerò eiuſmodi Diffinitorijs ipſis libera ſit: quæ tamen non niſi vrgentibus de cauſis pro principalioribus Prouinciarum Locis fieri debet. Sed quo tempore eorum quis Guardianus fuerit, de corpore Diffinitorij eſſe non poſſit. — Diſpenſatio à quibus, & quomodo facięda.

De eorum Officio.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex alijs plurib. ſuprà ſuis locis allegatis. — AD eos ex Officio ſpectat in grauioribus & arduis Generali conſulere, cum eo in Generalibus Comitijs negotia, tam particulares perſonas, quàm communem Prouinciarum vtilitatem & commodum concernentia tractare, cauſas decidere, difficultates enodare, Procuratorē Ordinis, & Cōmiſſarium Curiæ Romanæ, ac cœteros Officiales, eo loco & tempore inſtituendos inſtituere, ac cętera diffinire, tractare, decidere, & expedire, quæ tunc expedienda, decidenda, tractanda, & diffinienda fuerint. — Ad Generaliū Diffinitorū munus, quæ ſpectent.

Ex eiſdem. — Ad electionem Vicarij Generalis, quando fieri contigerit, vocandi ſunt; atque à Generali Miniſtro in inſtitutione Commiſſarij Generalis, ac cœteris rebus arduis, vniuerſum Ordinem concernentibus, vbi commodè fieri poſſit, conſulendi, quando eundem Vicarium, aut Commiſſarium Generalem ex eorum familia eligi, aut inſtitui contigerit. — Ad quæ Diffinitores dicti vocandi: Et ſuper quibus cōſulendi.

Quanto tempore durat.

Ex Valliſolet. 1593. — EORVM Officium, ſi ex ea familia fuerint, ex qua Generalis Miniſter aſſumptus eſt, ſexennio durat; ſi autem ex altera, triennio tantum: cùm in Congregatione Ge- — Ex Diffinitoribus Generalib. alij ſexennio, alij triennio durant:

 nerali

nerali intermedia nouos Diffinitores eligi oportcat.

Quo caſu trie nium quandoque progetur.

Quòd ſi Congregatio ipſa ex graui impedimento celebrari non poterit, eo caſu & ipſi tandiu Diffinitores erunt, quoad alij electi fuerint. Ex eiſdem.

Defect' Generalis Diffinitoris, quomodo ſupplendus.

Interea verò ſi eorum quiſpiam ex hac vita deceſſerit, aut ad dignitatem extra Ordinem promotus fuerit; eius loco ad prędicta munera obeunda, ex eadem familia antiquior Pater Ordinis ſubrogetur, voceturq́;. Ex eiſdem.

Quæ priuilegia Diffinitores prædicti habeant.

Diffinitores autem prędicti, & Patres Ordinis quicúque, in ſua quiſque Prouincia, eamet priuilegia ſemper habeāt, quæ habent ij, qui Miniſteriatus Officio functi ſunt: quos etiam ſemper pręcedere debent. Ex Ro. 1587.

De ijs, quæ poſt electiones peragenda ſunt.

Poſt electiões dictas, Diſcretoria duo mox iſtituenda.

ELECTIONIBVS prædictis canonicè ac rite celebratis, Diſcretoria duo, pro Ciſmontanis alterum, alterum pro Vltramontanis, loco decenti & congruo, Generalis iuſſu mox inſtituantur. Ex Valliſolet. 1593. Et ex Vltramont. c. vij.

Pręſides i eis deputandi.

In eis Generalis arbitrio, de conſilio Diſcretorum Ordinis, viri graues, prudentes, ac pij Præſides deputentur. Ex eiſdem.

Cõſtitutiones coram capitularibus legędę.

Ad ea Capitulares omnes ſtatis horis conueniant, & antiquas Ordinis Conſtitutiones accuratè ac diſtinctè perlegendas Pręſides diligenter curent, vt an ſeruentur, & in quibus frequentiùs peccetur, meliùs cognoſci, animaduerti, & deſuper opportunè prouideri poſſit. Ex eiſdem.

Quæ Præſidis arbitrio in Diſfinitorijs proponenda.

Pręſidis erit proponenda proponere, prout locus, tempus, & occaſio feret, maximè verò pro bonis moribus tuendis, prauis corrigendis, abuſibus tollendis, inſtaurandaq́; ac retinenda regularis vitæ diſciplina, pro augenda pietate & religione, ac denique pro pace in Ordine vniuerſo, & in ſingulis Prouincijs perpetuò ac ſanctè conſeruanda. Ex eiſdem.

Quę cuiq; viſa, liberum admonere.

Liberum tamen erit vnicuique admonere quæ viſa fuerint admonitione digna. Ex eiſdem.

Sentẽtia in Diſcretorijs, quomodo dicenda.

Illud verò vel maximè ab omnibus inuiolatè ſeruetur, vt in ſententijs dicendis, Patribus in loco benedictionis conſedentibus, nullus debeat aut immodeſtis vocibus perſtrepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiam falſis vaniſve, Ex eiſdem.

aut

aut obſtinatis diſceptationibus contendere, ſed quicquid dicatur, ſic mitiſſima verborum prolatione temperetur, vt nec audientibus offendiculo ſint, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

Ex eiſdem. Quę verò communi conſilio & conſenſu pro bono regimine, vel ad confirmandam & retinendam regularis vitę diſciplinam neceſſaria, vel quomodolibet opportuna viſa fuerint, ad Diffinitorium Pręſides referant, cuius auctoritate approbanda vel reprobanda erunt, vel alia etiam conſtituenda, prout illis Patribus, qui præ cęteris & pietate, & religione ac prudentia, & rerum agendarum vſu inſignes eſſe debent, pro locorum & temporum varietate & ratione bene viſum fuerit. In Diſcretorijs cōcluſa, ad Diffinitorium referenda.

De Diffinitorijs Generalibus.

Ex Salmant. capit.viij.Et ex Vltramont.ca.vij. Et ex Valliſolet.1593. DIFFINITORIA itidem in Generali Capitulo duo ſint, pro Vltramontanis alterum, alterum pro Ciſmontanis; quæ etiam ad eorum tractationem, quę ad vniuerſum Ordinem pertinent, Generalis Miniſtri iuſſu, quãdoque ſimul iungantur, & in vnum conueniant. Diffinitoria duo in Generali Capitulo inſtituenda: Et & aliquando ſimul iungenda:

Ex eiſdem. Vtriſque autem Generalis Miniſter pręſideat, & eius loco Generalis Miniſter pręteritus in eo pręſideat, quod ex eius familia fuerit. In eis Generalis Miniſter pręſideat:

Ex eiſdem. Inconſulto autem Generali Miniſtro in eorum neutro quicquam diffiniri, terminari, aut tractari liceat. Quę verò in eiſdem conſtituta, decreta, ordinata, ſancita, determinata, aut diffinita fuerint, ad eorum obſeruationem obligandi vim nullam habeant, niſi Generalis Miniſtri auctoritate antea probentur. Sine Generali Miniſtro nihil in eis tractari licet: Et ſine eius auctoritate nihil obligat.

De ijs, qui ad Diffinitoria eiuſmodi vocandi ſunt.

Ex Salmant. c.viij.Et ex Vltramont. c.vij. Et ex Valliſolet.1593. GENERALIS Miniſter pręteritus, & qui eodem munere aliàs potiti ſunt, ac pręterea qui Vicarij Generales biennio fuerunt, ſi quos Capitulari loco & tempore adeſſe contigerit, ad Diffinitorium vtrunque, tanquam vtriuſque familiæ Patres & Diſcreti perpetui vocentur. Ad Diffinitorium vtrunque qui nam vocādi ſint.

Qui etiam ad alterum, & alterum. — Ex eiſdem.

Cõmiſſarius verò Generalis ſecundùm Bullam vnionis electus, Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curiæ Romanę in Comitijs Generalibus proximè pręteritis, vnà cum Diffinitoribus nouiter electis, ad illud reſpectiuè vocandi ſunt, de cuius familia ipſi fuerint.

De ijs, quæ in Diffinitorijs ipſis tractanda ſunt.

In Diffinitorio ſinguli Prouinciales renũciare debẽt: Et quomodo: — Ex Salmant. c. viij. Et ex Vltramont. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

PRIMÒ Prouinciales Miniſtri per ſe quidem pręſentes, abſentes verò per literas, ſuis Officijs renunciare debẽt: quam renunciationem Generalis Miniſter vnà cum Diffinitorij Patribus aut admittat, aut reijciat, prout magis expedire iudicauerit.

Super tranſmiſſis à qualibet Prouincia, conſultandum: — Ex eiſdem.

Deinde ſuper ijs, quæ ad Generale Capitulum de Prouincijs tranſmiſſa ſunt, collatio fiat, & ordine examinentur, ſiue contra Prėlatos fuerint, ſiue contra ſubditos, ſiue Prouinciarum, aut vniuerſi Ordinis commune bonum concernant; & per Generalem ipſum ac Patres prędictos opportunè prouideatur.

Cuſtodes de obſeruatiõe Regulæ interrogandi: — Ex eiſdem.

Vocentur etiam Cuſtodes, & ab eis diligenter inquiratur, ſi Regula & Statuta tum Generalia, tum Prouincialia in ſingulis Prouincijs ſeruentur.

Per Diſcretoriũ propoſita, examinanda: — Ex eiſdem.

Pręterea quę per Diſcretoria tractata & propoſita fuerint, diligenter examinent, & examinata vel approbent, vel réprobent, prout magis expedire iudicauerint.

Per cauſarum Auditores relata, diffinienda: — Ex eiſdem.

Quę etiam per cauſarum Auditores relata fuerint, accuratiùs diſcutiant, examinent, decidant, terminent, ac diffiniant, prout iuſtitia ſuaſerit.

Quæ neceſſaria viſa fuerint, tractanda & cõcludenda: — Ex eiſdem.

Denique conſulant, conferant, determinent, corrigant, ſtatuant, atque decernant quęcunque ad continendum in Officio, prauos mores corrigendos, tollendos abuſus, & retinendam regularis vitę diſciplinam neceſſaria, vel quomodolibet opportuna proſpexerint.

Qui Officiales inſtitui debent, inſtituendi: — Ex eiſdem.

Deinde Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curiæ Romanę, Miniſter Candię, Guardianus Hieruſalem, & alij Guardiani & Officiales, qui ſub Generalis Miniſtri, vel Commiſſarij Generalis Ciſmõtani cura immediatè ſubiecti ſunt,

ſunt, aut eligantur per vota ſecreta, aut iuxta veterem ac probatam Religionis conſuetudinem, & conceſſiones Apoſtolicas inſtituantur.

Ex eiſdem. In omnibus autem diffinitionibus & determinationibus ſententia plurium indiſtinctè ſemper prævaleat, & inuiolabiliter obſeruetur. In oib. ſententia pluriū præferenda.

Ex eiſdem. Generalia Studia & Artium, & ſacræ Theologiæ, cùm & Reipublicæ christianæ, & familiæ noſtræ Franciſcanæ ornamento, vtilitati, & decori ſemper fuerint, tùm verò maximè ſi cum pietate coniungantur, Diffinitorijs ipſis reſpectiuè etiam inſtituantur, & in eis de Lectoribus & Magiſtris, qui ſemper & peritiores, & probatiores ſint, opportunè prouideri ſtudiosè quidem ac diligenter curetur. Generalia Studia in Diffinitorijs ipſis inſtituēda: Et de idoneis Magiſtris prouidenda:

Ex eiſdem. Tandem Generalis Capituli Tabella Generalis Miniſtri iuſſu diligenter & accuratè confecta, pro futuro Generali Capitulo in fine Locus aſſignetur. Futuri Gen. Capituli, Loc⁹ aſſignandus:

[illegible]dem. Ac præterea fratrum à Generali Capitulo proximè præterito, tunc vſque defunctorum numerus etiam recitetur, & ad ſingulas Prouincias vnà cum Tabula prædicta, Generalis Miniſtri propria manu obſignata, & ſigillo munita opportunè mittatur. Defunctorū numerus recitandus: Et ad Prouincias cū tabula Gen. Capit. mittendus:

Ex eiſdem. Pro quibus defunctis conſueta ſuffragia fiant, quemadmodum etiam pro ſanctiſſimo Romano Pontifice, pro Imperatore, pro Regibus & Principibus Chriſtianis, pro Cardinalibus & Eccleſiarum Prælatis, & præſertim pro Illuſtriſſimo Protectore noſtro, ac omnibus benefactoribus noſtris, ex veteri ac probata Religionis conſuetudine ac pietate ordinanda & fienda erunt. Ordināda cōſueta ſuffragia:

Ex eiſdem. Poſt hæc Capitularibus vniuerſis opportuno loco & tempore ſimul congregatis, Tabula prædicta de Suggeſtu, vnà ſimul cum Statutis, Conſtitutionibus, & Decretis in vtroque Diffinitorio confectis, & Generalis Miniſtri auctoritate probatis, clara & intelligibili voce perlegatur. Tabula Capituli cum Statutis, publicè legenda;

Ex eiſdem. Qua perlecta, Capitulares omnes ad Eccleſiam procedentes, & Canticum *Benedictus Dominus Deus Iſrael &c.* pro felici rerum ſucceſſu & exitu piè canentes, & immenſas Deo omnium bonorum auctori gratias agentes, in fine declamationes fiant, prout infrà ordine notatæ ſunt. Ad Eccleſiam procedēdū: Cāticū canēdum: Gratiæ agēdæ: Acclamationes faciendæ.

Ex eiſdem. In quibus antiquior dignitate Ordinis Pater, publico totius Acclamationū forma & ordo

tius Ordinis nomine, graui tenore ipſis acclamationibus initium faciat, cęteris alternatim ordine reſpondentibus.

Acclamationes Patrum.

PATRVM DECANVS. *Deo Patri miſericordiarum, & Deo totius conſolationis immenſę gratiarum actiones.*

RESPONSIO. Immenſa eſt miſericordia tua Domine ſuper nos, qui ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum conſolatus es nos in omni tribulatione noſtra. Tibi laus, tibi honor, tibi gloria in ſempiterna ſæcula.

Dec. Beatiſſimo Patri, ac ſanctiſſimo Domino noſtro Papę N. N. ſanctę vniuerſalis Eccleſię Pontifici Maximo, cunctarum gentium obedientia, & Chriſtiani nominis in omnem terram propagatio.

Reſ. Domine Deus, ſanctiſſimum Patrem noſtrum gratia tua cuſtodire & conſeruare digneris, ut eo gubernãte, & Eccleſiam tuam ſanctam magno prouidentiæ & ſapientiæ tuæ ſpiritu regente, gentes quæ nomen tuum non nouerunt, & Regna quæ nomen tuum non inuocauerunt, ſancto uerę fidei lumine perfundãtur, & in vnum Eccleſiæ tuæ ſanctæ ouile coadunentur.

Dec. Inuictiſſimo Romanorũ Imperatori ſẽper Auguſto magna fides, magnaq; ad proſternendas barbaras nationes potentia.

Reſ. Domine Deus, pijſſimum Imperatorem noſtrum propitius reſpice, & ad debellandas gentes quæ nomen tuum non inuocauerunt, dexteram tuæ maieſtatis extende.

Dec. Cunctis Regibus & Principibus Chriſtianis magna fidei deuotio, & in defenſione nominis Dei, & Catholicę fidei magna animi propenſio.

Reſ. Domine Deus, Chriſtianos Principes propitius reſpice, & in defẽſione ſancti nominis tui, tua ſemper facias pietate cõcordes, ut ſicut per te

regnant,

regnant & imperant, ſic in defenſione ſanctæ fidei catholicæ tuo ſemper protegantur auxilio.

Dec. Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Protectori noſtro multos annos, magnam gloriam.

Reſ. Domine Deus, Illuſtriſsimum Protectorem noſtrũ diu ſerues incolumem, & nomẽ eius facias glorioſum, vt protectionis eius perpetuò dona ſentiamus.

Dec. Reuerendiſſimo N. N. æterna vita, ſempiterna gloria, & Eccleſiæ ſuæ magna tranquillitas.

Reſ. Domine Deus, Reuerendiſsimũ Antiſtitem diu conſerua, & ſuper eum benedictionum tuarum dona multiplica.

Dec. Reuerendiſſimo Patri noſtro æterna gloria, vera felicitas, ac ſalutaris ſuper nos vigilantia.

Reſ. Domine Deus Reuerendiſsimũ Patrem noſtrum ſemper cuſtodire, ac vera felicitate donare digneris, vt Religio noſtra ſub tanto duce militans, temporalibus non deſtituatur auxilijs, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis.

Dec. Populo tuo N. N. pax Chriſti æterna, & Copioſa Domini benedictio.

Reſ. Memento Domine in beneplacito populi tui, ac perpetuum tuæ benedictionis illi rorem infunde.

Dec. Cuncto populo Chriſtiano æterna pax, vnitas plena atque perfecta.

Reſ. Populum tuũ, quęſumus Domine, benigno fauore proſequere, & ab eo flagella iracundię tuę clementer auertens, dirige in uiam ſalutis ęternę.

Dec. Sanctis Dei ſeruis ſit vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti.

Reſ. Exaudiat Deus orõnes noſtras, & recõcilietur nobis, nec nos deſerat in tempore malo.

Dec. Nos

Dec. Nos Dei volūtatem explentes, & ſanctæ regularis diſci plinæ leges in omni opere bono exequentes, digni reddamur miſericordia & gratia magni ac Summi Sacerdotis & Paſtoris Ieſu Chriſti, intercedente ſimul Beata & glorioſa eius Genitrice ſemperq; Virgine Maria, Beato Franciſco, & omnibus Sanctis.

Reſ. Amen. Amen.

Sequuntur Suffragia.

PRo *Sanctiſſimo Domino noſtro Deum oremus aſſiduè, vt illum nobis, & Eccleſiæ ſuę Sanctæ diu ſeruet incolumem.*

Pro Chriſtianiſſimo Imperatore noſtro aſſiduas preces ad Deum offeramus, vt illum aduerſus omnes Chriſtianæ fidei hoſtes ſemper proſperare dignetur.

Pro Regibus & Principibus Chriſtianis omnibus in oratio nibus noſtris memoria ſemper habeatur, vt illos Deus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ beneuolos, ac ſemper faciat ſua pietate concordes.

Pro Illſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Protectore noſtro, Cardinalibus uniuerſis, omnibusq; Epiſcopis, ac Vniuerſo Eccleſię ſtatu Deum oremus aſſiduè, ut tranquilla ſemper deuotione lętetur.

Pro Reuerendiſſimi Patris noſtri incolumitate, proſperitate, & pace Dominum Deum indeſinenter exoremus, ut illum ad laudem & gloriam ſuā, Religionis augmentū & ædificationem perpetuò conſeruare & proſperare dignetur.

Pro Cardinalium, & Patrum noſtrorum, qui noſtræ Religionis Protectores, & Generales fuerunt animabus, ab omnibus & ſingulis Sacerdotibus tres Miſſæ dicantur, & in ſingulis Conuentibus Officium unum cum Miſſa ſolemni, primo quoque tempore decantetur.

Pro benefactoribus noſtris omnibus, & ijs præſertim qui nos in hoc Capitulari Conuentu perhumaniter & charitatiuè ſuis eleemoſynis largiter alere dignati ſunt, tres Miſſæ ab omnibus & ſingulis Sacerdotibus celebrentur.

Omnium & ſingulorum fratrum defunctorum animabus requiem & gloriam ſempiternam ſemper optemus: pro quibus Sa-

bus Sacerdos quilibet duas Miſſas celebret.

Et ut faciliùs à Deo exaudiri mereantur, Reuerendiſſimus Pater noſter N. N. vniuerſi Ordinis Generalis Miniſter, cupiens pro ſuo Paſtorali Officio, animarum ſibi creditarum ſaluti Chriſtiana charitate conſulere, auctoritate ſibi conceſſa, omnibus fratribus tam præſentibus, quàm abſentibus, qui infra quindecim dies, poſtquàm præſentium notitiam habuerint, peccata ſua Sacerdoti Confeſſario noſtri Ordinis rite approbato confeſſi fuerint, concedit, ut ab omnibus caſibus, ſibi aut Miniſtris Prouincialibus reſeruatis, & ab omni peccato, & cenſura, in quantùm ſe exteudit eius ordinaria poteſtas, abſolui poſſint, eligendo ſibi gratum ex Ordine Confeſſarium: conceſſione hac pro una uice tantùm ualitura.

Apoſtatę omnes, auctoritate Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ anathematizantur, & excommunicantur, ac pro excommunicatis declarantur. Deum tamen miſericordem exoremus, ut illos tanquam oues errantes ad gregem ſuum reducat, & ſanet. Amen. Amen.

Ex parte Dei Omnipotentis, Beatę ſemperq; Virginis Marię, Seraphici ac magni Patris noſtri Sancti Franciſci, & omnium Sanctorum, ac Reuerendiſſimi Patris noſtri benedicuntur omnes fratres & Moniales.

Ex Vallisolet. 1593. Quibus peractis, Generalis Miniſter ſuperpelliceo & ſtola cum pluuiali indutus, more ſolemni Capitularibus vniuerſis coram aſtantibus & genuflexis benedicat dicens. Capitularibus à Generali benedicendũ: Et quomodo.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

℞. *Qui fecit Cælum, & Terram.*

℣. *Sit nomen Domini benedictum.*

℞. *Ex hoc nunc & uſque in ſęculum.*

Verſ. Benedicat uos Diuina Maieſtas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Reſ. Amen.

Ex eiſdem. Poſt hæc Capitularibus vniuerſis & ſingulis ſurgentibus, & ad ipſum Generalem Miniſtrum ordine accedentibus, ab eo ſanctæ pacis oſculum reuerenter accipientibus, ac ſibi inuicem Chriſtiano ac religioſo more dantibus & recipientibus, Generalis Miniſter pijs & grauibus verbis eos hortetur, vt quod ſancti oſculi ſignificatione oſtenditur, id re ipſa præſtare velint; nimirum vt coniun- Capitulares actiones cõmuni pacis oſculo, grauibusq; ipſius Generalis ad Capitulares cohortationibus cõcludendæ.

ctiſſi-

ctiſſimis animis, concordiq; voluntate, & ſanctæ pacis, & Christianæ charitatis ſtudio, quæcunque Superioribus Capitulis magna Sanctorum Patrum pietate & religione ſancita, quæq; eo ipſo Generali Capitulo ſanctè decreta ſunt, ſolicitè ac ſtudioſè exequendo, in eam curam incumbant, vt vniuerſa Religio ſalutaribus Institutis, Dei munere & gratia in vſum & conſuetudinem inductis, in omnes bene pieq; agendi partes æquè conformetur, & ſanctè conformata, perpetuò conſeruetur.

Diſceſſus faciẽda venia.

Quibus peractis, Generalis Miniſter cunctis diſcedendi veniam cum benedictione faciat. Ex eiſdem.

Supradicta, & in Generali Cõgregatione, & Capitulis Prouincialibus ſeruanda.

Quæ verò ſuprà de Diſcretorijs & Diffinitorijs decreta ſunt, vnà cum ſolemni ritu ſupraſcripto, etiam in Congregatione Generali ac Prouincialibus Capitulis ſemper ſeruentur. Ex eiſdem.

De Procuratore Ordinis, & Commiſſario Curiæ Romanæ.

Procurator & Cõmiſſari' Curiæ, quomodo inſtituendi: Et ad quẽ eorum ſpectent Capellæ munia.

GENERALIS Ordinis Procurator ex ea familia, ex qua Generalis Miniſter aſſumptus eſt, de conſilio & conſenſu, vt ſuprà ſtatutum eſt, ſemper inſtituatur: ad quem in Capella Sanctiſſimi D. N. Papæ & orare, & in eadem congruis temporibus aſſiſtere & adeſſe vel in primis pertinet. Commiſſarius uerò Curiæ Romanæ ex altera familia, vt ſuprà inſtituatur. Ex Salmant. cap. viij. Et ex Vltramont. c. vij.

Eorũ neuter vltra trienniũ prorogandus.

Nec eorum quiſpiam vltra triennium in Officio eiuſmodi continuari poſſit, ne temporis diuturnitate cogitationes ſuas ad priuatas rationes, & propria negotia conuertat. Ex eiſdem.

Officiales Curiæ, quales inſtituendi ſint.

Inſtituãtur autem viri graues, prudentes, ac rerum agendarum vſu periti, & omnino qui ſuis muneribus obeundis pares eſſe, ſuiſq; functionibus dignè ac laudabiliter cum totius Ordinis honore, ac communi vtilitate ſatisfacere poſſint; & qui aliàs Miniſteriatus Officio functi ſint. Ex Valliſolet. 1593. Et ex Roman. 1587.

Commiſſario Generali vterque ſubiectus, quo tẽpore Generalis Miniſter abeſt.

Eorum vterque Commiſſario Generali illarum partiũ, in quibus Romanam Curiam reſidere contigerit, ſubditus ſit, & eſſe cenſeatur, ſiue Commiſſarius prædictus ſecundùm Bullam vnionis electus ſit, ſiue per Generalem Miniſtrum Ex Salmant.

ſtrum

ſtrum inſtitutus. Hoc autem intelligendum eſt quo tempore Generalis Miniſter aberit: quia ipſo in eiſdem partibus exiſtente, ei immediatè ſubiecti ſunt.

Ex eiſdem. Quo tempore autem Generalis Miniſter aberit, Commiſſarius Generalis in eos animaduertere, eos corrigere, & Officio etiam, ſi ita demeruerint, ſuſpendere poſſit, ſaltem quoadusque ea de re Generalis Miniſter ab eo certior fiat. — Quo caſu Cõmiſſarius Generalis in eos animaduertere poſſit.

Ex eiſdem. Nulli verò alteri Prælato, ſiue locali, ſiue Prouinciali, vnà cum duobus ſocijs, quos eorum vterque habere poteſt, ſubiecti ſint, ſed omnino liberi & exempti cenſeantur. — Nulli alteri Prælato ſubiecti ſunt.

Ex eiſdem. Ad eos reſpectiuè ſpectat omnia Ordinis negotia, quæ in Curia Romana tractanda ſunt, opportunè, ſolicitè, accuratè, ſtudioſè, ac diligenter expedire. — Ad eos ſpectat expedire negotia, i Curia Romana tractãda.

Ex eiſdem. Nec verò alius quiſpiam, cuiuſuis gradus & conditionis exiſtat, ad prædicta ſe ingerat, aut ingerere præſumat, vel quicquam in Curia præfata, ipſis inconſultis, procurare audeat, aut aliquod negotium cum Prçlatis Curiç tractare, aut expedire poſſit, niſi de eorum conſenſu reſpectiuè, aut expreſſa Generalis facultate ſibi liceat, ſub pœna priuationis actuum legitimorum, vel grauiori etiam, Superiorum arbitrio contrafacienti omnino ſubeunda. — Ad talia negotia ſe ingerere, cęteris prohibetur

Ex eiſdem. Præfati etiam Procurator & Commiſſarius nullo modo de fratribus, quoad Prouinciarum regimen ſe intromittant, aut intromittere poſſint, neque in agendis ſæcularium negotijs ſe ingerant. — In quibus ſe intromittere, eis vetitum.

Ex eiſdem. Nec quicquam, quod ad vniuerſum Ordinem pertineat, aut eius libertatem concernat, niſi de expreſſo Generalis mandato, aut ſcitu ſaltem procurare poſſint, aut procurari permittant. — Nihil ad totũ Ordinem ſpectans, ſine Generali tractent.

Ex eiſdem. Procurator aut Commiſſarius prædicti fratres ad eorum præſentiã cum obedientialibus literis venientes, ad nullam aliam, preterquàm ad Romanam Prouinciam deſtinare poſſint, neque eos ipſos in ea diutiùs retinere, quàm eorum negotia expedienda requirant. — Ad Prouinciã Romæ deſtinare poſsũt: Et in ea quantùm retinere queant.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Neap. cap. xxj. Quocirca etiam accuratè ſeruent, & ſeruanda diligenter curent quæ ſuprà de fratribus ad ſanctam Vrbem quacunque de cauſa confluentibus, opportunè quidem ac prouidè ſancita ſunt. — Quę ſuprà decreta ſunt, diligenter ſeruent.

Curent

Breuia Apoſtolica, ad Ordinem pertinentia, prælo dāda, & ad Prouīcias mittēda curēt.

Curent prætera quàm diligentiſſimè, vt omnia Breuia, Motus proprij, & Bullæ Apoſtolicæ, quæ ad noſtrum Ordinem quouis modo pertinent, & ante edita, & in poſterùm edenda, eorum cura & ſtudio prælo dentur, & ad ſingulas Prouincias opportunè mittantur. Ex Pariſien. 1579.

A Prouincijs pro communibus expenſis cõmunes contributiones recipiant.

Singulæ autem Prouinciæ pro expenſis eiuſmodi, & alijs pro communium negotiorum expeditione in dies fiendis, eam eleemoſynæ contributionem præſtare ac ſoluere teneantur, quam ipſi ſimul præſtandam & ſoluendam communibus literis ſignificauerint. Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593.

Si vacauerint, quomodo prouidendum.

Poſtremò ſi eorum quempiam extra Capitulare tempus quouis modo vacare contigerit, Generalis Miniſter prouideat, prout ſuprà ſtatutum eſt. Ex Valliſolet. 1593.

In Congregatione Generali quō inſtituēdus Procurator.

In Generali verò Congregatione intermedia Procurator Ordinis inſtituatur, quem Generalis Miniſter de aliquorum conſilio, ad ſupraſcriptæ Conſtitutionis præſcriptum, idoneum iudicauerit. Ex eiſdem.

Quomodò itē Commiſſarius.

Commiſſarius autem in eadem Curia per Diffinitorium inſtituatur, prout ſuprà decretum eſt. Ex eiſdem.

De Patribus Ordinis.

Qui Patres Ordinis dicantur, & ſint.

PATRES totius Ordinis in vtraque familia, perpetui Diffinitores & Diſcreti illi ſunt, & eſſe cenſeantur, qui Generales Miniſtri fuerunt, ac item qui Vicarij Generalis munere biennio functi ſunt. Ex Salmant. cap. viij. Valliſol. 1565. Nea. ca. xxxij. Valliſolet. 1593.

Ad quę ſint vocandi.

Qui propterea ad Generalia Comitia, & ad Vicarij Generalis electionem, vbi Generalis Miniſtri Officium quouis modo per mortem vacauerit, ac denique ad omnia ardua negotia vniuerſum Ordinem concernentia, ſemper vocari debent. Ex eiſdem.

In quibus votum habeāt, & quale.

Qui etiam in omnibus Capitulis & Congregationibus votum conſultiuum, deciſiuum, ac prætera in electionibus quibuſuis etiam electiuum habent. Ex eiſdem.

De Patribus vnius, vel alterius familiæ.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Neap. ca. xxxij. Et ex Valliſolet. 1593.

PATRES vnius familiæ perpetui Diffinitores & Diſcreti ſunt qui Commiſſarij Generales ſecundùm Bullam vnionis in ea electi fuerunt, atque ideo ad Comitia Generalia, & ad electionem Vicarij Generalis, in eadem familia canonicè ac rite celebranda, ſemper vocandi ſunt; qui etiam in dictis Generalibus Comitijs, & electionibus in eiſdem vt ſuprà celebrandis, vota, vt ſuprà cautum eſt, pariter habent: Et etiam ad ardua negotia eam familiam vniuerſam concernentia, vbi commodè fieri poſſit, vocandi ſunt.

Commiſſarij Generales, ſuæ familię perpetui Patres: Ad quę vocãdi sĩt: Quæ vota habeant.

Ex eiſdem.

Patres verò vnius vel alterius familiæ pro tempore exiſtentes, ſunt reſpectiuè Procurator Ordinis, Commiſſarius Curiæ Romanæ, & Diffinitores in Comitijs Generalibus electi. Qui idcirco ad electionem Vicarij Generalis, ex eadem familia eligendi, vocandi ſunt, atque in ea votũ actiuũ & paſſiuum, ſicut & in Comitijs Generalibus in ea familia celebrandis, conſultiuum & deciſiuum habent. Procurator autem, & Commiſſarius Curiæ Romanæ in Comitijs Generalibus, preter conſultiuum & deciſiuum, etiam in electionibus electiuum ſimiliter habent.

Patres vnius vel alterius familię qui ſint: Ad quæ vocandi ſint: Quę vota habeant.

De Prouinciis ad alteram, & alteram familiam pertinentibus.

QVIA verò ſuperiùs dictum eſt, quòd Franciſcana noſtra Religio in duas familias partitur, idcirco quænam Prouinciç ad earum alteram, & alteram pertineant, hìc operçpretium annotandum duximus.

Quæ ad ciſmontanam familiam pertineant.

1 PROVINCIA SANCTI FRANCISCI.
2 ROMANA.
3 MARCHIAE.
4 THVSCIAE.
5 BONONIAE.
6 S. ANTONII.
7 GENVAE.
8 MEDIOLANI.
9 PRINCIPATVS.
10 SS. SEPTEM MARTYRVM.
11 SICILIAE.
12 S. NICOLAI.
13 S. BERNARDINI.
14 S. ANGELI.
15 DALMATIAE.
16 CANDIAE.
17 BOSNAE CROACIAE.
18 AVSTRIAE.
19 ARGENTINAE.
20 BOHEMIAE.
21 POLONIAE.
22 CORSICAE.
23 RAGVSII.
24 BRIXIAE.
25 BASILICATAE.
26 VNGARIAE SALVATORIS.
27 BOSNAE ARGENTINAE.
28 VNGARIAE S. MARIAE.
29 TERRAE LABORIS.
30 CALABRIAE.
31 TIROLENSIS.
32 ALBANIAE.
33 FLORENTIAE.
34 S. DIDACI.
Cuſtodia Terræ Sanctæ.

Ad familiam uerò vltramontanam ſequentes pertinent.

1 PROVINCIA FRANCIAE.
2 FRANCIAE PARISIEN.
3 CASTELLAE.
4 SAXONIAE S. IOANNIS BAPTISTAE.
5 SAXONIAE S. CRVCIS.
6 TVRONIAE.
7 TVRONIAE PICTAVIEN.
8 ARAGONIAE.
9 ARGENTINAE.
10 AQVITANIAE.
1. S. IACOBI.
12 COLONIAE.
13 S. BONAVENTVRAE.
14 PORTVGALLIAE.
15 S. LVDOVICI.
16 HIBERNIAE.
17 SCOTIAE.
18 CONCEPTIONIS.
19 DATIAE.
20 BRITANNIAE.
21 ANGLIAE.
22 BETHICAE.
23 BVRGENSIS.
24 ANGELORVM.
25 PIETATIS.
26 S. GABRIELIS.
27 CARTAGINENSIS.
28 FLANDRIAE.
29 GERMANIAE INFERIORIS.
30 ALGARBIORVM.
31 S EVANGELII DE MEXICO.
32 MAIORICARVM.
33 AQVITANIAE REFORMATORVM.
34 S. MICHAELIS.
35 CANTABRIAE.
36 DVODECIM APOSTOLORVM.
37 CANARIAE.
38 S. ANDREAE.
39 SARDINIAE.
40 VALENTIAE.
41 CATHALONIAE.
42 S. IOSEPH In noua Hiſpaniā.
43 ARAVIDORVM.
44 S. IOSEPH IN CASTELLA.
45 S. IOANNIS BAPTISTAE.
46 S. PETRI ET PAVLI MECHIOACAM In noua Hiſp.
47 NOMINIS IESV DE GVATIMALA.
48 S. FIDEI NOVI REGNI GRANATENSIS.
49 SANCTISSIMAE TRINITATIS DE CHILLAE.
50 S. FRANCISCI DE CHITO.
51 S. ANTONII CARSARVM.
52 S. GEORGII NICARAGVA In noua Hiſpania.
53 S. CRVCIS IN INSVLA S. DOMINICI Hiſpaniolæ nuncupatæ.
54 GRANATENSIS.
Cuſtodia S. Thomę in India Orientali.
Cuſtodia Terræ firmæ Indiarum.

Quo quiſque loco & ordine in Comitijs Generalibus ſedere debeat.

De loco & ordine, quo cuiq; ſedendũ ſit, agitur.

Ex Valliſolet. 1593.

ET vt nihil præpoſterum, nihil inordinatum ſit, ſed omnia ordinatè, diſtinctè, atque omnino pro dignitate in Generalibus Comitijs fiant; propterea quo quiſque loco & ordine in eis votum dicere, ac ſedere debeat, hic ordine ponendum cenſuimus.

Medius omnium ſedere debet Generalis Miniſter: Et à dextris eius qs aliorum ordo:

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Vltramont. c. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

Itaque vbi primùm Capitulares omnes conuenerint, & Capitulariter eos congregari oportuerit, Generalis Miniſter primo loco ſedeat: & à dextris eius immediatè ſedeant qui Generales Miniſtri fuerunt: inter quos primus ſit Generalis Miniſter immediatè officio functus, deinde alij, qui ſimili Officio, aut etiam Vicarij Generalis munere biennio functi ſunt: poſt quos Generalis Ordinis Procurator ſedeat: quem ordine ſequentur Diffinitores Generales eius familiæ, ex qua Generalis Miniſter aſſumptus eſt: deinde Prouincialis Miniſter eius Prouinciæ, in qua Generale Capitulum celebratur: quem ordine immediatè ſequentur Patres Ordinis: ac deinde Prouinciales Miniſtri & Cuſtodes eiuſdem familiæ, iuxta veterem ac probatum Prouinciarum Ordinem, prout ſuprà ordine notatum eſt.

Quis item ordo à ſiniſtris.

Ex eiſdem.

A ſiniſtris autem Generalis Miniſtri immediatè ſedebit Cõmiſſarius Generalis iuxta Bullam vnionis electus: quem ordine ſequentur qui ſimili Officio iam functi ſunt: deinde Commiſſarius Curiæ Romanæ: poſt quem Diffinitores eius familiæ, ex qua Generalis Cõmiſſarius aſſumptus eſt, ordine ſedeant: quos eiuſdem familiæ Patres ordine ſequentur: ac deinde Prouinciales Miniſtri & Cuſtodes eiuſdem familiæ, vt ſuprà notatum eſt.

Cõmiſſarius Generalis Indiarum, quo loco ſedere debeat.

Ex Valliſolet. 1593.

Commiſſarius autem Generalis Indiarum, qui in Curia Regis Catholici reſidet, à dextris vel à ſiniſtris ſuprà Procuratorem vel Commiſſarium Curię Romanæ, ac Miniſtros & Cuſtodes vltramontanæ familiæ ſedebit, prout eiuſdem familię viciſſitudo fuerit.

Prępoſterè ſedentibus nihil

Ex eiſdem. Et ex Conc. Trid.

Quòd ſi fortè contigerit, quoſpiam debito loco & ordine non ſedere, ac ſententiam, etiam ſub verbo Placet, proferre,

seſſ. ij. capitulo j. proferre, Congregationibus intereſſe, & alios quoſcunque actus facere, conſultò decernimus, vt Capitulo durante, nulli propterea præiudicium generetur, nulliq; nouum ius acquiratur; quod etiam in Generalibus aut Prouincialibus Comitijs quibuſq; intelligendum eſſe, ac intelligi debere, etiam ſtatuimus & decernimus. deperditũ ſui iuris, aut acquiſitum alicui.

Ex Valliſolet. 1593. Quos autem Generalibus Comitijs, aut prædicationis, aut diſputationis gratia, Generalis Miniſtri iuſſu adeſſe contigerit, Concionatores ac Theologi clariſſimi, ac alij præterea omnino omnes, vt ſuo loco & ordine ſedeant, eius cura ſit, quem Generalis Miniſter ad id ſpecialiter deputandum cenſuerit. Concionatoribus & Theologis, in Capitulo Generali quo loco ſedendum.

De Prouincialibus Capitulis.

Ex Ro. 1587. PROVINCIALIA Capitula etſi pluribus de cauſis, præcipuè tamen pro Miniſtrorum Prouincialiũ, & aliorum Officialium electionibus celebranda ſunt: atque ideo quæ intermedia vocantur, pro diuerſitate locorum & temporum nuncuſque variè celebrata, in poſterùm celebrari non debere, rationabilibus ac ferè cogentibus de cauſis decretum eſt. Prouincialia Capitula intermedia, non celebranda.

Ex Valliſolet. 1593. Quę verò deinceps pro electionibus prædictis celebrari contigerit, multis incommodis circunſpecta prouidentia occurrere cupientes, ac publicæ vtilitati proſpicientes opportunè, conſultò decernimus, vt à Paſcha Reſurrectionis Domini, ad ſanctam Pentecoſten vſque omnino celebrentur, niſi fortè Generalis Miniſter pro ſui muneris Officio eiſdem intereſſe voluerit, ac propterea in aliud tempus differenda & celebranda cenſuerit ac præceperit. Quò caſu illum obnixè rogamus, vt ea, quoad fieri poterit, opportuniori loco & tempore, pro ſua prudentia & paterna ſolicitudine, celebranda diligenter curet. Prouincialia Capitula, quo tempore celebranda: Et quo etiam caſu ea differre liceat.

Ex eiſdem. Quæ verò de precibus, ſacrificijs, proceſſionibus, & alijs præparationibus ante Generale Capitulum, & in eo ipſo ante electiones adhibendis, ſuprà decreuimus, ea quoque ante Prouincialia Capitula, quò primùm indicta fuerint, & in eis ipſis ante electiones adhibenda decernimus. Pro Capitulis Prouincialibus, quæ præparationes adhibẽdę.

De Locis ad celebranda Prouincialia Capitula deligendis.

Loca pro celebrandis Prouincialib. Capitulis, quomodo deligenda.

Ex Neap. cap. xxxviij.

GENERALI Miniſtro, & Commiſſario item Generali, ac Viſitatoribus ab eiſdem miſſis cum facultate celebrandi Prouincialia Capitula, liberum ſit, ea Loca deligere, quæ ad ea celebranda, pro eorum prudentia, de aliquorum Diſcretorum Prouincialium conſilio, eis opportuniora viſa fuerint. Illos tamen admonemus, vt communi Prouinciarum commodo atque vtilitati ſemper proſpicere velint.

De indictionis literis.

Ante Prouinciale Capitulū Indictionis literæ opportunè mittendæ.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Veteri conſuet.

ANTE Prouinciale Capitulum opportuno loco & tempore canonicè ac rite celebrandum, per vniuerſam Prouinciam & ſingula Loca, indictionis literæ opportunè mittantur, ita vt quibus ad illud quouis iure, vel quacunque conſuetudine accedendum eſt, præſcripto tempore commodè accedere poſſint.

De ijs, quæ dictis indictionis literis, inter alia ſpecialiter præſcribenda ſunt.

Indictionis literæ, pro futuro Prouinciali Capitulo mittendæ, quot, & quæ præſcribere debeant.

Ex Valliſolet. 1593.

INTER cætera verò, quę Præſidentium arbitrio, pro eorum prudentia & pietate, dictis indictionis literis præſcribenda ſunt, hæc expreſsè ac ſpecialiter præſcribenda decernimus.

Primò vt quo die & loco celebrandum eſt, exprimatur.

II Vt quò primùm Locorum Superiores indictionis literas acceperint, fratribus ad ſonitum Capitularis campanæ, more Maiorum capitulariter congregatis, publicè legi & euulgari diligenter curent.

III Vt quo die eas acceperint, & quo item ad alium Locum tranſmiſerint, in eiſdem propria manu teſtentur.

IIII Vt eas de Loco ad Locum per nuncios fideles diligenter tranſmittant.

V Vt vbi

V Vt vbi Localis Diſcreti ad Prouinciale Capitulum mittendi, electio celebrata non fuerit, mox canonicè ac ritè iuxta præſcriptum celebretur.

VI Vt totius adminiſtrationis rationem accuratè ac diligenter conſcriptam, coram fratribus capitulariter congregatis exactiſſimè reddant, ac ſingulorum propria manu obſignatam; cui etiam Procuratores Locorum Apoſtolici primò ſubſcripſerint; ad Capitulum deferant.

VII Vt omnium rerum mobiliũ inuentaria ad Capitulum deferenda, vnà cum Localibus Diſcretis diligenter conficiant, ac ſi qua bonorum acceſſio facta fuerit, aut aliqua fabricæ inſtauratio, in eiſdem expreſsè notetur; quibus Locales Diſcreti propria manu ſubſcribant.

VIII Vt antiquiori Locali Diſcreto, qui ſi Vicarius nõ fuerit, interea Loci curam habebit, ipſorum inuentariorum originalia, Loci ſigillum, Regulam, & Ordinis ac Prouinciæ Statuta, necnon bibliothecæ, ſi quę fuerit, inuentaria, ad Conſtitutionis Apoſtolicæ pręſcriptum confecta, coram Diſcretis Localibus aſſignent, Locorum Superioribus nouiter eligendis, quò primùm de Capitulo redierint, pariter reſignanda.

IX Vt qui quouis iure vel conſuetudine Prouinciali Capitulo intereſſe debent, ſtata die in ipſis indictionis literis expreſsè pręſcripta, quę triduo aut biduo ſaltem diem electionis pręcedat, vt quæ Capitulari loco & tempore peragenda ſunt, conſultiùs ac maturiùs pertractari & examinari poſſint, in Capitulari Loco præſentes adeſſe debeant. Cęteris verò omnino omnibus ad Capitulum acceſſum, & de Locorum finibus egreſſum, ſub apoſtaſiæ pœna ipſo facto incurrenda interdicant.

X Vt venientes ac redeuntes modeſtè, religioſè, compoſitè, ac grauiter incedant, cauponas deuitent, pedeſtres vadant, niſi ſcriptam ęquitandi facultatem; quę non niſi in caſibus omnino neceſſarijs concedi poſſit; antea impetrauerint.

XI Vt Capitulares Diſcreti ſuæ quiſque electionis fidem, Guardiani & Diſquiſitorum propria manu obſignatam, opportunè in Diffinitorio exhibendam afferant.

XII Orationes, ſupplicationes, proceſſiones, ac alia oĩa, ad Conſtitutionis præſcriptum, pro felici rerum Capitula-

rium ſucceſſu & exitu peragenda, omnino fieri præcipiant.

Poſtremo loco ſupraſcripta omnia exactè quidem atque inuiolatè ab omnibus æquè ſeruanda, ſub pœnis eorum arbitrio negligentibus ſubeundis, expreſsè cauendo præcipiant.

De ijs, qui ad Prouincialia Capitula quouis iure, vel conſuetudine accedere debent.

Ad Capitula Prouincialia, quibus accedẽdum eſt.

PATRES Prouinciarum Diſcreti primò, Guardiani omnes, & Capitulares Diſcreti, ad Prouincialia Capitula accedere debent. Quòd ſi legitimo ceſſante impedimento, in eo ipſo Prouinciali Capitulo Diffinitorij Patribus probando, non acceſſerint; omni ſuffragiorum iure triennio priuentur. Neque propterea Capitulum ipſum aut ſuſpendatur, aut differatur: ſed ſtata die, Præſidis arbitrio celebretur.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Vltramont. ca. vij. Et ex Neap. cap. xxxij. Et ex Valliſol. 1593.

De habentibus votum in Prouinciali Capitulo.

In Prouinciali Capitulo qui votũ habeant: Et quale quiſquis eorum.

IN Prouinciali Capitulo Generalis Miniſter, & Commiſſarius item Generalis, ſi præſentes fuerint, in electionibus & inſtitutionibus quibuſuis votum actiuum habent. Qui autem Miniſteriatus Officio functi ſunt, in electione Prouincialis Miniſtri vocẽ actiuam habẽt, ac paſſiuã etiam, ſi præſcripto tempore vacauerint. In electione verò Cuſtodis ad Generalia Comitia mittendi, vocem actiuã & paſſiuam habent; in electione autem Diffinitorum actiuam tantummodo. Cæteri autem Prouinciarum Diſcreti ac Diffinitores perpetui, in electione Prouincialis Miniſtri & Cuſtodis vocem actiuam & paſſiuam habent; in electione verò Diffinitorũ ſolummodo actiuam. Guardiani aũt & Capitulares Diſcreti omnes in electionibus prędictis vocem actiuam & paſſiuam habent, ſi conditionibus ex Conſtitutionum præſcripto requiſitis prædìti fuerint.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Vltramont. ca. vij. Et ex Neap. cap. xxxij. Et ex Valliſol. 1593.

Congregatis prędictis in Capitulo Prouinciali, quid agendum.

Quibus congregatis, & peractis omnibus, quæ ante Capitulares actiones quaſcunque peragenda & præſtanda ſuprà decreuimus, prædictorum omnium electio canonicè ac rite celebretur.

Ex Valliſolet. 1593.

De

De eorum qualitatibus, qui ad prædicta Officia promouendi ſunt.

Ex Valliſolet. 1593.

PRAETER ea, quæ ſuprà in genere de eorum qualitatibus, qui ad Ordinis dignitates, gradus, & Officia promoueri debent, prudenter quidem ac ſanctè decreta ſunt, hæc etiam ſpecialiter ſeruanda decernimus. — Iis, quæ ſuprà de promouendorũ condõne decreta ſunt, q̃dã adduntur.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Apoſtol Pij V. & Greg. XIII. Et ex Conc. Trid. ſeſſ xxij. cap. j. & ſeſſ xxiiij. capit. j. & iij.

Nemo in Prouincialem Miniſtrum eligi poſſit, qui & integritate vitæ, & morum grauitate probatus, prudentia etiã, & rerum agendarũ vſu, gubernandi peritia, & ſcientia quoque ad munus eiuſmodi rite ac rectè obeundum neceſſaria præditus non fuerit; quiq; trigeſimumquintum ætatis ſuæ, & à ſuſcepto Religionis habitu vigeſimum annum non exceſſerit; ac prçterea qui Regulam ſeruare, & communem cum alijs fratribus vitç vſum antea ducere non conſueuerit, & in poſterùm poſſit, quantùm per occupationes Officij licuerit; vt Prouinciam ſibi creditam prudenter ac ſalutariter gubernare, & oues ſibi commiſſas verbo & exemplo paſcere, & in viam ſalutis, auxiliante Deo, deducere valeat: & omnino talis eſſe debeat, qui ſuo muneri & oneri par eſſe, & eius neceſſitatibus dignè reſpondere ac ſatisfacere poſſit. — Eius, qui in Prouincialem Miniſtrum eligendus eſt, qualitates.

De Cuſtodibus ad Generalia Comitia mittendis.

Ex Valliſolet. 1593.

ETSI nonnulla de Cuſtodibus ad Generalia Comitia mittendis ſuprà decreuimus, hęc tamen etiam ſeruanda decernimus. — De Cuſtodib. quæ ſeruanda.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Cõſtit. Nic. IIII. Ad ſtatum Pacificum &c. Et ex Bulla Vnionis Leo. X. Ite & vos &c.

Illud verò antea animaduertendum eſt, quòd cùm olim plures eſſent in eadem Prouincia Cuſtodes & Cuſtodię, Apoſtolica Conſtitutione cautum eſt, vt vnus ex omnibus Cuſtodibus eligeretur ad Generalia Comitia mittẽdus, qui Cuſtos Cuſtodum appellaretur. Verùm cùm iam Cuſtodię eiuſmodi ferè nullę ſint, & prçſertim in Italia; auctoritate Apoſtolica declaratum eſt, vt Diſcreti, qui olim eligebantur cum Vicarijs Prouincialibus ad Generalia Comitia mittendi, Cuſtodes appellarentur. — Quinã olim fuerint Cuſtodes: Et qui nũc ſint.

Cuſtodes vbi, quando, & per quos eligendi.

Ex Salmant. capit. viij. Et ex Vltramont. ca. vij. Et ex Valliſolet. 1593.

Cuſtodes itaque huiuſmodi ad Comitia Generalia mittendi, in Prouincialibus Capitulis ipſa Comitia Generalia immediatè præcedentibus, per ſupradictos vocales, Patres videlicet Prouinciarum Diſcretos & Diffinitores perpetuos, Guardianos, & Capitulares Locorum Diſcretos ſemper eligantur.

Mortuo Cuſtode, aut impedito, ne ad Capitulum accedere poſſit, q̄d agendum.

Ex eiſdem.

Si verò eorum quempiam aut mori, aut legitimo impedimento detineri contigerit, quominùs ad Generalia Comitia accedere poſſit; ipſo facto Officio eiuſmodi abſolutus intelligatur, & alius eius loco per Prouincialem Miniſtrū, & Patres Prouinciæ Diſcretos perpetuos, & Diffinitores pro tempore exiſtentes eligatur.

Cuſtos ad Capitulum nō accedens, quomodo puniendus.

Ex eiſdem.

Si autem legitimo ceſſante impedimento non acceſſerit, omni ſuffragiorum iure priuatus exiſtat, vt ſuprà etiam cautum eſt.

• Syndicatiões, à Cuſtodib. ad Capitulū afferēdę: Et quales.

Ex eiſdem.

Accedentes autem Cuſtodes quicūque ſcripturas, ſi quas aut contra Generales, aut Prouinciales Miniſtros & Commiſſarios, aut quoſuis alios mittendas Prouinciæ habuerint, Prouincialium Diſcretorum propria manu obſignatas, & Prouinciarum ſigillo munitas deferant, in Generalibus Comitijs vt ſuprà decretum eſt exhibendas.

Si nullas habuerint Syndicationes, quomodo id teſtari debeant.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Vltramont. c. vij.

Quod ſi nullę fuerint ſcripturę aut ſyndicationes eiuſmodi, id communibus literis oſtendant, vt ſuprà etiam ſtatutum eſt. Quod nimirum ita fieri oportere iudicauimus, vt Cuſtodes ipſi Prouinciarum ſyndicationes, ſi quas habuerint, diſſimulare non poſſint. Quòd ſi minùs fecerint, ad ferenda ſuffragia in ipſis Generalibus Comitijs non admittantur.

Eius, qui in Cuſtodem eligendus eſt, qualitates.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Neap. ca. xxxij. Et ex Valliſolet. 1593.

Quia verò ex antiquis ac probatis Ordinis Conſtitutionibus, Cuſtodes prædicti in Diffinitorum numero computantur, & ab eo Capitulo in quo electi fuerint, ad alterum vſque Prouinciale Capitulum, de corpore Diffinitorij habentur; propterea nullus ad munus eiuſmodi deinceps promoueri poſſit, niſi illis ipſis qualitatibus præditus fuerit, quibus præditi eſſe debent, qui in Diffinitores eligendi ſunt, prout infrà decernitur.

De

De Diſſinitoribus Prouincialibus.

Ex Salmant. cap.viij.

IN omnibus Prouincialibus Capitulis, ex antiquis ac probatis Ordinis Conſtitutionibus, Diffinitores quatuor ſemper eligendi ſunt, qui vnà cum Prouinciali Miniſtro & alijs Diffinitoribus perpetuis, ſi qui fuerint, ad Guardianorum & aliorum Officialium inſtitutionem, Capitulari loco & tempore celebrandam, & vocari, & conuenire debent.

Diffinitores in Prouinciali Capitulo quot eligi debeant: Et quod eorũ munus.

Ex Valliſolet. 1593.

Quòd ſi legitimè non impediti, prædictis intereſſe renuerint, vel neglexerint; & Officio, & dignitate huiuſmodi priuentur, Superiorum arbitratu.

Qui muneri deſit Diffinitor, priuãdus.

Ex Salmant. c.viij. Et ex Valliſolet. 1593.

Nec verò plures eligi poſſint. Quòd ſi ſecus fieri contigerit, quatuor tantùm admittantur, & ij quidem, quibus plura vota ſuffragata fuerint.

Pluribus quatuor electis Diffinitoribus, qd agendum.

Ex Salmant. capit. viij. Et ex Neap. ca. xxxij. Et ex Valliſolet. 1593.

Ad Congregationem præterea, quæ vim Capitularem habet, & omnino ad inſtitutionem & depoſitionem cuiuſuis Guardiani, aut Sanctimonialium Confeſſarij extra Capitulum vel Congregationem fiendam, vnà cum alijs Diffinitoribus & Diſcretis perpetuis, à Prouinciali Miniſtro ſemper vocandi ſunt, dummodo extra Prouinciam longiùs non exiſtant. Nec verò Guardianus quiſpiam, aut Monialium Confeſſarius aliter inſtitui aut deponi poſſit.

Ad quæ vltra prædicta, vocãdi ſint Diffinitores.

Ex Valliſolet. 1593.

Quòd ſi Guardianorum quiſpiam aut Confeſſarius Monialium ex Conſtitutionum præſcripto priuationis pœnam ipſo facto incurrerit; Officio quidem, Prouincialis arbitrio, ſuſpendi poſſit; ſed priuationis pœnam incurriſſe, niſi cauſa coram prędictis Patribus propoſita & cognita, declarari nequeat.

Guardianis & Confeſſarijs in pœnam aliquã ipſo facto infligendam incidẽtibus, qd agẽdũ à Miniſtris:

Ex eiſdem.

Quod etiam per ipſos Prouinciarum Viſitatores ſeruandum decernimus; atque inſtitutiones & depoſitiones prædictorum aliter factas, irritas eſſe & nullas cenſeri debere declaramus.

Quid item à Prouinciarum Viſitatoribus.

Ex eiſdem. Et ex Cõcil. Trid. ſeſſ. xxiiij. cap. xij.

Et quia dignitates ad conſeruandam augendamq; Regularis vitæ diſciplinam inſtitutæ ſunt, & eſſe videntur, vt qui eas obtinent, alios pietate, religione, doctrina, integritate, ac prudentia præcellant, & Chriſtianis virtutibus cęteris

Dignitates ad quem finem inſtitutæ: Et quibus conferendæ.

teris exemplo ſint, atque Prouinciales & Superiores Prælatos conſilio, opera, ſtudio, & officio adiuuare poſſint; propterea meritò prudenter quidem ac ſanctè decretum eſt, vt qui ad eas vocantur, tales eſſe debeant, qui ſuis muneribus, ac eorum neceſſitatibus pares eſſe, & ſufficienter reſpondere ac ſatisfacere valeant.

Eorum qui in Diffinitores eligendi ſunt, qualitates.

Ad Diffinitoriatus ergo dignitatem nemo deinceps promoueri poſſit, niſi trigeſimum ætatis ſuæ annum, & in Religione quintúdecimum exceſſerit; & in Prædicationis, aut Lecturæ munere per annos ſaltem quatuor laudabiliter verſatus, aut Nouitiorum Magiſter, vel à ſecretis Prouincialis Miniſtri triennio fuerit; aut Guardianatus Officio triennio ſaltem expleto laudabiliter iam functus; & integritate vitæ, & morum grauitate etiam commendatus ſit. Ex Ro. 1587. Et ex Vallisolet. 1593.

Diffinitorum numerus præſcriptus in vnaquaq; Prouincia.

Et quia iure meritò etiam certus Diffinitorum numerus iam præſcriptus eſt, nimirum in latioribus Prouincijs ſexdecim, in ſtrictioribus autem duodecim; propterea numerus eiuſmodi nullatenus augeri poſſit, niſi ſpeciali & expreſſo Generalis conceſſu: quem non niſi rationabilibus de cauſis Generalis ipſe augendum concedat. Quo tamen numero perpetuos Prouinciarum Diffinitores & Diſcretos minimè comprehendi decernimus. Ex Salmant. cap. viij. Et ex Rom. 1571. Et ex Vallisolet. 1593.

Quæ latiores, quæq; ſtrictiores Prouinciæ.

Latiores autem Prouincias eas eſſe declaramus, quæ ſupra, ſtrictiores verò quæ infra triginta Loca, Guardianatus titulo decorata habent. Ex Vallisolet. 1593.

Diffinitoribus, quanto tēpore vacandū.

Diffinitores autem in vno Capitulo electi, reeligi in altero nequeant, niſi per vnum aut alterum Prouinciale Capitulum, iuxta cuiuſque Prouinciæ conſuetudinem, antea vacauerint. Ex Salmant. cap. viij.

Diffinitores pro tempore, Guardiani eſſe non poſſunt.

Qui præterea Diffinitores qui pro tempore fuerint, Guardiani eſſe non poſſint, niſi ſpeciali Generalis conceſſu, vrgentibus de cauſis, Diffinitorij Patribus aliter expedire videatur. Ex Salm. c. viij. Aquil. 1559. Ro. 1571. Vallisolet. 1593.

Diffinitorio priuatur Diffinitor perpetuus, cùm eſt Guardianus.

Si verò quempiam ex Diffinitoribus perpetuis, vrgenti de cauſa, in inſigniori Loco Guardianum inſtituere, Diffinitorij Patribus quandoque expedire videbitur; tunc eo caſu de corpore Diffinitorij non ſit qui Guardianus inſtitutus fuerit. Ex Vallisolet. 1593.

Ex eadem familia Diffinito

Ex eadem autem familia Diffinitores duo eſſe non poſſint, niſi & probitate vitæ, & doctrinæ præſtantia ita excellant, Ex eiſdem.

cellant, vt meritò cum eis Generalis iudicio diſpenſandum eſſe videatur. — res duo eſſe nõ poſſunt.

Ex Ro. 1571. Illi verò præcedant qui Ordine antiquiores fuerint, & non qui ſuffragiorum numero alios exceſſerint. — Inter Diffinitores, q̃ præcedere debeant.

Ex Vallisolet. 1593. Quòd ſi quis ex Diffinitoribus prædictis pro tempore exiſtentibus vita exceſſerit, in demortui locum ſubrogetur qui ex antiquis Patribus in Ordine antiquior fuerit. Qui ſi in eo munere biennio integro extiterit, in ſequenti Prouinciali Capitulo Diffinitor eligi non poſſit. — Moriente Diffinitore pro tẽpore, quis ſubrogandus: Et qua lege.

De ijs, quæ poſt electiones prædictas agenda ſunt.

Ex Vallisolet. 1593. ELECTIONIBVS prædictis canonicè ac rite celebratis & confirmatis, Prouincialis Miniſtri, aut Præſidis iuſſu, Diſcretorium, ad quod Capitulares omnes ſtatis horis conuenire debent, loco decenti & opportuno mox inſtituatur, ac cętera exactè ſeruentur, quæ ſuprà hac de re ſtatuta ſunt. — Poſt electiones, Diſcretorium inſtituẽdum: Et quæ in eo agenda:

Ex eiſdem. Diffinitorium quoque ſingulis diebus horis opportunis conuocandum erit: in quo Prouincialis Miniſter præſideat, ſi Præſes Capituli abfuerit: quo tamen inconſulto, nihil determinari aut diffiniri poſſit. Neque pręterea ad eorum obſeruationem, quę in eo diffinita aut conſtituta fuerint, quiſquam teneatur, niſi Pręſidis auctoritate antea probentur. — Diffinitorium item conuocãdum: Et quis in eo Præſes: Et quomodo traƈtãda in eo negotia.

De ijs, qui ad Diffinitorium vocandi ſunt.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Valliſ. 1593. AD Diffinitorium eiuſmodi vocentur omnes Prouincię Diſcreti ac Diffinitores perpetui, tùm qui pro tẽpore fuerint. — Ad Diffinitorium qui vocãdi.

Ex eiſdem. Et ex Neap. capit. xxxij. Prouinciarum autẽ Diſcreti ac Diffinitores perpetui vocantur, ac re uera ſunt, Prouinciales Miniſtri, & qui aliàs eodem munere functi ſunt, Diffinitores Generales, & Patres Ordinis, ſi qui fuerint, & qui aut Procurator Ordinis — Diffinitores perpetui qui nã ſint:

dinis,aut in Curia Romana Commiſſarius, aut Terrę Sãctę Guardianus,aut qui per tres annos continuos à ſecretis Miniſtri aut Commiſſarij Generalis fuerunt.

Quinam item Diffinitores pro tempore.

Diſcreti verò pro tempore cenſentur, Cuſtos Prouinciæ ad Generalia Comitia mittendus,& Diffinitores in eodem Capitulo electi. Ex eiſdem.

Prędicti vtriq; ad Diffinitoriũ vocandi.

Qui omnes vt de corpore Diffinitorij,ad illud ſemper vocandi ſunt, & conuenire debent, niſi legitimo impedimento detineantur. Ex eiſdem.

Quale votum habeant in Diffinitorio.

In quo quidem Diffinitorio votum conſultiuum ac deciſiuum, atque pręterea in electione ſeu inſtitutione Guardianorum & aliorum Officialium, etiam electiuum habent. Ex eiſdem.

De ijs, quæ in Diffinitorio agenda ſunt.

Guardiani & Vicarij Officijs renunciare debent in Capitulo.

SICVT in Generali Diffinitorio Prouinciales Miniſtri, per ſe quidem pręſentes, abſentes verò per literas,ſuis Officijs renunciare tenentur; ſic in Prouinciali hoc ipſum quoque Guardianis & Monialium Confeſſarijs agendum eſt. Quę renunciatio per Diffinitorium admittatur, aut non admittatur, prout publicę vtilitati magis expedire videbitur. Ex Valliſolet. 1593.

In Prouinciali Diffinitorio quænam agenda.

Cętera verò, quę in Generali Diffinitorio pręſtanda eſſe decretum eſt, vt in Prouinciali quoque reſpectiuè pręſtentur, conſultò decernimus; nimirum, vt ſuper negotijs tam ad vniuerſam Prouinciam, quàm ad ſingula Loca, & particulares perſonas pertinentibus, collatio fiat; vt Diſcreti ſigillatim ac ſeorſum vocentur, & de ſingulorum Conuentuum ſtatu ab eis diligenter inquiratur; vt quę in Diſcretorio tractata, & in Diffinitorio propoſita fuerint, examinentur accuratè; vt cauſę ab earum Auditoribus ad Diffinitorium ipſum relatę, & in eo propoſitę & examinatę, diligenter decidantur; atque vel in primis Examinatores aliquot doctrina & integritate pręſtantes pro Prędicatoribus, Confeſſarijs, Studentibus, & Magiſtris approbandis deputentur;ac pręterea qui rerum omnium inuentaria recognoſcant, & qui item calculorum rationes diligenter conſcriptas; ac Ex eiſdem.

ptas; ac denique conferant, conſulant, ſtatuant, atque decernant quæ pro Dei gloria, proq; animarũ ſalute, ac retinenda regularis vitæ diſciplina neceſſaria viderint, vel quomodolibet opportuna iudicauerint in Domino.

Ex eiſdem. Demum Guardiani, Vicarij, Sanctimonialiũ Confeſſarij, Nouitiorũ Magiſtri, & alij Officiales quicunque, communi conſilio & conſenſu, Præſide aut Prouinciali Miniſtro proponente, iuxta veterem ac probatam Religionis conſuetudinem, inſtituantur, prout magis expedire videbitur. Quorum Officialium inſtitutiones in Prouincialibus Diffinitorijs agendæ.

Ex eiſdem. In omnibus autem diffinitionibus in determinando, decidendo, ſtatuendo, ac decernendo, ſententia plurium ſemper attendatur, præualeat, & executioni demandetur, vt ſuprà etiam ſtatutum eſt. In Diffinitionibus, quę ſentẽtia alijs præferenda.

De Guardianis.

Ex Neap. capit. v. Et ex Meclinien. 1499. Et ex Salmant. capit. viij. QVONIAM & veteri & probata Religionis conſuetudine, & antiquis Conſtitutionibus eiuſdẽ, Guardiani omnes per Miniſtros & Diffinitores, ad quos legitimè congregatos, ex communi Prouinciarum compromiſſo, vera canonicaq; Guardianorum inſtitutio pertinet, in Diffinitorijs tum Generalibus, tum Prouincialibus reſpectiuè, inſtitui ſeu eligi ſemper conſueuerũt; propterea laudabilis & probata eiuſmodi conſuetudo, Conſtitutioneſq; prædictæ, quas etiam ſæpe innouatas approbamus, perpetuò atque inuiolatè in poſterùm ſeruentur. Guardianorum inſtitutio ad quos pertineat.

Ex Neap. cap. v. Si verò quandoque Locorum quempiam, ex ijs quæ Generali Miniſtro, aut Commiſſario item Generali ciſmontano immediatè ſubſunt, & ad quos vnà cùm Diffinitoribus Generalibus in Capitulo vel Congregatione Generali Congregatos, Guardianorum Locorum eiuſmodi inſtitutio pertinet, extra Capitulare tempus quouis modo vacare contigerit; quia difficile nimis & valde incommodum eſſet, omnes Diffinitores vnà ſimul conuocari & conuenire: Generali Miniſtro, & Commiſſario itẽm Generali prędicto, vel coniunctim vel diuiſim liberum ſit, aliquem probatiſſimum Patrem, quem pro eorum prudentia & pietate ido- Conuentu, ex his qui Generalibus immediatè ſubſunt, quomodolibet vacante, quomodo prouidendum.

te idoneum iudicauerint, Guardianum ſubſtituere, donec & quouſque prædictorum Patrum conſenſus, aut verbo, aut ſcripto haberi poſſit.

Vacante Conuctu in Prouincijs, quid agendum.

Conuentu autem in aliqua Prouincia extra tempus prædictum uacante, per Miniſtros & Diffinitores, tum perpetuos, tum qui pro tempore fuerint, prouideatur opportunè, prout Generalibus, aut Prouincialibus Statutis & Conſtitutionibus cauetur. Ex eiſdem.

Guardiani quales inſtituendi ſint.

Guardiani quales inſtitui debeant.

GVARDIANI & integritate vitæ, & morum grauitate, & rerum agendarum vſu, experientia, & ſcientia quoque tales inſtitui debēt, qui ſuis muneribus, & eorū neceſſitatibus laudabiliter reſpondere poſſint. Ex Valliſolet. 1593. Et ex Cōcil. Trid. ſeſſ. xxiiij. cap. xij.

Laici & Guardiani eſſe poſſunt: Et quales.

Liberum tamen ſit pro veteri ac probata conſuetudine, laicum etiam, qui moribus & vita probatiſſimus ſit, atque quoquo modo de Religione benemeritus, & aliàs idoneus, Guardianum inſtitui, prout Patribus Diffinitorij expedire videbitur. Ex Valliſolet. 1593.

Quę Pręcipuè à Guardianis habenda, agendaq́;.

Quibus omnibus & ſingulis, ex Conſtitutionum præſcripto multa quidem præſtanda ſunt. Inter cętera verò hęc maximè, vt in ſuo quiſque Conuentu ſub pœna priuationis Officij & ſuffragiorum iuris, & Regulam & omnes Ordinationes, tam Generales quàm Prouinciales habeant: & ſexta quaque feria Regulam ipſam & Teſtamentū Beatiſſimi Patris noſtri Sancti Franciſci legi diligenter curent; Ordinationes verò tempore per eas ipſas præſcripto: ac prǽterea Conuentus ſigillum habeant, & cuſtodiant diligenter. Ex Neap. cap. vij.

Guardiani ad Capitulū accedentes, quę Pręſidi conſignare debeant: Et q́d Præſidi de illis agendum.

Quæ omnia vbi ad Prouinciale Capitulum eis eundum eſt, Loci Præſidi aſſignent. Præſidi verò ſub eiſdē pęnis ab eodem loco diſcedere ne liceat, niſi prędicta omnia vel ipſi Guardiano, vel eius in Officio ſucceſſori antea reſignet, vnà cum inuentariorum originalibus ipſis, quæ diligenter cuſtodienda recepit. Ex eiſdem.

Eorum, qui Guardiani inſtituendi ſunt, qualitates.

Ad iuuenum autem ambitionem cohibendam, & ad retinendam atque etiam augendam in Domino regularis vitæ diſciplinam, decernimus ne poſthac ad Guardianatus Ex Ro. 1587

Officium

Officium promoueri poſſit, qui trigeſimum ætatis ſuæ annum, & à ſuſcepto Religionis habitu decimum non exceſſerit. Et qui munere eiuſmodi haud antea potitus eſt, ad illud aſſumi nequeat, niſi aut Vicarius, aut à ſecretis Prouincialis Miniſtri biennio antea fuerit, vel prædicationis aut lecturæ munere triennio functus ſit. Hoc tamen Decreto Prouincias vltramarinas ob paucitatẽ fratrũ excipimus.

Ex Valliſolet. 1593. Guardiani præterea, vt in Officio eiuſmodi ad trienniũ vſque, etiam in eodem Loco, continuare poſſint, honeſtis ac rationabilibus de cauſis, publicę vtilitate proſpicientes, opportunè concedimus. — Guardiani, & in eodẽ Conuẽtu, triennales eſſe poſſunt.

Ex eiſdem. Veruntamen vt in omnibus Capitulis & Congregationibus vim Capitularem habentibus, eorum quiſque Officio eiuſmodi renunciare teneatur, id ſanè ſtatuimus, atque adeò mandamus. — In oĩb. Capitulis & Cõgregationibus Guardiani renunciare debent.

Ex Salmant. cap. viij. Qui verò Guardianatus Officio eiuſmodi tempore præſcripto potiti fuerint, per annum ſaltem, aut ampliùs etiam pro diuerſa Prouinciarum conſuetudine vacare teneantur. — Quãto tẽpore vacare debeant Guardiani.

Ex Rom. 1575. Si quis autem, vbi Patrum iudicio de vno Guardianatu ad alium transfertur, de tranſlatione eiuſmodi conqueſtus fuerit, ſub prætextu quòd iniuria ſibi illata ſit, & quòd pręſtantiori Loco præficiendus eſſet; Officio ipſo priuetur, Patrum arbitratu, vt Superioribus obedire, publicæ vtilitati ſeruire, & non proprio affectui morem gerere diſcat. — Qui Guardianus de tranſlatione conqueritur, priuãdus.

Ex Valliſolet 1593. Quo tempore autem Guardianus quis fuerit, Nouitiorum curam gerere, atque ipſorum Magiſter eſſe, nunquam poſſit. — Guardiani Magiſtri Nouitiorũ eẽ nõ poſſũt.

Ex eiſdem. Porrò ſi quis ob fraudem, aut violatę caſtitatis notam, vel cuiuſuis generis ſcandalum, Guardianatus Officio priuatus fuerit; ad illud ipſum & aliud ſimile, ac alia quæcunque Religionis Officia, in poſterũ perpetuò inhabilis exiſtat. — Quo caſu Guardianus Officio priuat⁹, ad omnia Officia reddatur ĩhabilis.

Ex eiſdem. Qui autem contra hæc quempiam promouere auſerit, aut promoueri permiſerit, & Officio priuetur, & omni ſuffragiorum iure careat, Superiorum arbitratu. — Promouentis cum pœna.

De Vicarijs.

Ex Valliſolet. 1593. VICARII moribus & vita probati ſint, & qui Diuinis laudibus ter ſanctè in Eccleſia canendis vel maximè — Eorum, qui Vicarij eſſe debẽt, qualitates.

ximè idonei, & qui trigeſimum ætatis, ac Religionis decimum annum attigerint, inſtituantur.

Quibus in Cõuentibus Vicarij non poſſint inſtitui.

In illis autem Conuentibus & Locis, in quibus familia minor ſit fratribus duo[de]cim, Vicarij non inſtituantur: ſed antiquior Diſcretus eius vices gerat: cui propterea fratres omnes, in ijs quæ ad eius ſpectant Officium, obedire teneantur. Ex eiſdem.

De Vicario Chori.

Vicarius Chori quibus Locis inſtituendus: Et qualis.

IN inſignioribus præterea Prouinciarum Locis, Chori Vicarius ac ſacrarum cęremoniarum Magiſter talis etiam inſtituatur, qui & canendi arte, & organa voce muneri eiuſmodi vel maximè idoneus, pro rei dignitate ſatiſfacere poſſit, ac ipſarum ſacrarum cęremoniarum ſcientia polleat. Qui etiam quo tẽpore Guardianus & Vicarius Loci abſuerint, ipſe illius curam habeat, & ei omnes obediãt. Ex Valliſolet. 1593.

De Sanctimonialium Confeſſarijs.

Cõfeſſarij Monialium quales inſtituendi.

SANCTIMONIALIVM Confeſſarij viri ætate quidem graues, nimirum annorum quinquaginta, vel qui quò magis poteſt, ad quinquageſimum appropinquent, vel quadrageſimum, & in Religione vigeſimum omnino excedant, et qui prætereà & vitæ innocentia, & morum ſanctitate cõmendati ſint, quiq; pietate & religione inſignes, ſacrarum inſtitutionum, & ſacrorum Canonum ſcientia periti, & qui vel in primis bene audiant, inſtituantur. Ex Ro. 1587. Et ex Valliſolet. 1593.

Statuto tempore Officijs renunciare tenẽtur Confeſſarij.

In omnibus autem Capitulis & Congregationibus, per ſe quidem pręſentes, abſentes verò per literas, Officio eiuſmodi renunciare omnino teneantur: quam renunciationem Diffinitorij Patribus liberum ſit admittere, aut eos in Officio ad illud vel aliud Monaſterium continuare, prout magis expedire iudicauerint, dummodo vltra biennium nullibi permaneant. Ex eiſdem.

Socius Confeſſario qualis

Quibus etiam ſocij, quoad ętatem, vitę innocentiam, pietatem, & religionem ſimiles aſſignentur: quibuſcum tantùm- Ex eiſdem.

tummodo ad Monaſteria Monialium, cùm opus fuerit accedere liceat. — dãdus: Eiq; cũ eo ſolo eundũ.

Ex Valliſolet. 1593. Quòd ſi eos infirmari contigerit, Cõfeſſarius ſtatim Prouincialem admoneat; atque interea Guardianus alterum, etiam Sacerdotem, ſi laicus defuerit, dictis qualitatibus, quoad fieri poteſt, ſimilem ei ſocium aſſignet. — Vbi infirmentur ſocij, quid agendum.

Ex eiſdem. Et ex Rom. 1587. Poſt biennium autem, tam Confeſſarij quàm eorum ſocij per annum integrum ſaltem vacare teneantur, vbi commodè fieri poſſit. — Quantũm vacare debeāt Cõfeſſarij & ſocij.

De Nouitiorum Magiſtris.

Ex Salmant. cap. ij. Neap. c. xviij. Valliſol. 1565. & 1593. IN omnibus quoque Capitulis & Congregationibus prędictis Nouitiorum Magiſtri deputentur, & ad eos ſanctè educandos opportuna Loca deligantur, ad Conſtitutionis pręſcriptum. — Nouitiorum Magiſtri deputandi: Et Loca pro Nouitijs deligenda.

De Examinatoribus.

Ex Neap. cap. xx. PRo ſacerdotibus ad ſacram verbi Dei prędicationem, aut ad ſacros Ordines promouẽdis, Examinatores quatuor, aut tres, vel minimùm duo, doctrina & integritate præſtantes, in vno pluribuſve Locis, prout opportunius videbitur, pro ſingularum Prouinciarum diſpoſitione, ſimul collocentur. — Examinatores, ĩ Capitulis deputandi: Et quot: Et quales.

De Prædicatoribus in vnoquoque Conuentu locandis.

Ex Pariſien. 1579. ANIMARVM ſaluti & populorum ędificationi Chriſtiana charitate & ſolicitudine opportunè proſpicientes, etiam decernimus, vt in vnoquoque Conuentu Prædicator vnus, vel ſaltem frater aliquis probus, & ſatis eruditus, ſi tot Prędicatores non fuerint, qui dubijs, & difficultatibus opportunè ac ſufficienter reſpondere poſſit, ſemper collocetur. — Prædicator, aut eruditꝰ qſpiam frater, in vnoquoque Cõuentu locandus.

De Lectoribus & Studijs.

Studia, in Capitulis instituẽda: Et Lectores in ijs locandi.

QVIA verò ſacrarum humanarumq; literarum Studia & honori, & decori, atque etiam vtilitati & cōmodo ſemper fuerunt, tum verò maximè ſi cum pietate coniungantur; idcirco ſacrę Theologiæ, Philoſophię, & Artium ac Grammatices Lectores idonei & Studia deputentur, prout opportunius videbitur, ad Conſtitutionis præſcriptum.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex alijs pluribus.

De Diſcretis Localibus.

Locales Diſcreti, deputandi, & Capitulari Tabella notandi.

PRo ſingulis quoque Conuentibus fratres nonnulli ex antiquioribus, pro veteri ac probata Religionis conſuetudine, Capitulari Tabella Diſcreti etiam notentur; quos in grauioribus negotijs Guardiani ſemper adhibeant, eorumq; communi conſilio & conſenſu, de quibus conſuluerint determinatio fiat.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex antiquioribus.

De Sacriſta.

Sacriſtæ conditio.

QVI ſacris ſaltem initiatus ſit, quoad fieri poteſt, Sacriſta ſemper inſtituatur.

Ex Valliſolet. 1593.

Sacra tangere cui liceat, & cui non.

Sin minus, illud admonemus, ſacra tangere nemini licere, niſi per Capitulum, vel per Prouinciales, aut Superiores Prælatos Sacriſta inſtitutus fuerit.

Ex eiſdem. Et ex Priuil. Calix. III.

De cæteris Officialibus in genere.

Omnes Officiales, Capitulari Tabella notandi.

IPSA quoque Capitulari Tabella cęteri Officiales quicunque plùs minùs, pro diuerſa Prouinciarum conſuetudine, ac cœtera quæ ſuprà de Studijs, Lectoribus, ac fratribus à Capitulo ad Capitulum defunctis decreta ſunt, accuratè quidem ac diligenter notentur.

Ex antiquioribus Conſt. Et ex Vet. cōſuet.

Quæ

Ex eiſdem. Quæ Tabella, Præſidis aut Prouincialis Miniſtri iuſſu diligenter confecta, Capitularibus opportuno loco & tempore capitulariter congregatis, de ſuggeſtu vnà cum Statutis eo loco & tempore confectis perlegatur, ac cætera quę ſuprà de Cantico Zachariæ canendo, de precibus, ſuffragijs, acclamationibus, apoſtatis, benedictionibus, abſolutionibus, conceſſionibus, hortationibus, & oſculis decreta ſunt, piè ac ſtudioſè præſtentur. Eadem Tabella, è ſuggeſtu legenda: Cæteraq; ad præſcriptum preſtãda.

De præcedentia.

Ex Neap. cap. xlj. Et ex Vallisolet. 1593. ET vt Capitulari loco & tempore nihil ptæpoſterè, confuſè nihil, ſed omnia ordinatè, atque omnino pro dignitate fiant, quo quiſque loco & ordine ſedere, aut ſententiam dicere debeat, hìc præſcribendum duximus. Quo loco & ordine in Capitulo cuiq; ſedendum.

Ex eiſdem. Primo loco Generalis ſedeat, ſi adfuerit. A dextris eius Commiſſarius Viſitator: quem ſequantur Diffinitores Generales, aut Patres Ordinis, ſi qui fuerint. Generalis medius: Et quis à dextris eius aliorum ordo:

Ex eiſdem. A ſiniſtris ſedeat Prouincialis Miniſter, & qui ſimili Officio functi ſunt: quos à ſecretis Generalis immediatè ſequentur. Quis item ordo à ſiniſtris:

Ex eiſdem. Deinde hinc & hinc Diffinitores, inter quos Cuſtos Prouinciæ primum locum teneat, pro antiquitate ſedeant: deinde Lectores Theologi, qui ſexênio ſaltem ſacram Theologiam legerint, ac Prædicatores clariſſimi ſedebunt: quos ſequentur qui Commiſſarij Viſitatoris, aut Prouincialis Miniſtri à ſecretis fuerint: quos Prouinciæ Patres pariter ſequantur: poſt quos Reformatorum Cuſtos ſedeat: deinde Guardiani & Diſcreti pro Locorum dignitate vel antiquitate ſedebunt. Reliqui verò, qui Capitularibus Comitijs interfuerint, ſuo loco ſedeant, prout infrà ordine notatum eſt. Quis ordo pariter hinc inde ſedentium.

De Capitulari Congregatione.

Ex Valliſolet. 1593. CAPITVLARES Cõgregationes ſingulo quoque trienio bis, aut ſemel ſaltẽ celebrentur, prout Patrum iu- Capitularis Cõgregatio bis

 dicio,

aut ſemel ſingulo triennio celebranda. dicio, pro diuerſitate locorum & temporum magis expedire, magisq; publico Prouinciarum bono opportunum eſſe videbitur.

Quo anni tēpore celebrari debeat. Illud verò vel maximè ſeruandum eſt, vt inter Paſcha glorioſæ Reſurrectionis Chriſti Domini, & ſacræ Pentecoſtes feſtum ſemper celebrentur. Ex eiſdem.

De eius celebratione Generalis ante admonendus. Veruntamen ea de re Prouinciales Miniſtri Generalem anteа opportunè admoneant, vt ſi quid ei pro bono Prouinciarum regimine ac reformatione ordinandum & ſtatuendum fuerit, ordinare & ſtatuere poſſit. Ex eiſdem.

De ijs qui ad Congregationes prædictas vocandi ſunt.

Ad Capitulares Congregationes quinam vocari, & conuenire debeāt. AD prædictas Congregationes Patres Prouinciarum Diſcreti ac Diffinitores tum perpetui, tum qui pro tempore fuerint ſemper vocandi ſunt, niſi longè nimis extra Prouinciam exiſtant; & conuenire debent, niſi legitimo impedimento detineantur. Ex Neap. cap. xxxij. Et ex Valliſolet. 1593.

Vocati nō accedētes, priuandi. Quòd ſi legitime non impediti, prædictę Congregationi intereſſe renuerint aut neglexerint, Officio & dignitate priuentur, vt ſuprà ſtatutum eſt. Ex Valliſolet. 1593.

Ante Congregationes, & in eis, quæ præſtāda. Quæ verò de precibus, ſacrificijs, ſupplicationibus, inuentarijs, calculis, & alijs pręparationibus ante Capitulum fiendis; & quæ item ante electiones in Capitulo, & poſt eas in Diffinitorio ſuperiùs præſtanda decreuimus, vt ante Congregationem quoque & in ea ſingula pręſtentur, pariter decernimus. Ex eiſdem.

De Prouincialibus Miniſtris, & eorum Officio & poteſtate.

Miniſtri triēnales tātùm ſint: PROVINCIALES Miniſtri triennales ſint: quo tempore finito, Officio eiuſmodi abſoluti ſint, ac eſſe debeant. Ex Salm. c. 8. & Bul. Leo. X.

Finito triennio, ſi Capitulū differatur, Pro- Veruntamen ſi Prouinciale Capitulum, in quo alterius Miniſtri electio celebranda ſit, rationabili de cauſa, Generalis iudicio probata, differri contigerit, præſentis Conſti- Ex Salmant. cap. viij.

Conſtitutionis virtute, etiam triennio tranſacto, Prouinciam ad Capitulum vſque proximè futurum, regere poſſint, niſi Generalis ipſe aliter decreuerit. Quo tempore Commiſſarij, & non Miniſtri ab omnibus vocentur, ac ſeipſos Commiſſarios ſubſcribant. *uinciam regat: ſed tãquam Cõmiſſarij.*

Ex Côc. Trid. ſeſſ. xxiiij. c. iij. de Reformat. Et ex Valliſolet. 1595.

Singulis quotannis ſemel ſaltem, aut bis, aut etiam ſæpiùs vniuerſam Prouinciam viſitare teneantur. In obeundo autem viſitationis munere, ea omnia & ſingula exactè quidem ac diligenter præſtent, quę ſuprà reſpectiuè per Generalem ipſum hac de re præſtanda ſanctè decreuimus.

Quoties Prouincia viſitanda à Miniſtris ſingulo anno.

Ex Ro. 1571.

Ab ordinaria Prouincialis Miniſtri obedientia & iuriſdictione nullus fratrum exemptus ſit: ſed omnes & ſinguli ei ſubiecti ſint, atque in omnibus obediant, quę nõ ſunt contra animam ſuam & Regulam noſtram.

Ordinariç Prouincialium iuriſdictioni omnes ſubiecti.

Ex eiſdem.

Nec verò aut Prouincia aliqua, vel aliquis Cõuentus aut Monaſterium, aut particularis perſona, ſiue frater ſiue Monialis ſit, ab ordinaria Prouincialis Miniſtri viſitatione, gubernatione, correctione, & regimine eximatur: ſed ſub immediata eius cura ſit, niſi quo tempore Generalis, aut per ſe aut per ſuos Commiſſarios, pro eius Syndicatu viſitationem obierit.

Nec Prouĩcia, nec Locus, nec perſona à Prouincialis iuriſdictione eximi debent.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Cõcil. Trid. ſeſſ. xxiiij. cap. x.

Quinimmo Prouinciales Miniſtri, vt aptiùs quos regunt ſubditos in officio atque obedientia continere poſſint, in omnibus iis, quę ad eorum viſitationem, ac morum correctionem ſpectant, ius & poteſtatem habeant ea ordinandi, moderandi, mandandi, & exequendi, quę illis pro eorum prudentia, iuxta ſacros Canones, & regularia ſanctorum Patrum Inſtituta, pro ſubditorum emendatione, ac Prouincię vtilitate neceſſaria videbuntur, vel quomodolibet opportuna.

In ijs, quæ ad viſitationem & morum correctionem pertinẽt, Prouincialibus libera poteſtas.

Ex eiſdem.

Nec in ijs, vbi de viſitatione aut morum correctione agitur, exemptio, aut vlla inhibitio, appellatio, ſeu querela ad quemcunque interpoſita, executionem eorum, quę ab ijs mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat aut ſuſpendat.

In cauſis viſitationis & correctionis nullatenus impediri põt executio.

Ex Salmant. cap. viij.

Ordinariam pręterea iuriſdictionem excommunicandi, ligandi, capiendi, incarcerandi, ac quauis alia pœna iuxta Conſtitutiones Ordinis puniendi omnes aliarũ Prouinciarũ apoſtatas, in ſua quiſque Prouincia, liberè habeant.

Prouincialiũ in quoſcunque apoſtatas, amplíſſima poteſtas.

P 3 Atque

Quo caſu eadē poteſtas Localibus Superioribus: Et alijs fratribus.

Atque præterea vbi Prouincialis Miniſtri pręſentia infra triduum haberi non poſſit, eandem poteſtatem etiam Locorum Superiores habeant, atque in caſu neceſſitatis alij etiam fratres quicunque, dummodo citra ſcandalum bono modo fieri poſſit. Ex eiſdem.

Euagatio apoſtatarum oīno coercenda.

Et ne apoſtatę huiuſmodi quicunque in ſcandalum ſęculi aut Ordinis euagentur, aut euagari poſſint, Prælati quicunque diligenter curent. Ex eiſdem. Et ex Apoſt. Pauli IIII.

Delinquentiū punitiones, à Miniſtris haud differendæ.

Prouinciales Miniſtri punitiones delinquentium ad aduentum Generalium vſque ne differant: ſed ſecundùm Statuta & Conſtitutiones Ordinis ac Prouinciarum, de Patrum conſilio, vbi opus ſit, eos pro eorum demeritis punire teneantur, ſub pęna priuationis Officij, Superiorum arbitrio negligentibus ſubeunda. Ex Ro. 1575.

Apoſtatātium delicta, Supioribus ſignificāda à Miniſtris.

Apoſtatantium mores, & delictorum ab eis commiſſorum, tum qualitatem, tum quantitatem, quatenus illis apprime cognitis, iuxta eorum exigentiam puniri poſſint, & in ordinem redigi, Generali aut Curię Romanę Officialibus quàm citiùs ſignificent. Ex Ro. 1587.

Peregrinationis obediētias parciſſimè dent Miniſtri.

Ad euitandas euagationes & alia inconuenientia quamplurima, Prouinciales Miniſtri à mittendis fratribus per alienas Prouincias peregrinationis cauſa, quoad fieri poteſt, abſtineant. Ex Valliſolet. 1593.

Sæculariū Cōfeſſarij à Miniſtris in omni viſitatione examinandi.

In omnibus viſitationibus pręterea, ſęcularium Confeſſarios, aut per ſe accuratè quidem examinent, aut per alios peritos examinari diligenter curent, vt vel ſic accuratiùs & diligentiùs in ſacrorum Canonum & caſuum conſcientię ſtudio magis ſe exerceant. Ex Ro. 1587.

Seruatis ſeruādis, ad ſacros Ordines admittere debent Miniſtri.

Ad ſacros Ordines ſuſcipiendos neminem admittant, niſi ſeruatis temporum interſtitijs, ac cœteris ſeruandis, prout ſacra Tridentina Synodo, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ſancitum eſt, & alijs pręterea, quæ hac de re ſuperiùs ſanctè decreta ſunt, propoſita priuationis pœna, illis ipſis, ſi quando contrafecerint, omnino ſubeunda. Ex Cōc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 11. 12. 13. & 14. Et ex Conſt. Six. V. Sanctum & ſalutare &c.

Actorum Prouincialiū Regiſtrum, à Miniſtris faciēdum: Et quale.

Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, de omnibus ordinatis, concluſis, & determinatis in Diffinitorio, aut Prouincialibus Capitulis & Congregationibus, Regiſtrum fieri: in eoq; omnia acta alicuius momenti accuratè annotari diligenter curent: in quo pręterea carcerati, canonicè Ex Salmant. cap. viij. Et ex Valliſ. 1593.

nicè moniti, aut aliàs pœnitentiati etiam deſcribantur; tacitis tamen defectibus, propter quos eoſdem carcerari, moneri, vel aliàs puniri contigerit; ipſumq; Regiſtrum in Prouinciali archiuio perpetuo ſeruetur.

Ex Salmant. cap. viij. Nullus Prouincialis Miniſter per commiſſionem ſibi à Generali in propria Prouincia datam, ſecundùm formam Prouincialibus Miniſtris dari ſolitam, etiam cum poteſtatis plenitudine, perinde exemptus ſit ab obedientia & ſubiectione Commiſſarij Viſitatoris, ab eodem Generali in eandem Prouinciam miſſi: ſed ei per omnia ſubijciatur, ac ſi nulla eidem commiſſio eiuſmodi facta fuiſſet. — Per cōmiſſionē Generalis, Prouinciali datam, à Viſitatoris ſubiectione non eximitur.

Ex eiſdem. Neque pręterea, per commiſſionem eiuſmodi, etiam cum poteſtatis plenitudine ſibi datam, in credita ſibi Prouincia quicquam poſſit aut ordinare, aut ordinata immutare, aut contra Statuta Prouincialia facere, niſi aut Patrum Diſcretorum Prouincię, aut maioris partis Vocalium in Prouinciali Capitulo exiſtentium, conſenſus acceſſerit. — Per commiſſionem itē eiuſmodi nihil innouare poteſt.

Ex eiſdem. Prouincialibus Miniſtris fines Prouincię egredi ne liceat, niſi de Diſcretorum Prouinciæ conſilio, in ea Commiſſarium, qui Prouinciam interea gubernet & regat, antè inſtituerit & reliquerit. — Prouincię fines egreſſurus Miniſter, quid facere debeat.

Ex eiſdem. Quòd ſi Prouincialem ipſum extra Prouinciam mori cōtigerit, Pręfatus Commiſſarius ab eo in Prouincia relictus, Prouinciam ipſam regat & moderetur, quouſque Generalis aliam prouiſionem fecerit. — Prouinciali extra Prouinciā decedente, quis Prouinciæ rector.

Ex eiſdem. Nullum Prouinciale Capitulum, maximè verò vbi nouus Prouincialis Miniſter eligendus ſit, celebretur, aut celebrari poſſit, niſi aut Generalis ipſe, aut Commiſſarius Viſitator & Pręſes ab eo deputatus, eius nomine & auctoritate eidem interſit ac præſideat. — Nullum Prouinciale Capitulū ſine Generalis auctoritate celebrandū.

Ex eiſdem. Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, duos tantum ſocios habeant, moribus & vita probatos, modeſtos, religioſos, graues, atque omnino exemplares. — Miniſter quot ſocios hře poſſit: Et quales.

Ex eiſdem. Particulares verò per Prouinciam Commiſſarios non niſi vrgenti de cauſa, & ad certa negotia ne mittant: quibus negotijs peractis, mox commiſſionis eiuſmodi ceſſet Officiū, & auctoritas ſpiret. — Commiſſarij quomodo aliquando à Miniſtris mittendi.

Ex eiſdem. Miniſter Candię ad Generalia Comitia accedere non teneatur: ſed Commiſſarium cum Cuſtode, communi Pa- — Ad Generale Capitulum Mi

niſter Candiæ accedere non tenetur. trum Diſcretorum Prouinciæ conſilio & conſenſu, ſui loco mittere poſſit: atque interea Prouinciam ſibi creditam regat, donec & quouſque nouus Miniſter in Generalibus Comitijs vt ſuprà canonicè ac rite electus aut inſtitutus, in Prouinciam venerit.

Nouus Cādię Miniſter prætteritum viſitare tenetur: Et quo modo. Qui vt primùm acceſſerit, pręteritum & iam Officio functum diligenter viſitet, ac viſitationem ipſam legitimè ac iuxta Conſtitutiones & regularia ſanctorum Patrum Inſtituta factam, ac bene ſigillo munitam, per nuntios fideles ad Generalem ipſum mittere diligenter curet. Ex eiſdem.

Pręteritus Cādię Miniſter in Hieruſalem ire poteſt. Interea verò Prouinciali pręterito liceat cum ſocio ſibi grato ſacra loca peregrinationis Chriſti Domini, pro ſua in eum pietate & deuotione inuiſere, & ea peregrinatione peracta, ad propria redire. Ex eiſdem.

De Prouincialibus Miniſtris, qui iam Officio functi ſunt.

Miniſtri Officio functi, in qbus votum habeant: QVI Miniſteriatus Officio functi ſunt, vt perpetui Prouinciarum Diffinitores & Diſcreti, in omnibus Capitulis & Congregationibus votum conſultiuum; deciſiuum, & electiuū, ac in Diffinitorio, & in electionibus & inſtitutionibus quibuſq; perpetuò habent; ad quæ propterea ſemper vocandi ſunt. Ex Neap. cap. xxxij.

Quos pcedāt perpetuis temporibus: Pręter Diffinitores Generales, & Patres Ordinis, alios quoſcunque pręcedant, niſi qui ſimili Officio antea functi ſint. Ex eiſdem. capit. xlj.

Quos item in eo Capitulo, in quo abſoluuntur. In eo autem Capitulo, in quo quis Officio eiuſmodi abſoluitur, omnes pręcedat, pręter Superiores, ſi quos Generales adeſſe contigerit, ac Viſitatorem & Miniſtrum nouiter electum. Ex Salmant. c. viij. Et ex Vltramont. c. vij.

Vrgentib. de cauſis Guardiani eſſe poſſunt. Qui prætera ad Guardianatus Officium promoueri non poſſint, niſi rationabilibus & vrgentibus de cauſis, Diffinitorij Patribus aliter expedire videatur. Ex Valliſolet. 1593.

Eo caſu à Diffinitorio excluduntur. Quo caſu in Diffinitorium non admittantur per totum illud ipſum temporis ſpatium, quo Guardiani fuerint, vt ſuprà etiam ſtatutum eſt. Ex eiſdem.

Niſi poſt ſexēnium, in eadē Qui pręterea ad illud ipſum Miniſteriatus Officium reeligi & promoueri non poſſint, niſi ſexennio antea vacauerint. Ex Salmant. capit. viij. Et ex

Apoſt. Pij V. Et Greg. XIII.

uerint. In aliena tamen Prouincia, rationabili de cauſa, quę Generali probata ſit, eius arbitrio ad munus eiuſmodi antea promoueri poterit, vt etiam Conſtitutionibus Apoſtolicis cauetur.

Prouincia reeligi nō poſſunt: In aliena maximè.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Neap. c. xxxij.

Ad electionem prętérea Vicarij Prouincię, & Guardianorum ac Confeſſariorum Monialium inſtitutionem depoſitionemq; quouis tempore fiendam, ſemper vocari & conuenire debent, niſi legitimè impediti fuerint, vt ſuprà decretum eſt.

Ad quæ vocari & conuenire debeant.

Ex Salmant. capit. viij.

Socium gratum prętérea, qui in domeſticis ac priuatis eorum neceſſitatibus eis deſeruiat, eorum vnicuique liberè habere liceat; qui tamen in reliquis Superiori Locali ſubiectus ſit.

Socium gratū habere poſſunt.

De Prouinciali Miniſtro, ex hac vita in Officio decedente.

Ex Salmant. capit. viij. Et ex Vallisolet. 1593.

PROVINCIALI Miniſtro ex hac vita in Officio decedente, Guardianus eius Loci, vbi eum mori contigerit, & qui à ſecretis eius erat, ſcripturas quaſcunque, ad vniuerſam Prouinciam & publica negotia quouis modo ſpectantes, in inuentarium diligenter referant, ac minori Prouincię & ipſius Loci Sigillo bene ac tutò munitas, ad antiquiorem Prouincię Diſcretum, aut perpetuum, ſi qui fuerit, aut pro tempore exiſtentem, vnà ſimul cum ſigillis Prouincię deferant, ac fideliter aſſignent.

Miniſtro in Officio moriēte, ſcripturę & ſigilla Prouincię ad quem afferenda: Et per quos: Et quomodo.

Ex eiſdem.

Qui quidem ea omnia, vbi primùm acceperit, vnà ſimul cum eis accuratè ac diligenter recognoſcat, ſtatimq; Generalem ipſum de Prouincialis obitu, & conſignatione eiuſmodi admoneat, atque interea Prouinciam gubernet.

Qui prædicta acceperit, quid agere debeat.

Ex eiſdem.

Nec verò ad electionem Vicarij Prouincię procedat, niſi reſponſum à Generali ipſo antea ſuperinde acceperit.

Ad electionē vicarij quomodo procedendū

Ex eiſdem.

Quòd ſi intra terminos Locis duobus communes Miniſtrum mori contigerit, Guardianus eius Loci, qui aut antiquitate, aut quauis alia ratione dignior habebitur, ſuprà ſcripta, diligenter pręſtet.

Moriente Miniſtro in duorū Locorum confinijs, quid agēdum.

De

De Locali Capitulo.

Localia Capitula alia Diſcretorum, alia totius Conuētus: Et hęc ſemel ſaltē ſingula quaq; hebdomada conuocanda.

LOCALIA Capitula ex regularibus Sāctorū Patrum Inſtitutis, pro diuerſa rerum, locorum, & temporum ratione, Superiorum iuſſu, & Capitularis Campanę ſigno, quandoque conuocari ſolent. Ad quę interdum vniuerſus Conuentus, aliquando autem Diſcreti Locales tantummodo vocandi ſunt, & conuenire debēt, prout Superiores iuſſerint. Regulariter autem per vnam ſabbathi omnibus & ſingulis conueniendum erit, prout infrà ordine notatum eſt. Ex Valliſolet. 1593.

Congregandi Localia Capitula quàm vetus Inſtitutum, & quàm ſalutare.

Peruetus enim illud Inſtitutum eſt, tum perpetuo Sanctorum Patrum vſu receptum, tum Eccleſiæ auctoritate cōprobatū, vt qui religioſam & regularem vitam profitētur, ad Capitula Localia, Superiorum iuſſu, ſtatis temporibus conuocentur, vt ibi regularibus Inſtitutis, paternis cohortationibus, ac ſalutaribus monitis, per Superiores ſalutariter inſtruantur ac formentur. Ex Neap. cap. xiij.

Sexta feria Capitula regulariter conuocanda:

Sexta igitur quaque feria, hora competenti, Superioris arbitrio ſtatuta, fratribus vniuerſis & ſingulis capitularis Campanæ ſigno conuocatis & congregatis, ſuiſq; loco & ordine ſedentibus, Superior graui quidem, ſed intelligibili tamen voce dicat. *Dominus det vobis ſuam ſanctiſſimam pacem.* Tùm fratres capite aperto reſpondeant. *Amen.* Ex eiſdem.

In eis ſermo habendus: Et orationibus fratrum infraſcripti cōmendandi.

Deinde ſermone pro loci ac temporis ratione, Superioriſq; ipſius arbitrio, pro veteri conſuetudine habito, & abſoluto, magno Chriſtianæ pietatis & charitatis affectu fratrum orationibus commendet. Ex eiſdem.

1 *Statum Sanctę Matris Eccleſiæ.*
2 *Summum Pontificem.*
3 *Cardinales omnes, & præſertim Illuſtriſſimum Dominum Protectorem noſtrum.*
4 *Vniuerſos Eccleſiarum Prælatos, & animarum Paſtores, & Epiſcopum præſertim in cuius Diœceſi commorantur.*
5 *Reuerendiſſimos Patres noſtros Miniſtrum & Commiſſarium Generales.*
6 *Prouinciæ Miniſtrum vnà cum reliquis Patribus eiuſdem.*

7 *Offi-*

7 *Officiales Curiæ Romanæ.*
8 *Vniuerſos Religionis noſtrę Prelatos, & fratres in ea laborantes.*
9 *Chriſtianos Principes, & illum pręcipuè in cuius ditione degunt.*
10 *Benefactores noſtros, & in vniuersùm, & ſigillatim, viuos, & mortuos.*
11 *Poſtremo loco ſeipſum fratrum orationibus in obeundo munere adiuuandum commendet.*

Ex eiſdem. Quibus peractis, omnes conſurgant, caput aperiant, ac ſequentes pſalmos. *Deus miſereatur noſtri &c. cum gloria Patri &c. De profundis clamaui ad te Domine &c. cum Requiem æternam &c.* recitent. Pſalmi, in Capitulis recitandi, cum Verſiculis & Orationibus ad præſcriptum.

Ex eiſdem. Quibus dictis, Superior pronunciet. *Kyrie eleyſon*, & fratres proſequantur. *Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon.* Tunc Superior, dicto *Pater noſter* ſub ſilentio, ſequentes verſus pronunciet.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos à malo.*
℣. *Memento Congregationis tuę.*
℟. *Quam poſſediſti ab initio.*
℣. *Saluos fac ſeruos tuos.*
℟. *Deus meus ſperantes in te.*
℣. *A porta inferi.*
℟. *Erue Domine animas fidelium defunctorum.*
℣. *Requieſcant in pace.*
℟. *Amen.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, cuius ſpiritu totũ corpus Eccleſiæ ſanctificatur & regitur, exaudi nos pro vniuerſis Ordinibus ſupplicantes, ut gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur.

Omni-

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare.

DEVS, qui charitatis dona per gratiam Sancti Spiritus, tuorum cordibus fidelium infudiſti, da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, ſalutem mentis & corporis, vt te tota virtute diligant, & quæ tibi placita ſunt, tota dilectione perficiant.

DEVS, veniç largitor, & humanç ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, vt noſtræ Congregationis fratres, ſorores, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium peruenire concedas.

FIDELIVM Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumq; tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum, vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas in ſçcula ſçculorum. Amen.

℣. *Requiem æternam dona eis Domine.*
℟. *Et lux perpetua luceat eis.*
℣. *Requieſcant in pace.*
℟. *Amen.*

Culpæ dicendç ab omnibus fratribus in Capitulo: Et quo ordine.

ABSOLVTIS precibus, omnes iterum ſedeant. Deinde Nouitij primùm, ſi qui fuerint, poſtea Clerici ac Laici, Sacerdotes deinde, à minoribus incipientes, bini ac bini ordine conſurgant, & coram Prælato geni- Ex Neap. cc. xiij.

to genibus flexis, culpas ſuas, tum vniuersè, tum ſigillatim, prout opus fuerit, iuxta vetuſtiſſimam probatiſſimamq; Religionis noſtrę conſuetudinem ſinguli dicant, & humiliter recognoſcant.

Ex eiſdem. Quibus auditis ac debitè penſatis, Superior omnes & ſingulos charitatiuè admoneat, reprehendat, & arguat, atque prętereà debitis pœnis miſericorditer afficiat, pro culparum modo, Clericis verò ac Laicis item iunioribus, vt ſaltem diſciplinam faciant, omnino ſemper iniungat. Superior, auditis culpis, q̃d facere debeat:

Ex eiſdem. Illud verò vel in primis Superiorem ipſum admonendum neceſſariò duximus, vt in arguendis fratribus, & pęnitentijs imponendis, à contumelijs, iniurijs, improperijs, & calumnijs vel maximè abſtineat: nec verò concitatè, niſi quantùm zelus Dei ſecundùm ſcientiam ſuaſerit: ſed animo per omnia ſedato, grauibus verbis, ſeueritate opportuna cum paterna lenitate coniuncta reprehēdat & arguat, hortetur & moneat; ac memor ſalutaris moniti Beatiſſimi Patris noſtri Franciſci, cũ miſericordia pęnitentiam iniungat, caueatq; omnino ne iraſcatur & conturbetur propter peccatum alicuius, quia ira & conturbatio in ſe & in alijs impediunt charitatem. A quibus itē in tali obeundo munere debeat cauere.

Ex eiſdem. Denique quòd nullius confuſionem velit aut deſideret, ſed tantùm Dei gloriam, animarum ſalutem, ſingulorum emendationem, omnium ædificationem & quærat & optet, & verbis, & factis, quoad eius fieri poteſt, oſtendat. Nullum aggrauet, neminem confundat, niſi prout iuſtitia popoſcerit: ſed magis ita paternæ charitatis ſtudio efficere conetur, vt ſua quiſque culpa ad ſalutem confundatur; nec verò ad iracundiam filios prouocet, vt Apoſtolus admonuit. In correctionibus, quæ ſub ditis à Superiore fiũt, quęnam debeant elucere.

Ex eiſdem. Demùm ita ſeueritatem cum humanitate, cum lenitate aſperitatem, indulgentiam cum rigore coniungat, ac vinum & oleum ita miſceat, vt nemo ex rigore confringatur, ex indulgentia nemo inſoleſcat, nullus ex aſperitate iraſcatur, ex lenitate nullus petulantior fiat, nullus ex humanitate laxetur, ex ſeueritate nemo deſperet: ſed omnes hinc comitate illecti, illinc grauitate deterriti, regularis diſciplinæ rigorem, & ſuaue Chriſti iugum, ſuauiter ac patienter ferant. Superior ſubditũ corrigens vinum oleo, oleumq; vino miſcere debet.

Ex eiſdem. Culpis auditis, ac omnibus vt ſuprà rectè abſolutis, omnes ite- Culpis corre-

ctis cohortatio nes addendæ: nes iterum ordine ſedentes, Superior pro ſuo munere ſtudioſè cohortetur.

De iugi memoria ſuę vocationis, ab vnoquoq; habẽda: Primò vt vocationis ſuæ, qua Chriſtus Dominus pro ſua clemẽtia & magna miſericordia eos dignatus eſt, perpetuò ſint memores, vt hac pia, ſalutari, aſſiduaq; recordatione ſalutariter excitati, in eam curam totis viribus incumbant, vt vel exactiſſimè ſinguli præſtent quæ religioſè ac ſanctè profitentur. Ex eiſdem.

De vitiorum fuga, & virtutum amore: II Tùm verò maximè vt obedientiam exhibeant, paupertatem ſeruent, caſtitatem cuſtodiant; humilitatem, patientiam, pietatem, modeſtiam, cœteraſq; chriſtianas virtutes omnes ſectentur & colant; vitia quęque fugiant ac deteſtentur. Ex eiſdem.

De mutua charitate & dilectione: III Vt mutua charitate ad inuicem ſe proſequantur; honore ſe inuicem præueniant; ſobriè, iuſtè, ac piè viuant, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti; ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Ex eiſdem.

De ſãcto Dei timore, ac mandatorũ eius obſeruatione: IIII Vt in timore Dei permaneãt; eius mãdata ſeruẽt; regularia Sanctorũ Patrũ Inſtituta cuſtodiant; ſuã quique ſalutẽ in timore ac tremore cooperẽtur; Deo in timore deſeruiãt; cũ tremore exultent; videantq; ne cadant è ſublimi Religionis gradu, quo eos Dominus miſericorditer dignatus eſt.

De frequentãdis ſpiritualibus exercitijs: V Vt diuinum officiũ ter ſanctè celebrandum, die noctuq; frequentent; orationibus inſtantes ſint; pijs ac ſanctis meditationibus vacent, Sacerdotes ſingulis diebus celebrẽt; reliqui tum Clerici, tum Laici ſæpe confiteantur, ac dignè communicent. Ex eiſdem.

De recta pſallendi ratione: VI Vt in Choro, & omnino in diuinis officijs abſtineãt ab omni tumultu, ſtrepitu, riſu, diſcurſu, vaniſq; ac vagis aſpectibus, colloquijs, lectionibus, & ab omni eo denique, quod domum Dei, ac Sancta Sanctorum non deceat, & oculos diuinæ Maieſtatis, ac piorum mentes offendere poſſit; illud perpetuò cogitantes, quia in conſpectu Angelorum Deo pſallendi gratia ſtant in Domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri; proptereaq; toto corpore religioſè compoſiti, omni pietatis ſtudio, & voce, & corde, & ſpiritu, & mente Deo pſallant, in vocibus cantantes, exultantes in cordibus, non oſcitanter, non perturbatè, non curſim, non præcipitanter, non ruptim, non concitatè, non inde- Ex eiſdem.

indecenter, non confusè: ſed diſtinctè, ſedatè, decenter, ſtudioſè, attentè, tractim, alacriter, deuotè, religioſè, ac piè, & legant, & audiant, & recitent, & canant, pſallentes in vnum, quoniam bonus eſt Dominus, quoniam in æternùm miſericordia eius.

Ex eiſdem. VII Vt etiã (quod Chori vox ipſa per ſeſe indicat) & voce, & cantu, & pſalmodia, & omni denique totius corporis geſtu, ſtatu, & habitu concentum, harmoniam, & chorum faciant; omnes æque ſtent, ſedeant, conſurgant, caput aperiant, operiant, inclinent, genuflectant, ac cætera denique diligenter & accuratè præſtent: cùm hæc ipſa omnia ex antiquo, probato, & pio Religionis vſu, & Eccleſiæ auctoritate, & regularibus ſanctorum Patrum Inſtitutis præſtanda ſint. De ſingularitate in Choro vitanda:

Ex eiſdem. VIII Vt abſolutis denique diuinis officijs, Chorũ egrediẽtes, non curſitent, non præſſuram faciant, veluti qui fugiunt à facie arcus, à facie inimici & perſequentis: ſed religioſè, modeſtè, compoſitè, atque omnino pro dignitate, qua & Angelos ipſos longè præcellunt, grauiter incedentes, facta primùm coram venerabili Sacramento genibus flexis humili reuerentia, Chorum egrediantur. De religioſo decẽtiq; à Choro, expletis diuinis officijs, egreſſu:

Ex eiſdem. IX Vt vna omnes animi conſenſione, vnoq; ſpiritu in ijs elaborent, vt & diuino cultui, & cęleſtium rerum meditationibus, ſacris lectionibus & ſtudijs aſſiduè vacantes, in eam curam toto mentis affectu incumbant, vt depoſitis ſæcularibus negotijs, vaniſq; ſolicitudinibus, ab omni vitio alieni, in via domini rectè ambulent ac progrediantur. De progreſſu in via Domini:

Ex eiſdem. X Vt ab omni ſuperbia, vanagloria, inuidia, auaritia, cura & ſolicitudine huius ſæculi, detractione & murmuratione, à vanis colloquijs, nugis, & à turpibus vel maximè abſtineant. De vitandis quibuſq;, Religioſo haud cõuenientibus:

Ex eiſdem. XI Vt ſilentium à ſanctis Patribus tantopere cultum, inuiolatè ſeruent; otium omnium malorum ſentinam, veluti teterrimam peſtem effugiant; perpetuoq; adeò virtuoſè occupentur, vt nec malè quidem cogitandi locus aut tempus relinquatur; infirmos ſæpe viſitent, ad patientiam hortentur, charitatiuè adiuuent, & benignè ac ſuauiter conſolentur. De ſilentij cultu, otij fuga, virtuoſis occupationibus, infirmorum cura:

Ex eiſdem. XII Vt ſęcularium, & præſertim mulierum familiaritates deuitent; De ſęculariũ fa

miliaritate fugiẽda, omni eorũ de nobis offenſione tollenda, & bona inter eos, religioſáq; conuerſatione habẽda: deuitent; ſanctam ſolitudinem colant; de Conuentu, niſi vrgentibus de cauſis, non egrediantur; neceſſariò egredientes, graui quidem inceſſu, vultu demiſſo, manibus religioſo more compoſitis ambulent; à multiloquio, riſu, rixis, contẽtionibus, vanis ac vagis aſpectibus abſtineant: ac denique ita grauiter, modeſtè, religioſè, decenter, compoſitoq; totius corporis geſtu & habitu incedant, nemini dantes vllam offenſionem, vt vituperationibus obloquẽtium non ſimus obnoxij. Digna enim reprehenſione carpemur, & noſtro vitio ſæcularium linguæ in iniuriam ſe Religionis armabunt, ſi fratrum mores ab eius quod ſanctè profitentur Inſtituti puritate diſcreparint. Magis autem conuerſationẽm noſtram inter gentes habẽtes bonam; Chriſti bonus odor ſimus, vt fideles ex bonis operibus, & ſanctis cõnuerſationibus nos conſiderantes, glorificent Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

De toto deniq; pietatis ac religionis cultu. Demum quæcunque ſunt vera, quæcunque pia, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, religioſa, & ſancta, vt ea ſemper cogitent, agant, meditenturq;. Ex eiſdem.

Supradicta, quomodo à Superiore in paternis cohortationibus inſinuanda. Hęc vel ſingula, vel partim, prout tempus & occaſio ſua ſerint, Superior vt pro ſua prudentia, & pro temporis ac loci opportunitate neceſſarium cenſuerit, ad fratres vt ſuprà congregatos, & hortando, & monendo inſinuet; eo tamen chriſtianæ pietatis & religionis zelo ac ſtudio, eaq; verborum vi & efficacia, vt ipſe totus Dei amore mirabiliter incenſus, facilè omnes ad diuinum amorem incendat; vt quicquid pro Dei cultu & gloria, proq; animarum ſalute, & Religionis honore propoſuerit, ita fratribus ad vota perſuaſum ſit, vt & conſilia opere cõpleant, & mandata diligenter exequantur. Ex eiſdem.

Superiori, quę docet agenda. Id autem facilè ac fœliciter ſe conſecuturum arbitretur, ſi verbis non ſuadeat modò, ſed opere & veritate doceat; ita quòd ea ipſe primùm præſtet, quæ præſtanda hortatur; ac vitæ exemplo antea demonſtret, quæ cuique agenda verbis oſtendere conatur; vt linguæ manus præambula verbo præparet ſemitam, & amplectantur fratres doctrinam facto proditam. Ex eiſdem.

Magna verborũ vis, quibus exẽpla coniuncta ſint. Habent enim magnam admirabilemq; apud homines animos commouendi virtutem pietatis & ſanctitatis exempla: quibus certè ſi etiam verborum vis acceſſerit, Ex eiſdem.

non eſt

non eſt ſanè, quod pius Orator non perſuadeat.

Ex eiſdem.

Poſt hæc dato, Superioris iuſſu, capitularis campanæ ſigno, omnes cõſurgant, & pſalmum *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius &c.* alternatim dicentes, Refectorium versùs ordine procedant: & ibi facta de more menſę benedictione, ſuo loco & ordine quiq; ſedeant, comedant, ſilentium ſeruent, lectionem audiant, & cętera præſtent, quæ pręſtanda erunt, pro veteri ac probata Religionis conſuetudine.

Quo poſt prāſta ſurgēdum: Quis Pſalm⁹ dicẽdus: Refectoriū versùs procedendū: Mēſa benedicēda: Ordine ſedēdū: Silentiū ſeruādū: Lectio audiēda.

Ex Neap. cap. xij.

Loca verò illa, quæ vulgò Capitula vocantur, magna ſanctorum Patrum pietate & religione ſanctè olim inſtituta, in quibus fratres per vnam Sabbathi, nimirum feria ſexta, ad audiendum verbum Dei, culpas humiliter agnoſcendas, ad recipiendam denique regularis vitę diſciplinam, Superiorum iuſſu, conuenire ſolebant, vel hominum in curia, vel iniuria temporum, in omnibus ferè Prouincijs neglecta, vel etiam deſtructa, vt iterum in vſum opportunè ac ſanctè reuocentur, magnopere quidem cupiẽtes, decernimus, vt Prouinciales Miniſtri, in ſua quiſque Prouincia, ea ipſa vel priore loco conſtructa, vel aptiori conſtruenda, in vſum & conſuetudinem primo quoque tempore omnino reuocanda, & reſtituenda diligenter curent.

Loca, quæ Capitula vocãtur, iterum reſtituenda, & in vſum reuocanda, Prouincialibus, vt id præſtetur, elaborantibus.

Ex eiſdem.

Et quæ ipſi conſultò deſuper ordinauerint, & mandauerint, vt Guardiani omnes, in ſuo quiſque Conuentu, exactè quidem, ac diligenter exequantur, id ſanè iubemus, ſub pœnis ipſorum Prouincialium arbitrio taxandis, & negligentibus omnino ſubeundis, pro negligentię ratione, vel contumaciæ modo.

Quæ à Prouincialib⁹ hoc circa fuerint ordinata, Guardiani diligẽter exequantur.

De Locali Capitulo pro electione Capitularis Diſcreti.

Ex Salmant. capit. viij Et ex Valliſol. 1593.

SPECIALIVS autem Locale Capitulum, Superioris iuſſu, conuocari ſolet, vbi Diſcreti ad Prouinciale Capitulũ mittendi electio canonicè ac rite celebranda ſit.

Locale Capitulũ, pro electione Diſcreti cõuocandum.

Ex eiſdem.

Nam vbi primùm Indictionis literas ad celebrandũ Prouinciale Capitulũ Guardiani acceperint, ſtatim dato capitularis cãpanæ ſigno, fratres in Capitulũ ad eas audiẽdas, & Diſcretũ eligendũ, niſi antea electus ſit, conuocare debent.

Quãdo & quomodo conuocãdum tale Capitulum.

De habentibus votum in electione Capitularis Diſcreti.

In electione Diſcreti, qui votum habeant, & qui non.

FRATRES omnes poſt triennium à ſuſcepto Religionis habitu, præter Clericos nondum in ſacris Ordinibus cõſtitutos, & pręter fratres illegitimè natos, ex Iudęis, Mauris, Mahumetanis, aut hæreticis damnatis infra quartum gradum originem trahentes, aut excommunicatos, ſuſpenſos, ſuffragiorum iure priuatos, aut aliàs ex Conſtitutionum pręſcripto inhabiles, in electione Diſcreti ad Prouinciale Capitulum mittendi, votum habent; ac præterea ad electionem eiuſmodi vocandi ſunt. Ex Salmant. c. viij. Et ex Vallisolet. 1593. Et ex Apoſtol. Pauli IIII. & Sixti V.

Diſquiſitores ꝑ tali electione inſtituendi.

Quibus opportuno loco & tempore capitulariter cõgregatis, Diſquiſitores primò, vt ſuprà cautum eſt, inſtituendi ſunt. Ex Salmant. cap. viij.

Quot uota requirãtur, vt Diſcret⁹ eligi poſſit: Et vbi tot non ſint, quid agendum.

Illud verò animaduertendum eſt, quòd vbi fratres ad minùs quinque, in electione Diſcreti votum habentes, non fuerint, in eo Loco Diſcretus eligi non poteſt: ſed in ea electione votum habentes ad propinquiorem Locum pro electione eiuſmodi opportunè vocari, & accedere debent. Ex eiſdem.

Votum nõ habet in electione Diſcreti, qui ꝑ mẽſem in eo Loco non fuit, vbi eligẽdus ẽ.

Præterea etiam notandum eſt, quòd qui per menſem ad minùs de familia in aliquo Loco commoratus nõ fuerit, in electione Diſcreti ibi votum non habet: ſed ei ad priorem Locum, vbi de familia immediatè tantum temporis antea degit, eundum eſt, ne ſuffragiorum iure ſine cauſa inuitus priuari videatur. Ex eiſdem.

Studẽtes & Lectores, ẽt forenſes, votũ hẽnt.

Studentes etiam forenſes, & Lectores item vbi ſtudiorum cauſa de familia commorantur, in electione eiuſmodi vocem actiuam habent. Ex eiſdem.

Prædicantes extra Conuentũ, in quo morantur de familia, vbi ſuffragij ius habeant.

Prædicatores verò, qui præ temporis anguſtia, ad eum Locum vbi de familia locati ſunt, opportuno tempore accedere nõ poſſunt, in eo Loco, vbi per tempus Quadrageſimę prædicationis cauſa morati ſunt, in electione Diſcreti vocẽ actiuam & paſſiuam habent. Quòd ſi nullus vbi concionati ſunt Ordinis Conuentus fuerit, in eo ſuffragia eiuſmodi habeant, quem propinquiorem repererint. Ex Vallisolet. 1593.

Prouincialiũ ſocij, vbi ſuffragiorũ iura habeant.

Prouincialium ſocij quoque ibi ſuffragiorum iura in electione Diſcreti habeant, vbi hac de cauſa per Superiorẽ deputati fuerint, quãuis in eo Loco ꝑ mẽſem antea nõ ſteterint. Ex eiſdem. Et ex Salmant. capit. viij.

Non

Non enim rationabile videtur, vt Prouinciales Miniſtri tantum temporis ſocijs priuentur, & ſocij ipſi, ac Prædicatores item vt ſuprà, ſine cauſa ſuffragijs careant.

Qui vocē in dictis habeant Guardiani.

Ex Salmant. cap. viij. Guardiani etiam in electionibus prędictis Diſcretorum vocem actiuam habent.

Diſquiſitores duo, & ij etiam forenſes, vbi inſtitui poſſint.

Ex eiſdem. Poſtremò illud quoque notādum eſt, quòd vbi ſunt pauciſſimi fratres profeſſi, duo Diſquiſitores tantùm, etiam forenſes, ipſis tamen approbantibus, inſtitui poterunt.

Quam pœnā incurrat qui ad electionem Diſcreti conuenire noluerit.

Ex Salmant. c. viij. Et ex Valliſolet. 1593. Si quis autem ad electionem Diſcreti, ſeu ad alios capitulares actus vocatus opportunè, conuenire noluerit; omni ſuffragiorum iure triennio careat, ac prętereà etiam flagella diſciplinæ nomine ſingulis vicibus coram fratribus capitulariter congregatis, ſibi adhibere teneatur.

Vt electiones canonicæ ſint, Pręſidi curādū.

Ex Valliſolet. 1593. Qui autem Diſcretorum electionibus præſederit & pręfuerit, eas canonicè ac rite celebrari diligenter curet, ſicq; celebratas ſua auctoritate confirmet.

Teſtimoniales literæ, ad Prouinciale Capitulum à Diſcretis afferendæ: Et quales.

Ex eiſdem. Ipſi verò Diſcreti teſtimoniales ſuę quiſque electionis literas, Diſquiſitorum ac Pręſidis ipſius propria manu obſignatas, & Loci ſigillo munitas, ad Prouinciale Capitulum deferant, in Diffinitorio, vt ſuprà ſtatutum eſt, opportuno loco & tempore exhibendas. Quod qui pręſtare neglexerit pretermiſeritve, ad electiones in eo Capitulo canonicè ac rite celebrandas admitti non poſſit.

Quæ alia ab eis afferenda.

Ex eiſdem. Alia pręterea etiam deferant, ſi quę Capitulari prouiſione, emendatione, aut notatu digna cognouerint.

Diſcreti quales eligi debeant.

Electores quales eſſe debeāt.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex diſpoſitione iur. communis. PROVINCIALES Diffinitores & alij Officiales quicunque vt ij ſint, qui ſuis muneribus & oneribus vires non impares habeant, ſed dignè ac ſufficienter ſatisfacere & reſpondere poſſint; curandum eſt, & ſanè diligenter, vt eorum electores omni exceptione maiores exiſtant; quia ſicut bonos à bonis, ita malos à malis plerunque eligi contingit.

Diſcreti, quales eligendi.

Ex eiſdem. Quia verò ad prædictorum electiones canonicè ac rite celebrandas, etiam Diſcreti concurrunt; propterea vt indignis excluſis, ij eligantur qui præ cæteris & moribus & vita probati, grauiores & virtutibus præſtantiores, atque regimini aptiores, experientia teſte, reperti fuerint, atque

omnino qui Diſcreti nomine digni ſint, qui eorum electionibus præfuerint, ſtudioſè ac diligenter curent.

De Reſidentia.

Emendandis moribus, Superiorũ integritas & pręſentia quàm opportuna.

Ex Cõc. Trid. ſeſſ. vj. cap. j. De Reform. Et ex Valliſol. 1593.

AD retinendam, & reſtituendam quoque collapſam vſquequaque regularis vitæ diſciplinã, deprauatosq; mores ſalubriter emendandos, cùm Superiorum integritas & præſentia vel maximè neceſſaria & opportuna eſſe videãtur, ac re vera ſint; ab ijs qui præſunt, initium ſumendũ eſſe cenſuimus: integritas enim Pręſidentium, ſalus ſubditorũ.

Grauiſſima ad quoſcunq; Præſidentes in Ordine cohortatio, vt Miniſterium ſuum pręſentes ac vigilãtes impleant.

Ex eiſdem.

Confidentes itaque per Domini ac Dei noſtri miſericordiam, prouidamq; Generalis Miniſtri ſolertiam, pietatem, ac religionem omnino futurum, vt ad Prouinciarum & Locorum regimen, onus quippe etiam Angelicis humeris formidandum, qui maximè digni atque idonei fuerint, quorumq; prior vita & omnis ætas, à puerilibus exordijs ad perfectiores annos vſque per regularis diſciplinę ſtudia laudabiliter tranſacta, teſtimonium præbeat, ſecundùm venerabiles ſanctorum Patrum Sanctiones aſſumantur; omnes & ſingulos, & vniuerſę familiæ, & ſingulis Prouincijs, Cuſtodijs, ac domibus quibuſcunque quouis nomine ac titulo præfectos admonemus, ac monitos eſſe volumus, vt attendentes ſibi & vniuerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus eos poſuit regere familiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vigilent, ſicut Apoſtolus monet ac præcipit; in omnibus laborent, ac miniſterium ſuum impleant. Implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, niſi Cuſtodiæ præſentes incumbant.

Præcepto diuino ouiũ cognitio & cura Præpoſito neceſſaria: Ea autem ab abſente nequaquam haberi poteſt.

Ex Cõc. Trid. ſeſſ. xxiij. cap. j. de Refor. Et ex Valliſol. 1593.

Cum autẽ præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarũ cura cõmiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere; pro ijs ſacrificiũ offerre; verbi diuini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac omniũ bonorum operum exemplo paſcere; pauperum, infirmorũ, ac miſerabilium perſonarũ curam paternam gerere; & in cętera paternæ ſolicitudinis munia incumbere; quæ omnia nequaquam ab ijs præſtari & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant, neque aſſiſtũt: ſupradictos omnes vehementer hortamur in Domino, vt diuinorum pręceptorum memores, factiq; forma gregis ex animo, in iudicio & veritate paſcant & regant.

Vt

Ex eiſdem. Vt verò quæ de reſidentia ſanctè ac vtiliter à Maioribus noſtris ſancita fuerunt, nullatenus prætermittantur, ſed exactius & accuratiùs quàm antea ſeruentur, omnes & ſingulos quouis nomine ac titulo præfectos admonemus, ad perſonalem in ſua quemq; familia reſidentiam obligari, vbi iniuncto ſibi Officio ſolicitè ac ſtudioſè incumbere tenentur; neque abeſſe poſſe, niſi ex cauſis & modis infraſcriptis. Ad reſidentiã Superiores omnes tenentur.

Ex eiſdem. Nam cùm Chriſtiana charitas & pietas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, ac euidens Reipublicæ vtilitas aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent & exigant, decernimus has legitimę abſentiæ cauſas, per Superiores reſpectiuè in ſcriptis eſſe probandas. Legitimæ abſẽtiæ cauſę ſcripto à Superiore probandæ.

Ex eiſdem. Interea verò diſceſſuri meminerint, ita ouibus ſuis prouidendum eſſe, & ab eis prouideri debere, vt quantùm fieri poterit, ex eorum abſentia nullum damnum, detrimentum nullum, nullumq; incommodum accipiant. Recedens Superior, quomodo gregi prouidere debeat.

Ex eiſdem. Quoniam verò qui aliquantiſper tantùm abſunt, ij non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſiut; propterea decernimus, illud abſentię ſpatium extra prędictas cauſas nullo pacto debere vnam, aut alteram ad ſummùm hebdomadam excedere; ac præterea rationem haberi, vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo ſubditorum detrimento. Quod an ita ſit, Superiorum & abſcedentium conſcientiæ relinquimus, quam & religioſam, & timoratã fore ſperamus; cùm Deo corda pateant hominum, cuius opus non fraudulenter agere, ſuo periculo tenentur. Quantùm à ſubditis abeſſe poſſit Supior: Et quomodo.

Ex eiſdem. Si quis autem, quod abſit, contra huius Decreti diſpoſitionem abſuerit, decernimus & ſtatuimus, præter alias pęnas aduerſus non reſidentes ex ſacrorum Canonum iure præſcriptas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrunt, etiam Officio ſuſpendendum eſſe, vel etiam Superioris iudicio priuandũ, & Loco & Officio vacanti opportunè prouidendum, prout magis videbitur expedire. Grauiſſimę in non reſidentes pœnæ.

Ex eiſdem. Et ex Salmant. capit. viij. Prouinciales verò, & Locorum Superiores quoque, quos aliquando, cauſa priùs per Superiorem cognita ac probata, abeſſe contigerit, Vicarium & Commiſſarium idoneum; hi quidem de Diſcretorum Localium conſilio, niſi aliàs ſit prouiſum, illi verò de conſilio Diſcretorum Prouinciæ inſtituant ac relinquant; qui eorum vice donec redierint, aut Prouinciali Supiore à Prouincia, Localiq; à Loco abeſſe volentib' quę prouiſio adhibenda.

Loci, aut Prouinciæ curam habeant.

Prouinciali extra Prouinciã, Localiq; Superiore extra Locum morientibus, quis interim rector.

Quos Prouinciales Miniſtros & Locorum Superiores, ſi extra Conuentum vel Prouinciam mori contigerit, præfati Commiſſarius & Vicarius, ab eis in Conuentu vel in Prouincia relicti, vſquequò Generalis in Prouincia, & Prouincialis in Conuentu aliam opportunam ac neceſſariam prouiſionem fecerint, curam habeant, & regant.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Valliſ. 1593.

Supiores nonnulli, euagationibus nimis dediti: Ideo coercendi: Et quomodo illud agendũ: Et quare.

Quia verò Guardiani nonnulli ſunt, qui ſui Officij immemores, ac alienæ non ſolùm, ſed & propriæ ſalutis obliti, quotidie de Conuentibus egrediuntur, atque à mane ad noctem vſque per Ciuitates & loca, non ſine magna tum fratrum, tum ſæcularium offenſione, graui detrimento fortaſſis, & ſcandalo perniciosè vagantur; ita vt neglectis publicis ac communibus commodis, priuatis tantummodo voluptatibus, cura neglecta, inſeruiant; quaſi ad propria commoda, & non pro communi vtilitate electi ſint; ſicq; aſſiſtunt, ac ſi perpetuò abeſſent: idcirco decernimus ac maturè ſtatuimus, vagabundos & circumcelliones eiuſmodi, veluti profugos, ac regularis vitæ & diſciplinæ oſores, non ſolùm Officio priuandos, ſed etiam grauioribus ac condignis pœnis, Superiorum arbitrio, pro euagationis ratione taxandis, puniendos eſſe, ac puniri debere; quia ſæculi malis vitijſq; ſe tradiderint; quia ſæcularibus negotijs ſe implicuerint; quia præſentium tantùm curam in cultu ventris exercuerint; quia mandatis non obtemperauerint; quia præſentibus ſtuduerint; quia vitam gentium vixerint; quia deſperatione iudicij commiſſam ſibi familiam, fame, ſiti, cęde vexauerint.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex D. Hilario in Mat. cap. 26.

De Titulis & præcedentia.

Plura de titulis & præcedentia antehac ordinata fuerũt: Et quę ſint illa.

CVM in Ordine inordinatum quidquam, aut præpoſterum eſſe non deceat, ſed omnia rectè ordinata & diſpoſita eſſe vel maximè conueniat; prudenter quidem ac prouidè quo quiſque titulo à tergo literarum notari, & quo item loco & ordine ſedere, & in actis publicis ſe habere debeat, iampridem ſtatutum eſt, atque cõſultò ſancitum, ne quis frater, aut Monialis vlla literas ſcribere audeat, niſi ſub ſequenti titulorum forma, videlicet.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Roman. 1587.

Gene-

Generali Miniſtro, & Commiſſario item Generali, tam præſentibus, quàm præteritis ſcribatur, *Reuerendiſſimo Patri &c.*

Procuratori Ordinis, & Commiſſario Curiæ Romanæ, Diſſinitoribus Generalibus, ac Patribus Ordinis, *Multùm Reuerendo &c.*

Miniſtris Prouincialibus præſentibus & præteritis, ac Commiſſarijs Prouinciarum Viſitatoribus, & eorum cuiq;, *Reuerendo &c.*

Locorum Superioribus quibuſuis, ac Lectoribus, & Prędicatoribus, & eorum vnicuique, *Multùm Venerando &c.*

Cæteris Sacerdotibus quibuſque. *Venerando &c.*

Clericis & Laicis. *Deuoto Religioſo &c.* Et q̃, aut quę aliter ſcribere auſerit, ſuffragiorũ iure careat, Superiorũ arbitratu.

Ex Neap. cap. xlj. Et ex Valliſolet. 1593. Quod Statutum maturè approbantes & renouantes; vt nullus dubitationi, contentioni, aut malignitati locus ſit, conſultò addendum cenſuimus; ac ſeſſionis & præcedẽtiæ locũ infraſcribẽdis præſcribentes, decernimus & ſtatuimus. Quæ circa titulos hactenus ſtatuta fuerũt, ea nunc approbantur, renouãtur, & extẽduntur.

Primò vt qui ſunt, & pro tempore fuerint à ſecretis Miniſtri aut Commiſſarij Generalis.

II Prouinciarum Commiſſarij præterea, tempore Comitiorũ Generalium, vel aliàs per abſentiam Miniſtrorũ Prouincialium Prouincias regentes, quo tempore regunt.

III Cuſtodes quoque pro Comitijs Generalibus electi, quouſque functionem ſuam obierint.

IIII Lectores item Theologi, ac verbi Dei Cõcionatores, qui ſacræ Theologiæ operã nauarunt, vel in præclarioribus Italiæ Ciuitatibus, ſacrę Prędicationis Officio, aut iam eodẽ temporis ſpatio præclarè functi, aut in poſterùm functuri ſunt; ij quidem omnes, *Reuerendi.*

V Reformatorum verò Cuſtodes;

VI Prouinciarum Diſſinitores, & Patres;

VII Qui à ſecretis ſunt, aut pro tempore fuerint Procuratoris Ordinis, Commiſſarij Curiæ Romanæ, Miniſtrorum aut Commiſſariorum Prouincialium;

VIII Ac item qui in primarijs Locis Guardianatus Officio functi ſunt, & Sacerdotes quoque, qui quinquageſimum annum exceſſerint; *Multùm Venerandi.*

Ex Valliſolet. 1593. Et vt nullus in ſcribendis literis & titulis relinquatur errandi locus, conſultò etiam ſtatuimus & decernimus, vt Subſcriptiões literarum quõ faciendæ.

pręter nomẽ proprium, Patriam, & Prouinciam, ſuũ quiſque etiam Officium, aut cuius qualitatis ſit, ſubſcriptione ſignificet; niſi adeò notus ſit, vt dę eo nullatenus dubitari poſſit.

Circa pracedentiam autem.

Approbantur etiam, renouãtur,& extẽduntur quæ ad præcedentiam ſpe-ctant.

PRIMÒ Generalis Miniſter, & Commiſſarius item Generalis, ſuo functi Officio, vbiq; ac ſemper ſecundum locum teneant, ita vt nũquam niſi vnum Superiorem, quoad Ordinem ſedendi habeant. Quòd ſi quandoque contigerit, eos vnà ſimul cum Generali Miniſtro eſſe, eundem ordinem ſeruent, quem ſuprà in Generali Capitulo ſeruandum pręſcripſimus. Ex Neap.cap. xlj.Et ex Valliſolet.1593.

II Prouinciales autem Miniſtri,in ſua quiſque Prouincia, pręter ſuos Superiores, cęteros omnes præcedant.

III Diffinitores verò Generales,& Patres Ordinis quicũque,in omnibus Prouincijs pręcedant omnes, pręter Miniſtros & Guardianos in proprijs cuiuſq; Loco & Prouincia; inter ſeipſos verò pręcedant, qui antiquiores in ordine fuerint: quo in numero etiam cenſendi ſunt Generalis Ordinis Procurator,& Cõmiſſarius Curię Romanę:qui inter Diffinitores Generales & Patres Ordinis primũ locum teneant.

IIII Qui autem Prouinciales Miniſtri aliàs fuerunt,pręter prædictos, cęteros præcedant. Inter ſeipſos autem, qui antea electi ſunt, alios pręcedant. Quo numero compręhendantur, qui Guardiani Hieruſalem fuerunt, aut in aliqua Prouincia Miniſteriatus Officio functi ſunt.

V Qui verò à ſecretis Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis fuerint, in vnaquaque Prouincia, Diffinitores actuales pręcedant. In Comitijs verò Generalibus Patres Ordinis quoſque immediatè ſequantur.

VI Diffinitores autem Prouinciarum actuales, demptis prædictis, cęteros pręcedant, pręter Guardianos in proprio cuiuſque Conuentu. In Capitulis autem Guardianos etiam quoſuis præcedant.

VII Lectores Theologi, & Predicatores clariſſimi, quo tempore & loco actu legunt vel predicant, poſt predictos reliquos pręcedant. Alibi autem,& inter ſeſe, aut pro Loco-

rum

rum dignitate, aut pro corū antiquitate in Ordine ſedeant.

VIII Prouincialium verò qui à ſecretis fuerint, prædictos in propria ſequantur, reliquos inferiores præcedant.

IX Prouinciarum Patres, pro Religionis antiquitate inter ſeſe ordine degentes, præter prædictos, reliquos omnes præcedant. In Capitulis autem & Congregationibus, ſi quibus interfuerint, Guardianos etiam præcedant.

X Reformatorum Cuſtodes, & in Capitulis, & extra Guardianos omnes præcedant, præter eum, qui extra Cuſtodiam in vno quoque Conuentu Ordinarius fuerit.

XI Guardiani omnes extra proprium Conuentum, præter prædictos, ac Lectores & Prædicatores actuales, reliquos omnes præcedant.

XII Vicarij in ſuo quiſque Conuentu, Lectores artium & Prædicatores Conuentus, qui tempore Quadrageſimæ, aut per annum actu prædicant vel legunt, ac reliquos inferiores præcedant, cæteros ſequantur.

XIII Lectores artium, qui nuſquam Theologiam legerint, & Prædicatores Conuentuum, Vicarium immediatè ſequantur, ac cæteros omnes præcedant, ijs exceptis, qui quinquageſimum ætatis annum attigerint, vel in principalioribus Prouinciarum Locis, Guardianatus Officio functi ſunt.

XIIII Poſt prædictos, Sacerdotes deinde, poſtea Clerici, ac Laici demum omnes, pro cuiuſque antiquitate in Ordine, præcedant ſequanturve.

Qui ijs debitè ac ordinatè ſtatutis, auſu temerario contraire præſumpſerit, debitis pœnis afficiatur, Superiorum arbitratu, pro temeritatis & contumaciæ modo. **Prædictis cōtrauenientes, puniendi.**

De Tabellis Patrum, & ſuffragijs pietatis cauſa pro eiſdem agendis.

Ex Neap. cap. xxxxij.

CHRISTIANAE pietatis & æquitatis ratio poſtulare videtur, vt ſi omnium defunctorum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis, & antiqua, ſalutari, ac pia Eccleſię traditione, & regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis, memoria ſemper agenda ſit; **Omnium fidelium defunctorum memoria habenda: eorū, verò maximè q bus obligamur**

da ſit; eorum tamen ſpecialiùs agatur, quibus magis omni ratione obligari dignoſcimur.

Patrũ noſtrorum vita functorum, ad pietatem in nobis erga illos excitandam, Tabellæ conficiẽdæ: Et quot: Et quales: Et quo loco exponendæ.

Memores igitur Patrum noſtrorum, quorum memoria in benedictione eſt, qui pręclaris meritis & virtutibus pręcellentes, vel Religionem vniuerſam, vel alteram aut alteram familiam mira pietate & religione, ſingulariq; prudentia, multis laboribus, vigilijs, & ęrumnis pro Dei gloria, proq; animarum ſalute, ac Religionis honore, augmento, & decore non parcentes, egregiè quidem ac ſanctè gubernarunt; nunc autem in Chriſto requieſcunt; eorum omnium, ac Protectorum item, & horum vel maximè, ac Prouincialium quoque reſpectiuè, Tabellas ad inuicem diſtinctas, notata locorum & temporum ratione, primo quoque tempore conficiendas, & in omni Sacriſtia loco aperto & conſpicuo perpetuò permanſuras, diſtinctè appendendas eſſe, & appendi debere piè decernimus & ſtatuimus: vt ſinguli Sacerdotes Sacrum facturi, eò conuenientes, hac pia & ſalutari ratione piè moniti ac ſalutatiter excitati, pro illis ad Deum preces & ſacrificia frequentiùs offerant, vt in ęterna tabernacula per Dei miſericordiam recipiantur. Ex eiſdem.

Quę ſuffragia pro eis agenda.

Pro prędictis autem omnibus & ſingulis, & pro Patribus Ordinis item, qui nunc per Dei gratiam vita viuunt, ac diuina diſpoſitione, aut Religionem vniuerſam, aut ſingulares Prouincias moderantur, & in poſterùm moderaturi ſunt, cùm obierint, vbi primùm de eorum obitu nunciatum fuerit; mox tribus continuis diebus ex pręcepto Eccleſię non impeditis, in omni Conuentu; pro Generalibus, & Protectoribus quidem in vniuerſa familia; pro Commiſſario Generali in ea, quam moderatus eſt; pro Miniſtris autẽ Prouincialibus & Patribus Ordinis, in propria cuiuſque Prouincia, ſolemnis Miſſa decantetur, accenſis circa tũbam ſeu Cenothaphiũ, pannis nigris (nõ tamẽ Altarium pallijs) qua maiori põt, funerali pompa, pro diuerſitate prędictorũ, ante paratã, intortitijs plùs minùs, ꝓut ꝑ facultates licuerit; ac pręterea vt ſinguli Sacerdotes illis ipſis diebus pro eiſdẽ celebrent, aut ſaltem ſtatam orationem dicant; Clerici autem defunctorum officium; Laici verò centies Orationem Dominicam cum ſalutatione Angelica, & pia pręcatiuncula illa *Requiem æternam &c.* ſingulis eiſdem diebus recitent, Ex eiſdem.

ciſtent, chriſtiana pietate decernimus & mandamus.

Ex eiſdem. Pro Summo autem Pontifice, communi omnium parente, ſanctę vniuerſalis Eccleſię Catholicæ Paſtore, ſtatim vt de eius obitu ſignificatum fuerit, diebus nouem continuis immediatè ſequentibus, ſimiliter non impeditis, vt illud omne pietatis officium omnino præſtetur, id etiam piè ſancimus & decernimus, vt chriſtiana pietas expoſtulat. Pro Summo Pontifice nouẽ dierum ſuffragia inſtituta.

Ex eiſdem. In ſingulos annos præterea pro prędictorum omnium animabus, die Commemorationẽ omnium defunctorum immediatè ſequenti, defunctorum officium cum Miſſa ſolemni, ſicut in ipſa omnium defunctorum commemoratione decantetur. Id enim valde conſonum, & ęquitati ac pietati omnino cõſentaneum eſſe videtur, vt ſicut illi dum vita viuunt, tanquàm Miniſtri Chriſti & animarum Paſtores, ſanctę paſtoralis ſolicitudinis & paternę charitatis ſtudio, animarum ſaluti diligenter inuigilant; ita illud cum omni ratione & pietate coniunctum eſt, vt poſt eorum obitum, Sacerdotes omnes, Clerici item, & Laici quoque, quorum curę & gubernationi paſtorali miniſterialiq; prędfuerunt, grata quoque ac pia memoria, miniſteriales paſtoralesq; eorum labores & vigilias, quas ipſi in muneribus gerendis egregiè quidem ac ſtrenuè ſubierunt, piè proſequantur, pro illorum animabus vel in primis religioſè ac piè precantes, vt in ęterna tabernacula recipiantur. Pro omnibus prędictis ſimul iunctis, quę ſuffragia quotannis agenda.

Ex eiſdem. De obitu autem Summi Pontificis, ac Domini Protectoris item, Generalis ordinis Procurator, aut Commiſſarius Curię Romanę reſpectiuè; Generalium verò Miniſter eius Prouincię in qua deceſſerint, Prouinciales omnes & ſingulos opportunè quidem ac diligenter admoneant. Ipſorum verò Prouincialium & Patrum ordinis obitum, Guardianus eius Loci, vbi eos ex hac vita migrare contigerit, reliquis Locorum Prouincię Superioribus, quocunque nomine vocentur primo quoque tempore ſignificet, vt omnes opportunè admoniti, huius Chriſtianę pietatis & charitatis debitũ piè quidem atque omnino diligenter exſoluant. De prędictorũ obitu quomodo admonendi ſint fratres.

Ex eiſdem. Pro reliquis autem Patribus & fratribus & vniuerſis & ſingulis, quo primùm tempore obierint, Guardiani ſinguli, vbi deceſſerint, reliquos Prouincię Guardianos & omnes & ſingulos continuò admoneant, vt iuxta piam, probatam, ac veterem Religionis conſuetudinem, ſinguli Sacerdotes Pro reliquis Patribus & fratribus, quę ſuffragia peragenda.

cerdotes

cerdotes ſemel ſaltem celebrent; Clerici defunctorum officium; Laici verò centies Orationē Dominicam cum Salutatione Angelica, & *Requiem ęternam &c.* pariter recitent; atque in omni Conuentu prętereа defunctorum officium collegiatim recitetur, ac ſolemnis Miſſa ſimiliter decātetur.

Pro fratribus, propinquis & benefactoribus ſingulo mēſe agēda ſuffragia.

Poſtremò vt ſingulis quibuſq; menſibus, prima die non impedita, defunctorum Officium cum Miſſa ſolemni pro vniuerſis fratribus, parentibus, propinquis, & benefactoribus vita functis decantetur, id etiam piè ſtatuimus & iubemus; vt vel ſic omniū ſaluti, & obligationi quantùm cū Deo poſſumus, chriſtiana pietate ſatisfaciamus opportunè. Ex eiſdem.

Summarium Decreti.

Summorum Pontificum.
Protectorum.
Generalium.
Prouincialium.

Tabella pietatis cauſa conficienda, & in omni Sacriſtia, loco aperto & conſpicuo appenſa, perpetuò ſeruanda.

Pro Summo Pontifice nouem diebus.
Pro D. Protectore tribus diebus.
Pro Generalibus tribus diebus.

In vniuerſa familia.

Pro Miniſtris Prouīcialibꝰ tribus dieb.
Pro Patribus Ordinis tribus diebus.
Pro reliquis Patribus & fratribus die vno.

In Proūcia propria.

Funeralia, vbi primū de eorū obitu nunciatū fuerit, in omni Conuentu celebranda: Singulis Sacerdotibus celebrandum, vel ſtata ſaltem oratio dicenda: Clericis defunctorū officium, Laicis cętū Pater noſter cum Aue Maria, & Requiem ęternā &c. recitanda.

In ſingulos annos pręterea, die Commemorationem omnium defunctorum immediatè ſequenti, pro prędictis omnibus defunctorū officium cum Miſſa ſolemni ſolemniter telebrandum.

ſingulis autem menſibus, prima die non impedita, illud ipſum pietatis officium pro vniuerſis fratribus, parentibus, propinquis, & benefactoribus vita functis piè prąſtandum.

De Com-

De Commiſſarijs Viſitatoribus.

Ex Salmant. capit. viij. Et ex Bulla Vnionis Ite & uos &c. Et ex Aquilan. 1559. Et ex Vallisolet. 1593.

Viſitatoribus regulę præſcribuntur: Et qua re id fiat.

QVIA Generalis Miniſter pro ſui muneris Officio vniuerſum Ordinem, Commiſſarius verò Generalis ſecundùm Bullã vnionis electus vniuerſam familiam, cui præfectus eſt, per ſe quidem, aut ſi legitimè impediti fuerint, per ſuos Commiſſarios ac Viſitatores Generales, quos ad id eorum arbitrio eligendos duxerint, accuratè ac diligenter viſitare tenentur; vt vel ſic regularis vitę diſciplinę, vbi collapſa ſit, faciliùs inſtaurari, & vbi per Dei miſericordiam illibata reperiatur, conſtantiùs conſeruari ac retineri poſſit: idcircò has de Viſitatoribus eiuſmodi regulas conſultò præſcribendas duximus; vt ipſa eorum Viſitatio & ſalutaris ſemper ſit, & ipſum quem prętendimus, ſortiatur effectum, ac omnibus proſit quod pro communi omnium ſalute ſalubriter inſtitutum eſt.

Viſitatores quales eſſe debeant.

Ex Vallisolet. 1593. Et ex [illegible] 1587.

Viſitatorũ conditiones, & qualitates.

IN primis itaque Viſitatores ij eligantur & aſſumantur, qui præ cęteris prudentia, pietate, religione, integritate, zelo, probitate, ſolertia, ſolicitudine, rerum agendarum vſu, experientia, atque in rebus gerendis dexteritate prǣſtantes ſint, & ad Viſitationis munus huiuſmodi ſtudioſè, piè, ac diligenter obeundum, vel maximè idonei; & qui aliàs Miniſteriatus Officio laudabiliter functi ſint, aut actualiter fungantur, vel Diffinitores Generales, aut Patres Ordinis exiſtant.

Ex Vallisolet. 1593.

Viſitatio, vbi ſalutaris.

Nam ſi Viſitatores eiuſmodi prędictis qualitatibus prędi ti fuerint, profectò eorum Viſitationes ſalutares fore ſperandum eſt.

Ex eiſdem.

Ad idoneos deligẽdos Viſitatores, Capitulũ lum Generales hortatur.

Quamobrem vt in deligendis Viſitatoribus eiuſmodi, Generalis pro ſua in Deum pietate & religione, proq; inſtauranda ac retinenda in Ordine regularis vitę diſciplina, omnem curam & ſtudium adhibere velit, illum obnixè quidem rogamus, ac vehementer hortamur in Domino.

Viſita-

Viſitatores quando mitti debeant.

Viſitatores quã do regulariter mittendi.

VISITATORES huiuſmodi regulariter mittendi ſunt vbi noua Prouincialis Miniſtri electio celebrãda ſit, niſi Generalis ipſe eam viſitationem per ſe ipſum obire velit. Nam quo caſu Generalis adeſſe non poſſit, Commiſſarius Viſitator, Generalis nomine & auctoritate, Prouinciale Capitulum conuocare, celebrare, & in eo præſidere, ac omnia, & ſingula præſtare debet, quæ ſuprà de Prouincialibus Capitulis, opportuno loco & tẽpore conuocandis & celebrandis præſtanda eſſe decreuimus. Qui proptereà etiam opportuno tempore mittendi ſunt, vt vniuerſam Prouinciam accuratè ac diligenter antea viſitare poſſint. Ex Salmant. cap. viij. Et ex Valliſ. 1593.

Commiſſarij haud paſſim, ſed magna moderatione mittendi.

Et quia prudenter quidem, ac ſalubriter etiam ſtatutum eſt, Commiſſarios paſſim non eſſe mittendos; proptereà ſalutares Conſtitutiones eiuſmodi matura conſideratione approbantes, ac renouantes etiam, conſultò decernimus, vt non niſi vrgentibus de cauſis; tumq; Generali antea probatis; Commiſſarij Viſitatores in Prouincias mittantur, niſi ab ipſis Prouincijs, vel à maiori parte Patrum petantur; tumq; vbi Generalis ipſe legitimè impeditus, perſonaliter (quod vt opportunius quidem optandum eſſet) ire non poſſit. Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1565.

Commiſſarius ad particulares cauſas miſſus, quomodo munus ſuum exercere debeat, & explere.

Quòd ſi quem pro arduo negotio, aut Generalis ipſius arbitrio, aut ad poſtulationem alicuius Prouinciæ quandoque mitti contigerit; eo negotio peracto, mox Prouinciam egredi, & ad propria redire teneatur: nec Prouinciale Capitulum celebrare poſſit, niſi per facultatem literis expreſſam, id ſpecialiter ei liceat: nec verò Prouincialem Miniſtrum præcedat, aut impediat, quominùs Officium ſuum liberè exequi poſſit; niſi negotium eiuſmodi aut ad vniuerſam Prouinciam pertineat, aut ſecus rationabili de cauſa, Generalis arbitrio, ex ipſis facultatum literis expreſsè caueatur. Ex Valliſolet. 1593.

Quæ

Quæ Commiſſario Viſitatori ante Viſitationis initium præſtanda ſint.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Rom. 1571.

Commiſſio ante executionem Miniſtro notificanda:

COMMISSARIVS Viſitator, antequàm Commiſſionem ſuam exequatur, eam Prouinciali, aut per ſe quidem præſenti oſtendat, aut per literas abſenti ſignificet.

Ex Valliſolet. 1593.

Locus Prouinciali aſſignandus.

Deinde ante Viſitationis initium, Prouinciali ipſi Locum aſſignet, vbi ille commorari debeat, donec Viſitatio abſoluatur: qui tamen Locus nunquam principalior ſit.

Ex eiſdem.

Aduentus Cōmiſſarij, communibus literis, Prouinciæ ſignificandus.

Poſtea communibus literis aduentum ſuum in Prouinciam ſignificet, ſimulq; de ſua voluntate admoneat, vt in obeundo Viſitationis munere, pro communi bono ex merito ſalutaris obedientię ſuſcepto, communibus etiam fratrum orationibus adiuuetur, vt videre poſſit quę illi agenda ſunt, & quę recta ſunt agere valeat; vt ad iuſtitiam Dei faciendam eius procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera.

Ex eiſdem.

De agendis & cauendis, iis ipſis literis monendi fratres.

Quibus etiam literis, quę viſitandis agenda, & quę item cauenda ſint edicat. Potiſſimùm verò eos grauiter & efficaciter hortetur cùm ad alia chriſtianę pietatis officia, tum verò maximè ad ſacram peccatorum Confeſſionem, Miſſę celebrationem, ſacramq; Communionē Viſitationis gratiā faciendam, precesq; pro ſalutari Viſitationis ipſius ſucceſſu & exitu ſalubriter habendas: Et ad promerendā denique plenariam peccatorum indulgentiam, ex diſpenſatione apoſtolica Viſitationis tempore ac munere cōſequendam, ſuauiter inducat, ac ſalutariter diſponat.

Ex eiſdem.

Oratio pro Viſitatione indicenda.

Pręterea poſt veſpertinas, ac matutinas horas aliquā orationem indicat, ac Viſitationis nomine in omni Eccleſia piè fieri iubeat, quo vberiores ex Viſitationis eius laboribus fructus exiſtant in domino; fratrumq; animi ſalutari hac pręparatione diuinitus excitati, promptiores, erectioresq; tunc cùm ad bene agendum, tum ad paterna eius monita & iuſſa libenter amplectenda & exequenda diligenter, tum ad omnem denique regularis vitæ diſciplinam, ſanctis legibus & Inſtitutis conformatam, piè ac ſanctè ſuſcipiendam.

Et vbi

Ad Viſitatoris aduētum, ſacra tota ſupellex p̄paranda.

Et vbi eum proximè aduenturum Guardiani cognouerint, mox Sacriſtiam & diligenter, & accuratè adornari atque inſtrui iubeant: in qua ex armarijs expoſita ſint ſacra indumenta, veſtes ſacræ, ſacra vaſa, pallia, & reliqua omnia ſacræ ſupellectilis inſtrumenta atque ornamenta, preter ea, quæ in Eccleſiarum & Altarium apparatu & vſu tunc erunt, & eſſe debebunt pro ſolēni Viſitationis ipſius celebritate: eaq; ordine, ac pro colorum ratione diſtinctè collata ita ſint & appareant, vt ea & loco & tempore in viſitando recognoſci certè, facileq;, ac breui poſſint. Ex eiſdem.

Sacra volumina, certo decentiq; loco exponenda.

Certo item, ac decenti alio loco libri ac volumina Eccleſiaſtica, vt Miſſalia, Breuiaria, Lectionaria, Antiphonaria, & alia generis eiuſmodi, ſuis operimentis politè ac decorè contecta, ei in conſpectu ſint & appareant. Ex eiſdem.

Scripturæ de ſacris Reliqijs ſacriſue indulgentijs teſtantes, præparādę.

Alio prætereà in eadem Sacriſtia decenti loco in promptu ſint ſcripta, monimenta, codiceſq;, quibus ſacrarum Reliquiarum, quæ in vnaquaque Eccleſia piè ac religioſè aſſeruantur, teſtatum eſt: quo loco tabulæ item, ſcriptaq; indulgentiarum, quæ vnicuiq; Eccleſiæ, Altari, vel Capellę conceſſę ſunt, appareant. Ex eiſdem.

Monimenta, qbus Eccleſiarū iura, obligatiōes, & onera, cognoſci poſſint, exponēda.

Separatim alio loco in promptu ſint ſcripta, monimentaq; pro temporum ratione diſtinctè notata, quę ad ſingularum Eccleſiarum, Altarium, Capellarum iura, priuilegia, emolumenta, obligationes, & onera, quauis ratione pertineant. Ex eiſdem.

Statutorū liber cū Regula, ſigillo, & rituū tabula, in proſpectu ponēda.

Liber item Statutorum & Cōſtitutionum Generalium & Prouincialium, & Regula ipſa, Loci ſigillum, ac Tabula rituum & conſuetudinum, ſi quas Prouincia peculiares habeat, preſertim in diuinis officijs, ac ſacris functionibus piè ac ſanctè obeundis, in proſpectu ſint. Ex eiſdem.

Inuentaria sīgula, paranda:

In promptu preterea parata ſint inuentaria hęc infrà ordine deſcripta, recteq; confecta; quibus ſingulis cuiuſque Loci Guardiani ac Diſcretorum propria manu ſubſcriptum ſit. Ex eiſdem.

Sāctarum Reliquiarum primum:

Primò inuētarium ſanctarum Reliquiarum, quę in vnaquaq; Eccleſia decenti loco pro chriſtiana pietate aſſeruantur, ac ſimul monimenta, quibus de eis ipſis certa teſtificatio fiat. Ex eiſdem.

Sacrarum indulgentiarum ſecundum:

Alterum in quo accuratè deſcriptę ſint indulgentię omnes vnicuique Eccleſię, eiuſve Capellis, aut Altaribus perpetuò, Ex eiſdem.

petuò, aut ad certum tempus non dum elapſum conceſſę.

Ex eiſdem. Tertium in quo ſacrę veſtes, pallia, indumenta, & ornamenta, ac ſacra vaſa, & omnia denique ad ſupellectilem Eccleſiaſticam pertinentia, diſtinctè ac rectè notata ſint. Eccleſiaſticæ ſupellectilis tertium:

Ex eiſdem. Quartum in quo libri, ſcripta, literæ ac inſtrumẽta quęcunque, quibus bona, iura, rationes, & priuilegia Locorum, Eccleſiarum, Capellarum, Altariumq; teſtificata luculenter appareant, diligenter notata ſint. Iurium quorumcũq; quartum

Ex eiſdem. Quintum Librorum ad bibliothecas, ſi quæ ſint, quauis ratione pertinentium, ad Conſtitutionis Apoſtolicæ præſcriptum diligenter confectum. Bibliothecæ quintum:

Ex eiſdem. Sextum in quo accepti & expenſi ratio totius adminiſtrationis cuiuſque Guardiani diſtinctè notata, Diſcretorumq;, ac Procuratorum item propria manu ſubſcripta ſit. Totius adminiſtrationis ſextum.

Ex eiſdem. Quæ inuentaria, quo tempore quidem, & quibus præſentibus proximè confecta ſint, ex eorum ſcriptione manifeſtè appareat, vt ſi ita opus eſſe quandoque videatur, rectè conferri poſſint, ac eadem exſcripta in Viſitationis acta referantur, prout opportunius videbitur. Inuentaria ipſa, quo tempore cõfecta ſint appareat.

Ex eiſdem. Ad hęc quò viſitandi ratio & explicatior & breuior ſit, & ne diu Viſitator retardetur, vniuerſis & ſingulis fratribus, ne Locorum fines egrediantur, interdicat ſub apoſtaſię notà ipſo facto incurrenda; niſi impetrata prius ſcripta facultate. Egreſſus è Locorum finibus, à Viſitatore interdicendus.

Ex eiſdem. Illud etiam vel maximè cauendum eſſe admoneat, vt nemo fratrum pro gradibus, Officijs, honoribus, aut dignitatibus obtinendis, commendaticias quarumcunque perſonarum extra noſtrum Ordinem exiſtentium, literas procuret, ne cenſuras & pœnas, Apoſtolicis Conſtitutionibus Pij V. & Gregorij XIII. Summorum Pontificum contra callidam ambientium artem præſcriptas, incurrat; illud etiam ſpecialius admonendo eos fratres, quicunque fuerint, pro quibus literas eiuſmodi mitti, dari, aut exhiberi contigerit, non ſolùm ad gradus, honores, dignitates, aut Officia prætenſa non admittendos, ſed ad ea & alia quæcunque in Religione in poſterùm obtinenda, inhabiles declarandos, ac præterea vlteriùs aduerſùs eos ad pęnarum executionem, ex ipſarum Cõſtitutionum Apoſtolicarum pręſcripto procedendum eſſe, & procedi debere. A procurãdis cõmendaticijs literis pro gradibus & Officijs, Viſitator ſuis literis omnes fratres magna ſeueritate deterreat.

R Quis

Quis Viſitationis ſcopus.

Quis eſſe debeat præcipuus Viſitationum ſcopus.

PRAECIPVVS omnium Viſitationũ ſcopus eſſe debet, ſanam orthodoxamq; doctrinam, expulſis erroribus, ſi quos irrepſiſſe conſtiterit, retinere; bonos mores tueri, prauos corrigere; & quæ ſacris Canonibus, Sanctionibus Apoſtolicis, ac regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis de vita, honeſtate, cultu, doctrinaq; retinenda, ac ſimul de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, luſibus, ac quibuſcũq; criminibus, exceſſibus, necnon ſecularibus negotijs fugiendis, copiosè quidem ac ſalubriter ſancita ſunt, exactè ac ſtudiosè ſeruari iubere; fratres paternis cohortationibus, & ſalutaribus monitis ad religionem, pietatem, humilitatem, patientiam, integritatem, diuinum amorem, vitæ innocentiam, cęteraſq; Chriſtianas virtutes accendere; ac cætera prout locus, tẽpus, & occaſio feret, ex eorũ prudentia, ad animarũ ſalutẽ, Religionis augmentũ, Chriſti fidelium ędificationem, atque ad reſtituendam regularis vitæ diſciplinã conſtituere. Ex Cõc. Trid. ſeſſ. xxiiij. c. iij. de Refor. Et ex Vallisol. 1593.

Ad Viſitatores grauis admonitio.

Quòd vt faciliùs fęliciusq; ſuccedat, Viſitatores ipſos omnes & ſingulos admonemus, vt paterna charitate, Chriſtianoq; zelo omnes amplectantur. Ex eiſdem.

Duobus ſocijs Viſitatores cõtenti ſint: Iumẽtis humilibus vtantur: Quandoque etiã pedeſtres eant:

Ac pręterea modeſto comitatu, nimirum duobus ſocijs contenti, & ijs quidem moribus & vita probatis, ſtudeant quàm celerrimè (debita tamen cum diligẽtia) Viſitationem ipſam abſoluere; equos, mulos, aut mulas non niſi humiles habeant, ac etiam ſi fieri poſſit, pedeſtres quandoque in obeũdo Viſitationis munere incedant; vt vel ſic humilitatis, paupertatis, ac ſanctitatis omnibus exemplo ſint. Ex eiſdem.

Nemini graues ſint: Modeſtè ac parcè viuant:

Omnino verò caueant, ne ſuperfluis ſumptibus cuiquam graues aut oneroſos ſe prębeant: ſed domi & foris ita parcè ac modeſtè in expenſis ſe gerant, vt ſanctæ paupertatis memores, tam Loca releuare, quàm fratres & proximos ędificare procurent. Ex eiſdem. Et ex Apoſt. Pij V.

A munuſculis etiam eis abſtinendum: Et ſocijs eorum.

A muneribus, & munuſculis etiam omnino abſtineant, nec quicquam, vel minimum quidem, præter vitæ neceſſaria, quouis prætextu vel quęſito colore, aut ipſi, aut eorum ſocij accipiant. Ex Conſt. Apoſt. Cle. VIII. Et ex Valliſol. 1593.

Si quicquam acceperint Viſi

Quòd ſi quicquam acceperint, malè parta & acquiſita reſtitutioni obnoxia eſſe ſibi perſuadeant, & ad reſtitutionem Ex eiſdem.

nem

nem teneri ex Conſtitutione Apoſtolica certò ſciant, ac prę terea grauiſſima ſe animaduerſione puniendos eſſe meminerint.

tatores, ad restitutionem tenentur: Et pœnis etiã obnoxij ſunt.

Quæ Viſitator in obeundo Viſitationis munere præſtare debeat.

Ex Valliſolet. 1593.

VISITATIONIS munus grauiter obeunti, hęc vel in primis accuratè ac diligenter præſtanda ſunt. Primò fratres in vnoquoque Conuentu, datis quibuſdam capitularis campanæ ictibus, in Capitulum conuocet, ad eosq́; capitulariter congregatos, pro loci ac temporis ratione ſermonem habeat, quo eos grauiter ac piè hortetur, tum ad vniuerſa Chriſtianæ pietatis officia & opera, tum verò maximè vt ſyncerè, fideliter, ac magno Chriſtianæ charitatis zelo aperire, ac viſitare velint, quę pro Dei gloria, proq́; animarum ſalute, ac Religionis augmento, admonitione, correctione, reformatione, prouiſione, aut viſitatione, pro ſua quiſque conſcientia in Domino cognouerint indigere. Quod vt rectè ac fructuosè pręſtent, id eiſdem diſtrictè pręcipiat in virtute ſanctę obedientię.

Viſitator in obeundo Viſitationis munere, ante omnia ſermonem ad fratres congregatos habere debet: Et qualis ille eſſe debeat.

Ex eiſdem.

Illud verò vel maximè & verbis, & operibus omnino oſtendat, quòd ipſe nihil præter Dei gloriam, eorumq́; vtilitatem & ſalutem, ac reformationem prætendat, aut velit. In omnibus autem ita prudenter ſe gerat, atque animi ſui integritatem & ingenuitatem ſic demõſtret, vt nemo præ nimia cõfidentia inſoleſcat, nemo præ diffidentia deſperet. Meminerítq́; ſe communem curam, communiſq́; Patris perſonam gerere, ac propterea vt perſonarum acceptator nullius perſonam reſpiciat: ſed paterna charitate omnes amplectatur, omnes ęquè diligat; ſic tamen vt iuſtorum & iniquorum merita diſcernat, & pro ſingulorum qualitate factorum, vt iuſtus & verus Iudex, aut ſupplicia, aut præmia decernat.

Quæ nam Viſitator verbis & operibus præ ſe ferre, ac oſtẽdere teneatur.

Ex eiſdem.

Qui cùm perorauerit, quæ ad diuinum cultum pertinét, ante omnia accuratè quidem ac diligenter viſitet. Viſitet Eccleſias, Sacraria, Infirmarias, Hoſpitia, Fratres, Cellas: Et quidem omnia diligenter.

Quõ ad Viſitationem deueniendũ: Et quę ſpecialiter viſitanda.

In Eccleſia viſitet Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, Sanctorum Reliquias, Oleum ſanctum, Altaria, Capellas, Oratoria, Confeſſionalia, Sepulturas.

De Venerabili Sacramento.

Circa Venerabile Sacramentum, quæ in Viſitatione inquirenda.

Ex Valliſolet. 1593.

CIRCA Venerabile Sacramentum hæc diligenter inquirat.

An Tabernaculum ligneum auratum ſit, ac pro rei dignitate & ſanctitate conueniens & idoneum?

An Columnellis aptè ac tutò ſuffultum?

An Conopęis pro temporis & officij ratione decentibus decorè contectum?

An panno ſerico rubeo vel albo intus decenter ornatum?

An oſtioli clauicula aurea ſit, vel argentea, vel ſaltem inaurata, cum cordula ſerica rubea, & floculo ſerico rubeo auro contexto?

An ſacra pixis aurea, vel ſaltem argentea, intus & foris inaurata, pro aſſeruando diuiniſſimo Corpore Chriſti Domini in eo ſit?

An item Tabernaculum portatile, ad exponendum ipſum ſanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, fidelibus Chriſtiana pietate & religione adorandum, aptè ac decenter confectum ſit?

An ſaltem lunulam auream vel argenteam, & inauratam habeat?

An in Tabernaculo ipſo ligneo, pręter Sanctiſſimum Euchariſtia Sacramentum cum petra ſacrata & corporali; quo veluti linteo, vel ſacra Syndone munda ſtratum eſſe debet Tabernaculum; quicquam aliud aſſeruetur?

An ſingula quaque Hebdomada piè ac diligenter renouetur?

An lampas vel ſaltem vna è regione, & non à latere poſita, perpetuò colluceat?

An è vitro perlucido conſtet? niſi è ferro, aut ſtamno conſtare aliquando neceſſe ſit, vt in locis Alpinis, alyſq; accidit, vbi ob frigoris rigorem vitrum frangitur.

An aliquo fabrili opere omninò decore tegatur?

An oleum oliuarum puriſſimum in ea ſemper ardeat?

De Sanctorum Reliquijs.

Ex Vallisolet. 1593.

POST hæc Sanctorum Reliquias piè ac reuerenter viſitet, & hæc diligenter inquirat. Circa Sanctorum Reliquias, quæ inquirenda.

An loco decenti in Eccleſia cõſtituto, diſtinctè, tutò, decenter, religioſeq; aſſeruentur?

An in eis aſſeruandis, cuſtodiendis, exponendis, oſtendendis, reponendis, transferendis, ac de earum clauibus item, quæ aut ſacra Tridẽtina Synodo, aut Sãctionibus Apoſtolicis ſanctè ac piè decreta ſunt, exactè quidem, atque accuratè ſeruentur?

An feneſtellæ in quibus aſſeruantur, pannò ſerico varij coloris; nempe rubeo, aut viridi, vel albo, decenter quidem intus ornatæ ſint?

An ipſę Sãctorũ Reliquię pãniculis ſericis diuerſi coloris pro ipſarũ diuerſitate, nimirũ rubeo pro Martyribus, pro Cõfeſſoribꝰ uiridi, & albo pro Virginibus, religioſè ac decẽter inuolutę ſint.

De Oleo ſancto.

Ex Vallisolet. 1593.

SANCTVM oleum, quod ad infirmos ſanctè ac piè inungendos, ex Chriſtiana pietate aſſeruatur, accuratè viſitet, & diligenter inquirat. Quæ de oleo ſancto inquirẽda.

An loco decenti, in Eccleſia vel Sacriſtia ad id ſpecialiter conſtituto, aſſeruetur?

De ſacris Altaribus.

Ex Vallisolet. 1593.

ALTARIA ſingula ſtudioſè poſtea viſitet, & hæc diligenter inquirat. Quæ inquirẽda de sãctis Altaribus.

An Altare vnumquodque lapideum ſit, aut ſaltem lateritium, omnino plenum, ſtabile, firmumq;?

An longitudine ſit cubitis uel minimùm quatuor, latitudine verò duobus, altitudine autem duobus item & vncijs octo?

An in eo vlla ſit feneſtella, foramenne?

An, ſi Columnellis ſuffultum ſit, quidquam ſubtus contra præſcriptum poſitum ſit, quod eius ſanctitati, nitori, & decori repugnet?

An vnicuique Altari non conſecrato, tabula lignea omnino decens, & quę totam Altaris ipſius menſam aptè contegat, ſuperpoſita ſit?

An uerò conſecratum tela cerata contegat?

An ipſi tabulæ ligneæ petra ſacrata ſic aptè inſerta ſit, vt nullum calicis periculum ex eius eminentia eſſe poſſit?

An tamen ſic emineat, ut digito ſaltem diſtinguatur?

An ipſæ petræ ſacratæ longitudine ſint vnciarum vel minimùm ſexdecim, duodecim uerò latitudine?

An thecis ligneis incluſę, ac tela uiridi decenter operta ſint?

An ſcabellum ligneum totum Altare ipſum circundet, ab ipſoq; Altaris frontiſpitio duobus ſaltem cubitis productum latè pateat?

An Candelabra ex auricalco, aut ſaltem lignea, ſed picta tamen, atque omnino decentia, in unoquoque Altari ſint?

An item ſacra Crucifixi imago aut exculpta, aut decenter picta, in medio cuiuſquè Altaris poſita ſit?

An Tabella quoque ſecretorum, quæ in celebratione Miſſæ dicenda ſunt?

An Altaria ſingula tribus mappis omnino mundis ac nitidis operta ſint?

An Superior ità oblonga ſit, ut hinc inde ab utroque Altaris cornu ad imam partem uſque omnino pertingat?

An Altaria ſingula ſuum integumentum habeant, quo tota menſa decenter contegatur, ſed picto tamen uel colorato, ut conſpicua fiat?

An Altarium ullum columnę, pilęue hæreat, aut ſubtus organum uel ſuggeſtũ ſit, uel Eccleſię ianuis nimis propinquum, aut aliàs incommodum uel periculoſum?

An feneſtella ſit in pariete à parte Epiſtolæ constructa, & lapide uel tabula tranſuerſali diſtincta, ita ut pars Superior uſui ſit ad peluim cum urceolis, dum Miſſę ſacrificium fit, reponendam; inferior uerò ad aquam ablutionis manuum Sacerdotis celebrantis proijciendam?

An adſit tintinnabulum ad unumquodque Altare appenſum, uel certè ubi celebrandum ſit, è Sacriſtia deferatur?

An Altarium menſa, deterſa rubigine ſeruetur ſemper munda & nitida, libera & à ſordido puluere, & à pulueris nebula, atque omnino ab omni ſqualore, immunditia, & ſorde purgata?

An Altare maius pro dignitate Eccleſiæ, & eius amplitudine, & longitudine, & latitudine maius ſit alijs omnibus?

An gradus, per quos ad Altare ipſum aſcenditur, & latitudine, & planitie decentes ſint, nimirum latitudine cubito

uno,

uno, medio autem altitudine?

An tegmen habeat uel fornicatum, uel ſaltem ex aſſeribus, aut è tela cerulea decenter picta, uel è ſerico, aut panno pretioſiori confectum, ubi ſcilicet fornix non eſt, quę totum Altare, ac Sacerdotem pręterea celebrantem contegat; aut ſi fornix eſt, ab Altari tamen ita diſtet, ut ea ſępè purgari facilè, & commodè nequeat?

An Sacerdotalis ſedes, ubi ſacerdos cum Miniſtris ſolemniter celebrans ſedere ſolet, à cornu Epiſtolę loco decenti & opportuno, pro dignitate Eccleſiæ omnino decens conſtructa ſit?

De Capellis.

Ex Valliſolet. 1593.

CAPELLAS viſitet, & hęc viſitando diligenter inquirat. — Quæ circa Capellas inquirēda.

An Capellæ, & Altaria quoque patronos habeant?

An quæ ad earum, & eorum ornamentum & decorem ſpectant, ab eis opportunè pręſtentur?

An ea forma ſint, quæ totum Altare ipſum, & ſcabellum eius quoque ligneum aut lapideum facilè capiant, ac item ſpatium ſit, ubi Miniſter deſeruiens circumire liberè poſſit?

An ſeptum ferreum, uel lapideum, aut ob inopiam ſaltem ligneum habeant, ne Laici homines ad Altare propiùs accedere poſſint?

An feneſtræ ſint latę, ut aere locus liberè perflatus, totus ſit illuſtris & ſaluberrimus, ſed tamen reticulatæ ſint, ut neque ſerpens, neque aliud animal noxium & immundum, & ne aranea quidem introire poſſit, & coinquinare menſam tanti Regis, ſolis Sacerdotibus dignam?

De Confeſſionalibus ſedibus.

Ex Neap. cap. iiij. Et ex Valliſolet. 1593.

CONFESSIONALES ſedes etiam viſitet, & diligenter inſpiciat. — Quæ inquirēda de Cōfeſſionalib' ſedibus.

An ſint opportuno loco, & decenti forma?

An item laminas ferreas, aut ęreas habeant ex Conſtitutionum pręſcripto, cum foraminibus adeò paruis, ut uox quidem audiri poſſit, aſpectus autem uideri, aut per eas pecunia tranſmitti nequeat?

An laminæ eiuſmodi fractæ ſint, aut facilè amoueri poſſint?

An caſuum reſeruatorum Tabella in ipſis ſedibus, vbi Confeſſarius ſedet, intus appenſa ſit?

De Sepulturis.

Quæ de ſepulturis inquirenda.

QVIA vſus iam ferè vbique inoleuit, vt defunctorum cadauera in Eccleſijs ſepeliantur, idcirco earum ſanctitati, venerationi, nitori, munditiæ, & decori, chriſtiana pietate proſpiciens, ſepulturas quoque viſitet, & diligenter inquirat. Ex Valliſolet. 1593.

An in Capella maiori, propter eam quæ ſanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento vel maximè debetur reuerentiam, ſepulturæ humo oppletæ ſint, adæquato ſolo, ita ut nullum cadauer deinceps in illis inferri poſſit?

An in Eccleſia ſepulturæ omnes opere fornicato conſtructæ ſint?

An duplici integumento opertæ, altero è rudi, altero verò è polito lapide?

An in ſuperiori lapide ſacra crux, aut ſacra imago alia inſculpta ſit?

An item Sanctorum nomina, vel aliud quicquam, quod extet vel emineat, ita ut offendiculo eſſe poſſit?

An integumentum ſuperius Eccleſiæ pauimento æquale ſit, ac item ſepulchrali ori bene cohæreat?

An ab Altarium bradellis ſepulchralia ora diſtent cubitis vel minimùm duobus?

An ita diſpoſita ſint, ut è regione mutuò ſingula ſibi correſpondeant, ita vt in Eccleſijs, quoad fieri poteſt, nihil omnino appareat, quod vel intuentium oculos offendat?

De Eccleſijs generatim.

De Eccleſijs, quę generatim inquirenda.

GENERATIM præterea inquirat. Ex Valliſolet. 1593.

An in Eccleſijs feneſtræ ſint, è quibus foris ſtans, Miſſam quis contra præſcriptum ſpectare, uel audire poſſit?

An feneſtræ Eccleſiarum quęcunque clathratę exiſtant, niſi ita altè

ita altè conſtructę ſint, vt ſine clathris etiam ab omni uiolento, aut furtiuo, alioue per eas ingreſſu, tutę ſint?

An uitro etiam, uel tela ſaltem munitę?

An Crucis, & Chriſti Domini in ea affixi ſacra imago, aut ligno, aut alio genere. piè, decoreq; expreſſa, ſub ipſo Capellę maioris fornicato arcu propoſita, apteq; collocata ſit?

An labrum ſeu uas aquę benedictę, intus non foris à dextris in ingreſſu Eccleſię exiſtat?

An è marmore, lapideue ſolido, non lateritio, neque ſpongioſo conſtet?

An aſpergillum decens appenſum habeat, non ſpongia, ſed è ſetis confectum?

An in unaquaq; Eccleſia Sacrarium ſit, uel in Capella maiori, uel prope Sacriſtiam, uel in ea ipſa opportuno loco extructum, oſtioloq; bene munitum?

An item ſuggeſtus decenter extructus ſit, ad ſacram Verbi Dei concionem habendam?

Poſtremò inquirat, an Sacriſta diligenter curet, ut hebdomada quaque bis in Choro, ſemel autem in tota Eccleſia non deſint qui ſcopas ferant? arundines habeant, qui tergant, uerrant, ſpargant, qui purgamenta educant, pauimenta expurgent, in angulis quibusq; purgent omnia, etiam aranearũ opera, nitidas oſtendãt Altarium columnas, & columnellas item; atque omnino efficiat, ut circa diuiniſſimum Corporis Domini Sacramentũ omnia nitida ſint, eluceant, fulgeant, coruſcent; ut uel ſic ipſi quoque Angeli, tanquam ad Sepulchrum Chriſti glorioſum in albis ſedentes, uel maximè gaudeant, atque prę gaudio, accedentes inuitent & dicant. Venite, uidete locum ubi poſitus eſt Dominus. Et quaſi muto eloquio, uel potiùs affatu Angelico, unicuiq; inſinuent & innuant. Hìc Deum adora.

De Sacriſtia.

Ex Valliſolet. 1593.

POST hæc Sacriſtiam viſitet, & in ea diligenter inquirat.

In Sacriſtię Viſitatione, quæ inquirenda.

An unaquæq; Sacriſtia habeat quę ſequuntur?

Primò armarium uel ueſtiarium unum aut plura, ad ſacras ueſtes conſeruandas inſtructa, ſuis capſulis

aut loculis, alioue modo, opereue multipliciter ordineq; diſtincta, pro ratione Eccleſiæ, aut ſupellectilis copia.

Tùm præterea Oratorium ſeparato loco poſitum atque disiunctum, vbi Sacerdos in ſolitudine ſe colligere poſſit & orare, & ante & poſt celebrationem Miſsæ.

Labellum item cum manutergio appenſo ad manus abluendas, & abstergendas item.

Tabellam quoque de orationibus ſacro vnicuiq; indumento accommodatis; ac item orationum alteram, quæ ad præparationem Miſſę, & gratiarum actionem Sacerdoti dicendæ ſunt; ac item aliam, in qua & Miſsæ, & Anniuerſaria ſingula ordine notata ſint, quæ in ſingulos dies, aut perpetuò, aut præſcripto tempore peragi præſtariq; oportet.

Summorum Pontificum item, Procuratorum, Generalium, ac Prouincialium Miniſtrorum tabellas, ad Conſtitutionis pręſcriptum diligenter confectas.

Inquirat præterea, ac diligenter inſpiciat.

An ſacra vaſa, veſtes ſacræ, inſtrumenta, & ornamenta denique omnia, ipſaq; tota ſupellex diuino cultui piè dicata, vt ſemper ſancta, ſic perpetuò nitida, decora, pulchra, ſarcta tecta, non lacera, non ſordida, ſed planè munda, ſuis armarijs, loculis, capſulis, vaſculis decenter recondantur, exponantur, & ſeruentur? neque vnquam humanis vſibus deputentur accomodenturve, neque prophanis, ſed ſacris manibus ſemper tractentur; vt ſi non multa & magnifica, certè munda & religione veneranda ſit ſupellex Eccleſiaſtica.

Specialiùs autem inquirat,

An adſint paramenta veſteſq; ſacræ diuerſi coloris, nimirum rubei, albi, viridis, uiolacei, ac nigri, ex præſcripto Eccleſiæ, pro temporis & officij ratione in celebratione diuinorum varianda?

An item eorum colorum puluinaria, & corporalium burſę, & conopæa quoque pariter adſint?

An Calices & patenæ omnes ſæpe tergantur, vel ab ipſis Sacerdotibus, vel Diaconis, Subdiaconiſue?

An in vaſe id fiat, in quo nihil commune lauari ſoleat?

An ipſa ablutionis aqua projciatur in Sacrarium, quod oſtiolo ſemper clauſum eſſe debet?

An Corporalia omnia omnino plana, ac ſimplici opere confecta ſint è panno lineo, quoad fieri poteſt, candido & mundo, ex

do; ex ipſa byſſo nimirum, vt par eſt, & maximè decet pro tanta rei ſanctitate, & ſumma diuinarum rerum excellentia & dignitate?

An longitudine latitudineq; æqualia ſint, nempe cubito vnò, aut paulò plùs maiora vel minora?

An purificatoria item è lineo panno candido & mundo ſint, medio cubito oblonga & lata, ſigno ſanctæ crucis, manuum opere, & acu in medio diligenter exarato?

An hæc omnia vt ſemper nitida ſint ac planè munda, Sacriſta diligenter curet?

An Guardianus eum præmoneat, & coerceat etiam, ſi negligens fuerit, pro negligentiæ modo?

An denique ſæpe religioſè quidem ac decenter abluantur, vt ſummopere nitida ſemper ſeruentur?

Quæ omnia vel fieri, vel tolli iubeat & decernat, tempuſq; præſcribat, prout res ipſa poſtulauerit, & per facultates licuerit.

De Infirmariæ loco.

Ex Valliſolet. 1593.

QVIBVS peractis & inſpectis diligenter, Viſitator ipſe ad Infirmariæ locum ſe conferat, & in eo hæc diligenter inquirat? [In Valetudinario quæ inquirenda.

An infirmaria ipſa opportuno loco conſtituta ſit?

An omnibus neceſſarijs inſtructa?

An eidem, qui charitate ferueant, & peritia idonei præpoſiti ſint?

An qui fratres ægra valetudine laborantes opportunè uiſitent, & Phyſicos & Chirurgos habeat?

An ij opportunè quidem vocentur?

An per eos ordinata, & accuratè & diligenter præſtentur?

An vel in primis fratres infirmi ad præſcriptum confiteantur?

An ſalutaris Pij V. Summi Pontificis Conſtitutio exactè quidem, atque inuiolatè ſeruetur?

An Prouinciales Miniſtri & Infirmariæ locum, & fratres infirmos opportunis temporibus viſitent?

An qui eorum nomine & auctoritate hoc charitatis officium frequen-

frequenter præſtent, & prouidenda diligentiùs curent, ad præſcriptum deputauerint?

An Infirmarij Officium ſuum charitatiuè ac diligenter obeant?

An Guardiani ſępe fratres infirmos viſitent, & neceſſaria opportunè prouidenda diligenter curent?

An alij fratres eos, qui ęgra valetudine laborant, frequenter viſitent, conſolenturq́;?

An in ijs prę ſtandis negligentes & debitè coerceantur, & pœnis opportunis afficiantur?

De Aromataria.

Aromataria viſitanda: Et quę de ea inquirenda.

VIDEAT prætereà ſi in eo Conuentu Aromataria ſit, & eam vnà cum Phyſico diligenter viſitet, atque accuratiùs & diligentiùs inquirat. Ex Valliſolet. 1593.

An omnibus neceſſarijs ſufficienter inſtructa ſit?

An qui charitate & peritia idoneus ſit, Aromatarię prępfectus ſit?

An quæ ad eius Officium ſpectant, opportunè ac diligenter præſtèt?

An vel contra Regulam, vel prę ter conceſſiones Apoſtolicas quicquam admittat?

An accepti & expenſi rationem, & Guardiano unà cum Diſcretis frequenter, & Prouinciali Miniſtro in Viſitationibus reddat?

De Hoſpitijs.

Circa hoſpitia, quæ inquirenda.

POSTEA videat, an in Conuentu ſint hoſpitia, ad fratres hoſpites charitatiuè ac benignè recipiendos, ſpecialiter deputata: Et de his diligenter inquirat. Ex Valliſolet. 1593.

An hęc omnibus neceſſarijs inſtructa ſint?

An quiſquam recipiendis hoſpitibus pręfectus ſit?

An is quę ad eius Officium pertinent, diligenter & charitatiuè pręſtet?

An fratres omnes, & pręſertim iuuenes, ad pedes hoſpitibus abluendos, ex ueteri & probata conſuetudine conueniant?

An fra-

An fratres hoſpites, prout per facultates licuerit, charitatiuè ac benignè tractentur?

An de obedientialibus literis ab eiſdem uel in primìs diligenter inquiratur?

An contra prçſcriptum aut ſoli, aut ſine opportunis facultatibus accedentes, ad formam prçſcriptam abſoluantur, & ſtatutis pœnis afficiantur?

De Cellis fratrum viſitandis.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Salmant. cap. x.

POST hęc Viſitator ſingulas ſingulorum fratrum Cellas diligenter viſitet, & in eis vel in primìs inquirat. — In Cellis fratrũ quæ inquirenda.

An ſint libri uani, profani, ſuperflui, prohibiti, aut quauis ratione ſuſpecti?

An ſint profanç imagines, uel etiam piæ, ſed tamen curioſæ nimis, uel elaboratç aut ornatç, uel etiam quç paupertatem non redoleant?

An ſint anaclynteria, lintea, interulç ſiue camiſię, crepidç, thoraces, fœmoralia, ex prçſcripto uel conſuetudine prohibita?

An quidquam aut aureum, aut argenteum?

An ueſtes ſuperfluç, uel etiam prohibitç?

An quidquam aliud ſuperfluum, uel quauis ratione prohibitum?

An ipſa tota ſupellex paupertatem redoleat?

De fratribus coram Commiſſario Viſitatore Viſitationis gratia ſigillatim euocandis.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Salmant. capit. x.

DEINDE opportuno loco & tempore fratres omnes & ſinguli, Commiſſarij Viſitatoris iuſſu, coram eo ſigillatim euocentur, & ab eis diligenter inquirat. — Fratres ad Viſitationem vocandi: Et ab eis quç inquirenda.

An in diuino cultu chriſtiana pietas uel maximè eluceat?

An ſacri ritus & cçremonię ex prçſcripto Eccleſię exactè quidem atque inuiolatè cuſtodiantur & ſeruentur?

An ad diuina officia die noctuq; in Eccleſia ter ſanctè celebranda,

branda, & ad Miſſas item aut canendas, aut celebrandas omnes conueniant?

An Chorum uel Eccleſiam ingredientes, coram ſanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento genua flectant.

An omnes in Choro ſuo loco & ordine ſe recipiant, æquè ſtent, ſedeant, inclinent, aſſurgant, genua flectant, caput aperiant; ac deinde non turbulenter, ſed quietè, grauiter, ac ſedatè recedant?

An æquis uocibus rectè ac piè pſallant, cantantq́; ſuaui concentu, ac modulatis uocibus?

An ſedatè, piè, deuotè, concinnè decorè, diſtinctè, punctuatim, decenter, compoſitè diuina recitent canantue?

An negligenter, incompoſitè, oſcitanter, indecorè, confusè præcipitanter, ruptim, inconcinnè?

An decenti denique corporis geſtu, ſtatu, habitu, inceſſu, acceſſu, receſſu?

An ſint qui rideant, loquantur, uanè curioſéq; circumſpiciant, aut quicquam indecorè agant.

An piè, religioſè, deuotè, grauiter, modeſtè omnes in Eccleſia uerſentur?

An quiſquam inaniter, curioſè, incompoſitè per eam deambulet, uagetur, rideat, loquatur, obſtrepat?

An item in ea ullus ſit qui comedat, bibat, dormiat, uel quicquam admittat, quod domum Dei non deceat?

An menſæ benedictioni, & gratiarum item actioni omnes ſemper interſint.

An in Refectorio ſuo quiſque loco & ordine ſedeat, in ſilentio comedat, & quæ leguntur attentè audiat?

An ſit qui importunè loquatur, rideat, perturbet, rixetur?

An ex ſacra ſcriptura primò, & ex probatis Patribus lectio ſemper habeatur?

An ſint in eo uel alio Loco, aut in uniuerſa Prouincia ſanctæ paupertatis, honeſtatis, aut obedientiæ uiolatores?

An pecuniariæ quæſtuationes fiant?

An Generalia & Prouincialia Statuta opportunis temporibus legantur?

An eleemoſynæ pecuniariæ contra præſcriptum aut ſeruentur, aut extrahantur, expendanturue?

An Guardianus in obeundo ſuo munere, prudenter, fideliter, ac diligenter ſe præbeat?

An ui-

An uitæ exemplo, & doctrinæ opportunitate omnes ædificet?

De Prouincialis Miniſtri etiam, & ſociorum eius Officio, moribus & vita diligenter inquirat, vt pro ſua prudentia & religione expedire iudicauerit.

Inquirat præterea generatim.

An in eo Loco, uel in uniuerſa Prouincia ſint abuſus, Regulæ aut Conſtitutionum tranſgreſſiones & trangreſſores?

An ſint perturbatores, ſeductores, diſcordiarum ſeminatores, morum corruptores, fautoreſq; malorum?

Ex Valliſolet. 1593. Quibus omnibus auditis, viſis, & peractis, Commiſſarius Viſitator quæ animaduerſione, correctione, reprehenſione, punitione, emendatione, reformatione, & ordinatione digna cognouerit, animaduertat, corrigat, reprehendat, puniat, emendet, reformet, & ordinet, prout æquitatis & iuſtitiæ ratio ſuaſerit, ac animarũ ſaluti, populorum ædificationi, morum conformationi, atque vel in primis diuinæ gloriæ opportunum iudicauerit in Domino. Viſitationibus peractis, Viſitatori quæ præſtanda ſint.

Ex Salmant. cap. viij. Et ex Valliſol. 1593. Et ex Conſtit. Greg. XIII. Quòd ſi quis auſu temerario Commiſſario Viſitatori cõtradicere, non obedire, aut ſe rebellem exhibere tentauerit; aut eius mandata, ordinationes, & decreta exequi neglexerit, aut etiam contempſerit; is pœnas ſuperiùs contra rebellantes ſtatutas, eò ipſò incurrat. Quas pœnas incurrat, qui Viſitatori repugnare, aut non obedire auſerit.

Ex Valliſolet. 1593. Si quis tamen ſe ab eo indebitè grauari prætenderit, ei ad Superiores recurrere, & ordine iuris ſeruato appellare liceat, vt ſuprà de recurſu & appellatione ſtatutum eſt. Grauamen prætendens à Commiſſario, quid facere poſſit.

Ex Salmant. cap. viij. Commiſſarij Viſitatores eiuſmodi in Prouincijs ſibi creditis ordinata immutare, aut contra Statuta Prouincialia facere non poſſint, niſi accedente Patrum conſenſu, vel maioris partis Vocalium in Prouinciali Capitulo exiſtentium, niſi aut his ipſis Conſtitutionibus repugnauerint, aut per facultates ſpecialiter eiſdem liceat. Viſitatores cõtra Statuta Prouincialia facere nõ poſſunt.

Ex eiſdem. Neque item liceat eiſdem ad alienas Prouincias fratres deſtinare, niſi quos ad Generalem ipſum pro negotijs ad eorum Officium ſpectantibus deſtinandos eſſe iudicauerint. Ad alienas Prouincias fratres deſtinare, Viſitatori nõ licet.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593. Neque præterea in Prouincialem Miniſtrum, aut qui aliàs ſimili Officio functi ſunt, neque in Patres Ordinis notabiliter animaduertere liceat eiſdem, niſi ex probata cauſa, & de conſilio & conſenſu maioris partis Patrum Prouinciæ, aut Prouincialis Capituli. In Patres grauiores grauiter animaduertere quomodo Viſitatori liceat.

Vbi ve-

In cauſa depoſitionis & priuationis, Commiſſario Viſitatori quid agendum.

Vbi verò depoſitione, aut priuatione opus ſit, id exequi nè liceat, niſi Generali ipſo ſuperinde antea conſulto. Si tamen facinus, aut crimen commiſſum adeò graue fuerit, vt populo ſcandalo ſit; neque Generalis præſentia infra decem dies haberi poſſit: tunc Commiſſarius Viſitator, de cōſenſu maioris partis Patrum Prouinciç, & Officio ſuſpendere, aut deponere, & priuare poſſit, quos ſuſpenſione, depoſitione, aut priuatione dignos matura deliberatione præhabita, iudicauerit. Ex eiſdem.

Ad profeſſionem, aut ad ſacros Ordines admittere, Viſitatori prohibetur.

Quibus etiam Commiſſarijs Viſitatoribus interdicitur, ne quempiam aut ad profeſſionem emittendam, aut ad ſacros Ordines ſuſcipiendos admittant: ſed hęc Prouinciarum diſpoſitioni relinquantur, quibus Iuuenum mores & merita magis perſpecta ſunt. Ex Ro. 1587. Et ex Valliſol. 1593.

Viſitatores votum electiuum non habent: ijs tamen ne promoueantur indigni curādū.

Et quamuis in inſtituendis Guardianis & alijs Officialibus, Capitulari loco & tempore deputandis, Commiſſarij Viſitatores in Diffiuitorio votum non habeant, niſi ſpecialiter per facultates id eiſdem conceſſum ſit; ad eos tamē ſpectat, & eiſdem diligenter curandum eſt, ne ad eiuſmodi Officia promoueantur, aut promoueri poſſint quos ipſi indignos legitimè iudicauerint. Ex Salmant. cap. viij.

Quo tempore Viſitatoris auctoritas ſpiret.

Demum, celebrato Prouinciali Capitulo, Commiſſarij Viſitatores Prouincias ſibi creditas, poſt terminum dierum viginti egrediantur; alioquin eorum ſpiret auctoritas, niſi aliter per facultates ſpecialiter, & expreſsè liceat eiſdem. Ex eiſdem.

Supradictorū concluſio.

Hęc de Cōmiſſarijs Prouinciarū Viſitatoribus, & de ijs quę in viſitationibus obeundis prędanda ſunt, preſcribenda duximus, & dicta ſufficiant. Ex Valliſolet. 1593.

Quæ ſuprà de Viſitatione Cōmiſſarij decreta ſunt, ea ipſa in Viſitationibus etiam ordinarijs Prouīcialium ſeruāda.

Quę autem de viſitandis Eccleſijs, Tabernaculis, ſanctis Oleis, Sanctorum Reliquijs, Altaribus, Capellis, Confeſſionalibus, Oratorijs, Sepulturis, Sacrarijs, & omni denique ſacra ſupellectile; valetudinarijs item, hoſpitijs, fratribus, Guardianis, & eorum cellis, & vniuerſa ſupellectile; de honeſto comitatu, frugali menſa, & humili apparatu decreta ſunt, Prouincialibus Miniſtris, dum Viſitationes obierint, etiam ſeruanda eſſe decernimus. Ex eiſdem.

De Prædicatoribus.

Regula capit. ix.

FRatres non prędicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus fratrum populo penitus audeat prędicare, niſi à Miniſtro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo ſibi Officium prędicationis conceſſum. Moneo quoque & exhortor eoſdem fratres, vt in prędicatione quam faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia, ad vtilitatem & ędificationem populi: annunciando eis vitia & virtutes, pęnam & gloriam, cùm breuitate ſermonis: quia verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram.

Ex Salmant. capit. ix. Et ex Neap. cap. xx. Et ex Roman. 1587.

Eius, qui ad Sacram Verbi Dei Prędicationem admittẽdus eſt, qualitates.

NEMO ad ſacram verbi Dei prædicationem admittatur, niſi ætatis ſit annorum ad minus viginti quinque, Sacerdos, aut in ſacro ſaltem Diaconatus Ordine conſtitutus, & de cuius integritate vitæ, ac probatis moribus per viros probos, & Superiores, quibus bene notus ſit, primùm teſtetur; ac præterea, qui ſacræ Theologiæ operam triennio integro antea nauarit; & per Patres Capitulari auctoritate, ad id ſpecialiter delectos, diligenti examine præuio, probetur, aut aliàs idoneus iudicetur.

Ex Neap cap. xx.

Qui Prędicator inſtituẽdus eſt, quomodo examinandus.

Examinetur autem vel in primìs de fide catholica, & de Eccleſiaſticis Sacramentis. Deinde,

An in doctrina Patrum ſatis uerſatus ſit,

An ſacra Oecumenica Concilia, & Tridentinũ præſertim, accuratè uel legerit,

An ſacra eorum dogmata vel optimè poſſideat,

An detectatas hæreſes memoria retineat,

An probatam prædicandi rationem calleat,

An totius corporis habitudine tanto muneri dignè ineundo

habilis, & aliàs idoneus ſit,

An eam denique morum grauitatem, & perſonam, quæ Apoſtolicum decet Officium præ ſe ferat, diligẽter conſiderẽt.

Examinati Prędicatoris teſtãda ſufficientia Prouinciali: Et quomodo.

Quem ſi per omnia, & eruditione, & aliàs idoneum, & habilem repererint, de eius doctrina, & idoneitate, Prouinciali ſimpliciter, ac ſyncerè in Domino teſtentur. Quod atteſtationis ſcriptum, duorum Examinatorum ſaltem propria manu obſignetur. Ex eiſdem.

Qua fide ab Examinatorib⁹ ipſum examinandi munus obeundum.

Ipſos verò Examinatores admonemus, ac requirimus in Domino, vt in approbandis, reprobandiſue Concionatoribus, non odio, non amore, non alio quouis humano affectu, vel reſpectu, ſed ſumma fide, integritate, ſtudio, diligentia, pietate, quemadmodum iure tenẽtur, vel approbent, vel reprobent, quos approbandos, vel reprobandos eſſe cognouerint. Quòd ſi munus eiuſmodi, vt par eſt, dignè pręſtiterint, dignum planè chriſtiana pietate, Deoq; gratiſſimum ſe facturos obſequium certò exiſtiment. Ex eiſdem.

Prędicandi facultas quomodo facienda.

Superioribus autem ne liceat cuiquam prædicandi poteſtatẽ facere, niſi ſcripto; & ijs tãtum fratribus, qui per Patres Capitulari auctoritate delectos, & moribus, & doctrina probati ſint. Cuius comprobationis teſtimonium in facultate, eius rei nomine data, expreſsè inſeratur. Ex Valliſolet. 1593.

Concionator quo caſu ſuſpẽdatur.

Qui autem aliter admiſſus fuerit, pro ſuſpenſo, & priuato habeatur, niſi Generalis ipſius auctoritate admiſſus ſit. Ex Salmant. capit. ix.

Concionatori extra Prouĩciã admiſſo, quid opus ſit ĩ ꝓpria Prouincia.

Admiſſus verò per alios, quàm per Generalem ipſum extra ſuam Prouinciam, cùm ad propria redierit, prędicationis officium exercere non poſſit, niſi ſcriptus Patrum Diffinitorij conſenſus acceſſerit. Ex eiſdem.

Cõciones, à nemine procurãdæ: ſed à Patribus diſtribuendæ.

Nullus Prędicator, concionẽ ſibi procuret, aut procurare audeat: & ſi ſecus fecerit, & conſtiterit, non mittatur. Prouinciales verò vnà cũ Diffinitorio, inter Prędicatores, Prouincię conciones diſtribuant, prout magis expedire videbitur. Ex Valliſolet. 1593.

Concionatores, extra proprias Prouĩcias à Generalibus non mittendi:

Ad euitandos autem vagos, & inutiles diſcurſus, & vt ſãctę paupertatis votum exactiùs ſeruetur, extra proprias Prouincias Concionatores à Generalibus nõ mittantur, niſi ad ea loca, quibus pro veteri, ac probata conſuetudine, Generales ipſi hactenus prouidere conſueuerunt. Ex eiſdem.

Et ſi aliquem mitti contigerit, Prouinciales de eo admonendi.

Quòd ſi vrgenti de cauſa alios aliò ẽt mittere oportuerit, tunc ad confuſionem euitandam, Prouinciales primùm ea de re, per eos, ad quos ſpectat, opportunè admoneantur: vt ipſi Concionatores idoneos opportuno tempore ab ipſo Gene- Ex eiſdem.

Generali poſtulare, & obtinere poſſint.

Ex eiſdem. In Prouincijs verò contiguis, vt Prouinciales Miniſtri de Prædicatoribus ſe mutuò adiuuare poſſint, prout opus fuerit, id ſanè concedimus. *Cótiguę Prouinciæ, Prædicatores ſibi accómodare poſſũt.*

Ex eiſdem. Porrò illud omnino inuiolatè ſeruetur, vt Concionatores omnes vno ſocio, & eo quidem moribus, & vita probato, in itinere contenti ſint. *Córionatores vno ſocio in itinere cótẽti ſit.*

Ex Romanis 1587. Et prædicationis Officium in aliena Prouincia exercere non præſumant, niſi à Prouinciali benedictionem, vel ſaltem per epiſtolam, antea obtinuerint. *Benedictio, à Concionatoribus obtinẽda.*

Ex Neap. cap. iij. Et ex Valliſolet. 1593. Prædicatores autem quicunque, qui per integram Quadrageſimam, & item qui infra anni circulum prædicant, Vicarium immediatè ſequantur. Clariſſimi verò, ac Lectores item Theologi, qui ſimiliter actu legunt, vel prędicãt, Patres omnes, ac fratres quoſcunque, prout ſuprà decretum eſt, pręcedant. *Concionatoribus & Theologis, qs locus conueniat.*

Ex Valliſolet. 1593. Illud verò vel in primis, Concionatores omnes generatim admonemus, vt quæ ſacris Canonibus, & regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis, ac præſertim ſacri Concilij Tridentini Decretis, hac de re ſanctè præſcripta ſunt, exactè quidem, atque inuiolatè ſeruent. *Quę Concionatoribus generaliter ſeruãda.*

De eleemoſynis pro Prædicatoribus oblatis.

Ex Salmant. capit. ix. Et ex Rom. 1575. Et ex Neap. ca. ij. PRAEDICATORES quicunque eleemoſynas, etiam prędicationis prætextu, pro eiſdem oblatas, penitus non recipiant, nec de eis ipſis ſe intromittant, ſed Procuratori Locorum Apoſtolico liberè, & integrè aſſignentur. *De pecuniarijs eleemoſinis, ꝓ Prædicatione oblatis quid agendum.*

Ex Valliſolet. 1593. Superiores tamen Locorum omnia Prędicatoribus neceſſaria prouidere teneantur. Quòd ſi neglexerint, Prouincialium arbitrio grauiter puniantur. *Prędicatoribꝰ neceſſaria prouidenda.*

Ex eiſdem. Quòd ſi Prędicatorum quempiam, per ſe, aut per alios pecuniam recipere, vel recepiſſe conſtiterit, proprietarij pœna omnino puniatur, & omni ſuffragiorum iure careat, vt ſuprà ſtatutum eſt. *Quam pęnam incurrat Concionator, pecuniam recipiẽs.*

Ex eiſdem. Quam pęnam Superiores Locorum etiam ſubeant, ſi eorum culpa, vel negligentia contrafieri contigerit. *Quo caſu eandem pœnã incurrant Superiores.*

Ex eiſdem. Eleemoſynę verò pro Prędicatoribus ipſis liberè, ac ſponte prędicationis gratia oblatæ, in eius Loci beneficium cedant, in cuius ditione, ſeu quæſtuatione prædicatur. Quòd ſi nul- *Eleemoſynæ prædicationis*

gratia oblatæ, cui Loco applicandæ.

ſi nullum fuerit Monaſterium, ei applicentur, de cuius familia Prædicator fuerit.

Concionatores communibus expēſis cōducendi, reducendiq;.

Ex eiſdem.

Porrò illud omnino ſemper inuiolatè ſeruetur, vt Concionatores quicunque, corū Locorum, ad quæ prędicationis gratia mittuntur, communibus expenſis, & conducātur, & reducantur; ac pręterea, quæ neceſſaria fuerint, ex illis ipſis eleemoſynis, ex libera, ac pia donantiū voluntate, prædicationis gratia oblatis, prouideantur eiſdem: quod exactiùs ſeruandum, Prouinciales ipſi diligenter curent.

Ad Concionatores admonitio, Ex Regula.

Ex Salmant. capit. ix. Et ex Valliſol. 1593.

Cęterùm pro eo, quod in hoc ipſo Capitulo ſequitur, videlicet. *Moneo quoque & exhortor eoſdem fratres, vt in prædicatione, quam faciunt, ſint examinata, & caſta eorum eloquia, ad utilitatem, & ædificationem populi: annunciando eis vitia & uirtutes, pœnam & gloriam, cum breuitate ſermonis.*

Caueant omninò Concionatores quicunque, ne quidquam contra ſanctæ Romanę Eccleſiæ libertatem, aut dignitatē prędicare, vel Eccleſiaſticis perſonis detrahere, vel ſcandalum cōtra Clerū excitare, vel Religionem aliquam criminaliter nominare præſumant: ſed potiùs contra hæreſes, & ſchiſmata populos dirigere, ac fideliter, & efficaciter animare, atque in orthodoxæ fidei veritate cōfirmare, vitia deteſtari, & virtutes dignis laudib⁹ extollere ſtudeāt diligēter.

Quas pœnas incurrat Prędicator, qui contra Eccleſiæ auctoritatem, aut dignitatē prædicare prçſumpſerit.

Ex eiſdem.

Si quis autem contra ſtatum, honorem, dignitatem, & Eccleſiaſticam libertatem, auſu temerario, prædicare præſumpſerit; eò ipsò prędicationis Officio, & actibus legitimis perpetuò careat; ac pręterea grauiùs etiam puniatur, pro grauitate delicti, Superiorum arbitratu. Quòd ſi quis poſtea prædicare auſerit, appellatione quacunque remota, carceribus omnino mancipetur. Superiores verò, ſi in prędictis diligenter exequendis, negligentia, vel aliàs culpabiles fuerint, ſuſpendantur Officio, vel etiam priuentur, Generalis ipſius arbitratu.

Praua dogmata aſſerēti, prędicanti defendenti approbāti, aut libros ſuſpectos retinēti, quæ pœna.

Ex Salmant. capit. ix.

Prætereà fratribus & vniuerſis, & ſingulis, cuiuſcunque gradus, dignitatis, aut conditionis exiſtant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub Excommunicationis larę ſententiæ pœna præcipitur, ne de cętero eorum quiſquā publicè, aut priuatim dogmatizare, prædicare, defendere, ſeu aliquā doctrinam, concluſionem, vel ſententiam erroneam, & in fide ſuſpectā, hereticam, vel dānatam, approbare, vel contra bonos mores, deteſtando fructū pœnitentiæ, & auſteritatē uitæ, ac tempo-

temporales & carnales mundi delicias & diuitias exaltando, concionari audeat vel præſumat, ſeu talia dogmatizantibus, prædicantibus, defendentibus, vel approbantibus aliquem fauorem impendere, aut cum talibus conuerſari, & familiaritatem habere, aut libros damnatos, hæreticos, vel quauis ratione ſuſpectos, ſine legitima facultate apud ſe retinere.

Ex eiſdem. Si quis autem præfatis (quod abſit) aut eorum alicui contraire præſumpſerit, & canonicè ac debitè monitus non reſipuerit; eum ſtatim per Superiorem carceribus mancipandum eſſe & mancipari debere decernimus & iubemus: à quibus ſine ſpeciali & expreſſa Generalis ipſius facultate nullatenus liberetur, aut liberari poſſit. Monitus de prædictis, & nō reſipiſcens, carceribus mācipandus.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593. Prælatos autem, quos in huius Decreti executione aut negligentia, aut aliàs culpabiles eſſe legitimè conſtiterit, ſtatim Officio ſuſpendendos eſſe, & ſuſpendi, ac grauiùs etiam, Superiorum arbitrio, puniri debere decernimus & ſancimus. Superiorum negligentia in prædictis, quomodo coercenda.

Ex Salmant. cap. ix. Nullus etiam de cętero audeat per ſe, aut per aliū libros prælo tradere, ſeu imprimi, vel publicari & euulgari facere, niſi impetrata prius & Ordinarij, & Generalis ipſius ſcripta facultate. Generalis autem facultatem eiuſmodi nemini det, niſi probis & doctis viris Opera illa diligenter & accuratè examinanda & probanda antea commiſerit. Secus qui fecerit, ipſo facto actibus legitimis priuatus ſit. Libros prælo dare, nemini ſine legitima facultate licet.

Ex eiſdem. Illud etiam & vniuerſis & ſingulis per ſanctam obedientiam, & in virtutè Spiritus ſancti diſtrictè præcipiendo mandamus, ne in ſermonibus publicis vel priuatis, ſiue Confeſſionibus, vel quouis alio modo, verbo vel facto, publicè vel occultè, per ſe vel per alios ſæcularium rerum pedagia, gabellas, vel tributa defraudare, aut defraudari poſſe doceant, vel affirment. Contrafacienti pœna ſit, vt iuxta menſuram delicti, Superiorum arbitrio, ſit & plagarum modus. Pedagia, gabellę, vel tributa non fraudāda.

Ex Valliſolet. 1593. Poſtremò Concionatores ipſos quoſcunq; vehementer hortamur, ac per viſcera miſericordię Dei noſtri requirimus in Domino, vt ita piè, religioſè, ac ſanctè viuant, ſicut decet pro Inſtituto, & Apoſtolico munere, quod piè quidem exercent, & ſanctè profitentur; vt quos erudiunt verbo, paſcant & ædificent exemplo; ne cùm alijs prædicauerint, Grauiſſima ad Cōcionatores hortatio.

 rint,

rint, ipſi reprobi efficiantur; & ne quorum vita deſpicitur, eorum etiam prædicatio contemnatur.

Prauitatis exempla, qui dederit Concionator, quomodo puniendus.

Ex eiſdem.

Quòd ſi quis prauitatis exempla dederit, aut ſcandalo populo fuerit; is prædicationis Officio perpetuò priuatus, grauiùs etiam puniatur, Superiorum arbitratu.

De admonitione & correctione fratrum.

Regula cap. ix.

FRatres, qui ſunt Miniſtri & ſerui aliorum fratrum, viſitent & moneant fratres ſuos, & humiliter & charitatiuè corrigant eos, nõ præcipientes eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam, & Regulam noſtram. Fratres verò, qui ſunt ſubditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerũt proprias voluntates. Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant ſuis Miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare, & nõ ſunt contraria animæ ſuæ, & Regulæ noſtræ. Et vbicunque ſunt fratres, qui ſcirent & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos Miniſtros debeant, & poſsint recurrere. Miniſtri verò charitatiuè & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipſos, vt dicere poſsint eis, & facere ſicut Domini ſeruis ſuis. Nam ita debet eſſe, quòd Miniſtri ſint ſerui omnium fratrum. Moneo verò, & exhortor in Domino Ieſu

Chriſto,

Chriſto, vt caueant fratres ab omni ſuperbia, vanagloria, inuidia, auaritia, cura & ſolicitudine huius ſæculi, detractione, & murmuratione. Et non curent neſcientes literas, literas diſcere: ſed attendant, quod ſuper omnia deſiderare debēt, habere Spiritum Domini, & ſanctam eius operationem: orate ſemper ad Deum puro corde: & habere humilitatem & patientiam in perſecutione & in infirmitate: & diligere eos qui nos perſequuntur, repræhendunt, & arguunt: quia dicit Dominus. Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Ex Valliſolet. 1593. NECESSARIVM illud, ac planè debitum viſitandi munus, iam longè veteri ac probatiſſimo Sanctorum Patrum Inſtituto magnopere commendatum, perpetuoq; vſu receptum, tanti ſemper fecerunt Maiores noſtri, vt inter pręcipua paternæ ſolicitudinis, & publicæ ſeruitutis officia, & meritò exiſtimauerint, & ſumma diligentia ſemper obierint, atque executi ſint. Viſitationis munus ſemper in Eccleſia Dei magnopę cultum.

Ex eiſdem. Magna ſiquidem Viſitationis vtilitas, ſi rectè, ſi piè, ſi diligenter, ac magno inſtruendæ, ac retinendę Regularis vitæ diſciplinæ ſtudio ac zelo obeatur, & vndequaque pręſtetur. Magna Viſitationis vtilitas.

Ex Cōc. Trid. ſeſſ. xxiiij. c. iij. de Reform. Nam propterea & ſacra Tridentina Synodus Viſitationis eiuſmodi Officium ab Ordinarijs locorum, & frequenter, & Viſitatio ex ſacra Tridētina Synodo pcepta:

ter, & diligenter ineundum præcepit ac decreuit. Et ſi legitima occupatione cauſave impediti, ipſum Viſitationis munus quandoque per ſe ipſos obire non poſſint, Vicarios Generales, aut Viſitatores alios huius rei vſu peritos atque idoneos adhiberent, qui Viſitationis Officium ſedulò ac ſtudioſè, vt par eſt, præſcripto tẽpore diligẽter exequerẽtur.

Eadem Regulæ præſcripto decreta.

Hęc & Beatiſſimus Pater noſter Franciſcus altiſſimè meditatus, ſapientiſſimè præſcripſit dicens. *Fratres qui ſunt Miniſtri & ſerui aliorum fratrum, viſitent fratres ſuos &c* Ex Reg. cap. x.

Generalis & Prouinciales Miniſtri, quomodo Ordinem & Prouincias Viſitare teneãtur.

Generalis itaque & Prouinciales Miniſtri; ille quidem vniuerſum Ordinem, aut per ſe, ſi fieri poteſt, aut per ſuos Commiſſarios, quos ad id Viſitatores idoneos iudicauerit & delegerit, infra tempus quo Generalatus Officium exercuerit; ij verò ſinguli ſingulas Prouincias eiſdem concreditas & commiſſas, ſemel ſaltem, aut bis, vel frequentiùs etiam in ſingulos annos viſitare teneantur. Ex Salmant. c. 8. Aql. 1559. Rom. 1571. Apoſt. Leo X. & Pij V. atque ex antiquioribus Ord. Conſt. Et ex Valliſ. 1593.

Quomodo itẽ Commiſſarius Generalis familiam ſuã teneatur viſitare.

Hoc ipſum quoque, & Commiſſarius Generalis ſecundùm Bullam vnionis electus, in familia ſibi commiſſa, infra tempus quo in Officio fuerit, aut per ſe, aut per ſuos Viſitatores, quos ad hoc ex Conſtitutionum præſcripto iudicauerit idoneos, præſtare non prętermittat. Ex pluribus Conſtitutionibus ſuprà adductis.

In obeũda Viſitatione, quæ generaliter prę ſtanda.

In obeundo autem Viſitationis eiuſmodi munere, & Generales ipſi, & Prouinciales Miniſtri, ac Viſitatores item ab eis delecti & miſſi, ea omnia & ſingula & accuratè quidem, & diligenter prȩſtent, quę ſuprà per eos præſtanda ſanctè decreta ſunt. Ex Valliſolet. 1593.

Cellæ viſitãdę à Superioribus: Et in earum Viſitatione, quæ ab illis auferẽda, aut relinquenda.

Prȩterea Viſitationis Officium grauiter obeuntes, ſingulas etiam fratrum cellas diligẽter viſitent; anaclynteria, mataracia vulgo dicta, linteamina, crepidas, ſi fuerint, auferant, nec fratribus, præterquàm malè valentibus, aut graui ætate, annorum nempe ſupra quinquaginta exiſtentibus, ea concedant, vel permittant; ornamenta quoque, profanas effigies, & imagines etiam pias, curioſiùs tamen ornatas & elaboratas; ac item interulas, ſiue camiſias; ac omnes denique delitias, & ſuperflua, vana quoque, & curioſa tollant; ac omnium mobilium vſum ita permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, omnino conueniat; nihilq́; ſuperflui, ac nihil item, quod neceſſarium ſit eiſdem denegetur, vt ſacra Tridentina Synodo ſanctè cautum eſt. Ex Salmant. cap. xi. Neap. cap. viij. Et Valliſol. 1593.

Quòd

Ex Valliſolet. 1593. Quòd ſi quis aliter quidquam tenere deprehenſus aut conuictus fuerit, is biennio actiua & paſſiua voce priuatus, grauiùs etiam puniatur, Superiorum arbitratu, pro delicti qualitate. Prohibita qui tenuerit, quas pœnas incurrat.

Ex eiſdem. Guardiani quoque vnà cum aliquibus grauioribus Diſcretis, ter ſaltem quotannis ſingulas ſingulorum fratrum cellulas viſitent, & quæ ſuprà decreta ſunt, accuratè ſeruent, & inuiolatè ſeruanda, diligenter curent. Fratrum Cellæ à Guardianis bis ſingulo quoq; anno viſitandæ.

Ex eiſdem. Præterea illud etiam omnino ſeruetur, vt Prouinciales Miniſtri, & Guardiani cùm primùm cellas viſitauerint, vniuerſam cuiuſque fratris ſupellectilem in inuentarium accuratè referendam iubeant. Supellex cuiuſque in inuentarium referenda.

Ex eiſdem. Quibus inuentarijs Superiores ipſi propria manu ſubſcribant: vt cùm iterum viſitauerint, res omnes cum inuentario ipſo diligenter conferantur. Inuentaria ipſi ſubſcribẽda.

Ex eiſdem. Et ſi plures, pauciores ue repererint, quomodo acquiſitæ, vel deperditæ, aut etiam conſumptæ ſint, quàm diligentiſſimè inquirant. De auctis aut diminutis reb' inquirendum.

Ex eiſdem. Et ſi in ijs quomodolibet peccari legitimè conſtiterit, debitis pœnis afficiantur tranſgreſſores, ipſorum Superiorum arbitratu, pro trangreſſionis modo, aut delicti qualitate. Circa ſupellectilem peccantes puniendi.

Ex Salmant. capit. 2. Ad hæc, præter ea quæ ſuprà per Viſitatores in Viſitationibus præſtanda decreuimus, hoc etiam ſpecialiter ſtatuimus & decernimus, vt fratres Superiorum conceſſu exeuntes, cùm primùm redierint, ſociorum exceſſus notabiles Guardianis, aut alijs Superioribus ſecretò intimare teneantur. Sociorum exceſſus, Superioribus ſecretò ſignificandi.

Ex eiſdem. Et ſi quis frater alterius fratris exceſſus duobus modis ſciuerit, vt pote ex Sacramentali Cõfeſſione, & alio modo; nõ propter hoc minùs teneatur exceſſus eiuſmodi, vt ſuprà manifeſtare: tùm verò maximè cùm per obedientiam requiſitus fuerit: quia hoc ſacræ Confeſſionis ſigillo nullo modo præiudicat; quinimmo ſi tacuerit, inobedientiæ crimen incurrit. Qui fratris exceſſum in Confeſſione, & etiã extra Cõfeſſionem nouit, illũ Superiori manifeſtare põt.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1593. Quòd ſi quis contrarium aſſeruerit, & monitus reuocare noluerit; actibus legitimis careat, Superiorum arbitratu. Si autem in contumacia perſeuerauerit, & carceri mancipetur, & grauiùs in eum animaduertatur pro contumacię modo. Contrariũ aſfirmans, puniẽdus: Et quomodo.

Ex Salmant. capit. 2. Si quis præterea dogmatizare auſerit, quòd frater, qui fratrem de aliquo exceſſu, ſecũdùm Euangelij normã in occulto cor- Aſſertio, quòd qui fratrem ex præſcripto Euã

gelij ſecretò corripuerit, nō teneatur ēt illum Superiori denunciare, licet ab eo per obedientiam requiſitus; & qđ ſocij criminū nō debeāt alter alterū reuelare; peſtifera declaratur.

to corripit, non teneatur de exceſſu eiuſmodi Superiorē admonere, quamuis ab eo ēt per obediētiā requiratur; ac ſimiliter, quòd quando aliqui ſocij ſunt criminis, non tenetur alter alterum Superiori reuelare, qui poteſt, & ſanè debet omnibus prodeſſe, ac animarum periculis paterna prouidentia præcauere; declaramus doctrinam hanc peſtiferam eſſe, pro eo quòd in detrimentum Ordinis, & regularis diſciplinę preiudicium cedere poteſt; cùm Prælati ſubditorum exceſſus ſcire debeant, non ſolùm vt puniantur, quando confeſſi, aut conuicti ſunt, ſed vt periculum etiam præcauere poſſint.

Doctrinā eam tenentes, quibus pęnis coercendi.

Quamobrem omnes taliter dogmatizantes, & pertinaciter tenentes, non modò actibus legitimis priuandos, ſed etiam carceribus mancipandos eſſe, & mancipari debere decernimus & iubemus. Ex eiſdem.

De quibus Superiores inquirere poſſint, & debeant.

Cęterùm Superiores quoſcunq; admonemus, vt nullo modo in Viſitationibus de omnino occultis ſe intromittāt, ſed tantùm de ijs, quę per generalem inquiſitionem, aut accuſationem, aut denunciationem, ad eorum nótitiā peruenerint, vel de quibus aut publica fama, vel clamoroſa inſinuatio fuerit. Ex eiſdem.

Accuſator vbi talionis pœnā īcurrat: Et quis dicatur Accuſator.

Nullus autem frater quemquam dę crimine, quod per teſtes idoneos legitimè probare non poteſt, accuſare audeat. Qui verò contrarium fecerit, talionis pœna puniatur. Accuſantem verò dicimus, qui per teſtes idoneos, ad probationem legitimam coram Prælato ſe obligat. Ex eiſdem.

De delicto punito accuſans, cui pœnę obnoxius.

Præterea pœna talionis etiam puniatur, qui alium de delicto, de quo aliàs fuit ſufficienter correctus, ſcienter accuſat, aut per literas, vt etiam puniatur, Capitulo ſignificat. Ex eiſdem.

De reprobatis accuſās, quam pœnā incurrat.

Qua pœna etiam puniatur, qui alium de ijs accuſauerit, quæ tāquā falſa iam reiecta fuerant, niſi de nouo ad nouam probationem ſe obligauerit: in qua ſi defecerit, eam pœnam ſubeat, quæ reo deberetur, ſi legitimè probaſſet. Ex eiſdem.

Viſitantiū nomina, nullo modo detegenda.

Viſitatoribus prętereà quibuſuis expreſsè prohibemus, vt viſitantium nomina nemini prorſus vnquam ſignificare, aut ſcripto, verbo, vel ſigno indicare audeant vel præſumant. Quòd ſi ſecus fecerint, coram Deo ſe grauiter peccaſſe certò ſciant, ac præterea Superiorum arbitrio, ſi de eo legitimè conſtiterit, grauiter puniendos eſſe & puniri debere decernimus & conſtituimus. Ex eiſdem. & ex. Valliſolet. 1591.

Illud

Ex Ro. 1571. & ex Neap. ca. xxxvj.

Illud etiam omnino ſeruetur, vt in Viſitationibus contentioſis aſſeſſores duos Viſitatores aſſumant, aut ex Patribus Prouinciæ, aut ex eius quàm viſitant, vel alterius familiæ fratribus, prout magis expedire videbitur; ſic tamen vt nemini prorſus de integritate animi, & de recta adminiſtratione iuſtitiæ dubitandi locus relinquatur: cùm propterea aſſeſſores eiuſmodi aſſumendos eſſe prudenter quidem ſtatutum ſit, quibuſcum & dicta teſtium Viſitatores excipere, & rei defenſiones audire debeant.

In viſitationibus contentioſis, aſſeſſores aſſumendi: & cũ eis dicta teſtiũ, & defenſiones reorum excipiendę.

Ex Conc. Triden. ſeſſ. 22. c. 1. de Ref. & ſeſſ. 25. c. 1. de Ref. & ſeſſ. 24. c. 10. de Ref.

Et vt aptiùs quos regunt ſubditos Viſitatores poſſint in officio & diſciplina continere, in omnibus ijs, quę ad viſitationem, ac morum reformationem & correctionem ſpectant, ius & poteſtatem habeant ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, iuxta tamen generalia ac prouincialia Statuta, quę illis ex eorum prudentia pro ſubditorum emendatione, ac Prouinciarum vtilitate neceſſaria videbuntur.

In cauſa viſitationis & correctionis, Viſitatoribus libera poteſtas.

Nec in ijs vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut vlla inhibitio, appellatio, ſeu quęrela, etiam ad Superiores interpoſita, executionem eorum, quę ab eis mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat, aut ſuſpendat.

In viſitatiõe, & correctione inhibitio, appellatio, exemptio, ſeu quærela nulla ſit.

Ex Reg. c. 10. & ex Salmant. eodem cap.

Viſitationibus peractis, fratres qui ſunt Miniſtri & ſerui aliorum fratrum, fratres ſuos admoneant, & humiliter & charitatiuè corrigant eos, non pręcipientes eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam, & Regulam noſtram. Fratres verò qui ſunt ſubditi, recordentur quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates &c.

Viſitationib. peractis, admonitio, & correctio fienda.

Ex Neap. cap. 33. & Valliſolet. 1593.

Cęterùm quibus modo, via, ordine, ac forma Prǫlatis, & Viſitatoribus quibuſuis in formandis proceſſibus, cognoſcendis & decidendis cauſis, ac ſententijs ferendis procedendum ſit; ac item de accuſationibus, denunciationibus, inquiſitionibus, publica fama, clamoroſa inſinuatione; ac item de teſtibus, eorum idoneitate, exceptionibus, defenſionibus, litis conteſtationibus, ſatiſdationibus, reclinationibus; ac item de notorijs, de inditijs, probationibus, arctationibus, tormentis, purgationibus; ac deniquè de omnibus, quę ad iudiciariũ forum pertinent, latiùs in eo, quem conficiendum decreuimus, criminalis practicę libello.

In viſitationibus criminoſis quomodo procedendum.

Ex eiſdem.

Nàm propterea vt in adminiſtranda iuſtitia, caſtigandis exceſſi-

Forma crimi-

naliter procedi, quamprimùm edenda.

exceſſibus, moribus corrigendis, tollendis abuſibus, Viſitationibus obeundis, & retinenda denique regularis vitæ diſciplina, vna ſit omnibus Ordinis Prælatis, & Viſitatoribus communis procedendi via, & hæc quidem certa & diſtincta; formam prudenti ac perpenſo Patrum conſilio diù excogitatam, ac peritorum iudicio probatam, primo quoque tempore, Superiorum iuſſu edendam, præſcribendam duximus, prout præſenti Conſtitutione præſcribimus.

Quæ præſcribetur forma, ea ab omnib' ſeruanda.

Atque vt ab omnibus Ordinis Prælatis, & Viſitatoribus, exactè quidem, atque inuiolatè ſeruetur, diſtinctè etiam præcipimus ſub graui ſuſpenſionis, ac alijs grauioribus pœnis, Superiorum arbitrio, contrafacientibus, vel negligentibus etiam omnino ſubeundis. Ex eiſdem.

Ad pacem, & concordiam inter fratres conſeruandam, accuſatores non reuelandi.

Illud præterea, præter iuris diſpoſitionem admonemus, ac diſtrictè etiam inhibentes decernimus, vt accuſatores accuſatis ipſis, aut alijs quibuſuis, nullo modo ſcienter reuelentur; & hoc quidem vt pax & concordia inter fratres conſtantiùs conſeruetur, & ſcandalorum pericula cautiùs euitari poſſint, dummodo propter hoc iuſtitia non periclitetur. Ex Salmant. cap. 10. ex Vallisolet. 1593.

Quo caſu nomina teſtium, & accuſantium poſtulati dãda.

Nam vbi accuſatus in ſua defenſione, accuſantium & teſtium nomina ſibi dari poſtulauerit & inſteterit; ei danda decernimus, niſi prudenti ac probo Iudici & Prælato aliter expedire videatur. Ex eiſdem.

Quibus caſibus ad Prælatos recurri poſſit iuxta Regulam.

Pro eo autem, quod in Regula continetur, videlicet. *Et vbicunq; ſunt fratres, qui ſcirent & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos Miniſtros debeant, & poſſint recurrere &c.* declaramus, tunc ad prædictos recurrendi iuſtam ac rationabilem cauſam eſſe, cùm alicui Loco eſt annexa proprietas, aut animarum cura; aut quia propter neceſſariorum penuriam, eos oportet in fructuum congregationibus, vel quæſtuationibus immoderatis contra Regulæ puritatem, & communem Ordinis vſum occupari; aut propter inhoneſtam, vel periculoſam, vel inſupportabilem, præſertim rudibus & infirmis fratribus ſocietatem. Ex Salmant. cap. 10.

Pro tali recurſu, quę facultas neceſſaria.

Nam propter eiuſmodi, ac ſimiles cauſas fratres debent & poſſunt ad ſuos Miniſtros recurrere, impetrata tamen priùs ab eiſdem recurrendi ſcripta facultate. Ex eiſdem, & ex Vallisolet. 1593.

Recurrentes

Miniſtri verò eos charitatiuè ac benignè recipiant, & Ex Reg. c. 10.

inde

Et ex Valliſo-let. 1593. inde illos amouentes, ſi ita expedire iudicauerint, piè, ac paternè conſolari, & in locis deuotis, & ſpiritualibus collocare, diligenter curent. ad Miniſtros; quomodo recipiendi.

De ſuſpectis conſortijs euitandis, & de ingreſſu intra Monaſteria Monialium, ac de ijs, quæ ad earum vitæ rationem pertinent.

Regula cap. xj. Præcipio firmiter fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta conſortia vel conſilia mulierum: & ne ingrediantur Monaſteria Monacharum: præter illos, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis. Nec fiant Compatres virorum vel mulierum: ne hac occaſione inter fratres, vel de fratribus ſcandalum oriatur.

Ex Salmant. cap. xj. DVo hoc capite expreſsè prohibentur, videlicet ſuſpecta conſortia, & ingreſſus in Monaſteria Monialium. Quę hoc Reg. capite prohibeantur.

Ex eiſdem. Et ex D. Bonau. ſuper Reg. Quoad primum, ex D. Bonauentura notandũ eſt, ſuſpectum conſortium eſſe non ſolùm de mulieribus, ſed etiam de quibuſcunq; perſonis, aut ætate, aut aliàs ſuſpectis, vbi locus, tempus, geſtus, aſpectus, & alia eiuſmodi indicia ſuſpicionem non excludant; vtpote ſi locus quæratur pro Mulierum colloquio, ſolitarius, ſecretus, ſegregatus, aut obſcurus, & tempus nocturnum, aut aliàs importunum, vel ſuſpectum: Si geſtus ſit diſſolutior, nimirum aut ex nimia mulieris propinquitate, vel faciei ad eam fixis oculis conuerſione, manibus iunctis, aut ſimilibus. Item ſi ſolitaria ſint colloquia, excluſo aliorum auditu, licet non viſu, ex intentione maximè ſi ſtudioſè prorogata ſint, ac ſine pia cauſa, aut euidenti ratione, cum eadem perſona frequenter Suſpectũ conſortium, de qui bus ſit: Et quomodo efficiatur.

quenter iterata, ſuſpecta conſortia videntur. Ad ſuſpicionem auté eiuſmodi generãdam, aut Mulierum, aut aliarum perſonarum, facit ætas, & conditio colloquentium.

Quæ ſuſpicionis cauſę in Regula prohibeãtur.

Ex eiſdem.

Illam autem ſuſpicionem, ſiue ſuſpicionis cauſam hic prohiberi exiſtimamus, quæ fratribus excitare poteſt enormis tentationis ſtimulum, vel crimini præſtare fomentum: aut quæ alijs ſcandalo eſſe poſſit: & hic etiam exiſtimamus, omne ſuſpectum prohiberi colloquium, quod ad carnis immunditiam ordinetur, vel quod eius rei poſſit ſcandalum, vel ſuſpicionem probabiliter excitare.

Sacrorum Canonũ de ſuſpectis conſortijs diſpoſitio: Et quãta ratione ſuſpecta conſortia in Regula prohibeantur.

Ex Salmant. cap xj.

Vnde ſi in titulo de cohabitatione Clericorum, & Mulierum, Capitulo Inhibendum &c. dicitur, quòd Sacerdos retinere non poteſt fœminam in domo, etiam Matrem, & attinentes, propter peccati periculum; Et ſi in Capitulo Si quiſquam &c. Eodé titulo, habetur, quòd Clericus tertiò monitus, non deſiſtens cum Mulieribus confabulari, excommunicetur: non eſt mirum ſi Beatiſſimus Pater noſter Franciſcus occaſionem remoueat peccatorum, & ſuſpecta prohibeat conſortia Mulierum; tum verò maximè, cùm ex Diuo Hieronymo, in carnis militia, non niſi ex fuga, victoria reportetur.

Fratres nõ ſolùm à malo, ſed etiam ab omni ſuſpicione mali cauere debẽt: Et eius rei gratia, quæ nam ab eis declinanda ſint.

Ex eiſdem.

Idcirco fratribus noſtris & vniuerſis, & ſingulis firmiter præcipimus, vt non tantùm à malo, ſed etiam ab omni ſpecie, ac ſuſpicione mali caueant, ſtudioſè declinantes omnia conſortia, familiaritates, conuerſationes, ſequeſtrationes, colloquia Mulierum, ac virorum, præſertim verò puerorum, ſuſpecta; etiam ſi ſano animo, candidoq; ac ſana, & bona mente fiant: cùm Sathanas aliquãdo in Angelum lucis ſe transfiguret.

De ſuſpectis cõſortijs, ac colloquijs notat⁹, admonendus: Et niſi ſe emendauerit, quomodo puniendus.

Ex eiſdem.

Et ſi quiſpiam de ſuſpectis conſortijs, & colloquijs eiuſmodi notatus fuerit, charitatiuè, ac paternè admoneatur, & corrigatur. Admonitus verò, ſi ſe non correxerit, & emendauerit, Superior, ſuſpendatur Officio, vel etiam priuetur, Superiorum arbitratu, pro delicti modo; Subditus verò, actibus legitimis triennio careat, vel grauiùs etiam puniatur, Superiorum arbitratu. Et quibus hæc pęna non competat, probationis caputio, vel alia grauiori etiam, Superiorum arbitrio, puniantur, pro delicti qualitate.

Quibus pœ Cellas aliorum in-

Ex Valliſolet. 1593.

Quibus pœnis Clericos, ac alios fratres iuuenes, ætate annorum vigintiquinque minores, omnino afficiendos eſſe decer-

decernimus, qui in aliorum, præterquàm Magiſtrorum, aut Superiorum cellas ingredi præſumpſerint; ac item qui eos, vel ſæculares, ſimiliter iuuenes, & præſertim pueros, in proprias admiſerint; ac prætereà, ſi in ipſorum Clericorum, vel fratrum iuuenum, ipſi cellas ingredi auſerint.

gredi, quos ſi in proprias admittere vetitũ.

Ex Salmant. cap. xj. Qui etiam ſolitus fuerit, ſe à ſocio ſequeſtrare cum mulieribus, de quibus Superioris iudicio meritò oriri ſuſpicio poſſit, ſi canonicè monitus, & correctus non ſe emendauerit; tanquam de ſuſpecto conſortio reus, actibus legitimis priuetur, ac probationis caputio puniatur, Superiorum arbitratu. Et ſi iteratò, punitus, de ſequeſtratione eiuſmodi, duobus teſtibus fide dignis conuincatur, ad veritatem dicendam grauiter arctetur. Si verò de ſequeſtratione præfata, vnus tantum teſtis fide dignus fuerit, & alius de lapſu carnis aduerſus eundem, grauiùs arctandum decernimus.

Qui ſe à ſocio ſequeſtrat, vt cũ muliere loquatur, is ſuſpecti conſortij reus: Et quomodo puniendus.

Ex Vallisolet. 1593. Prætereà qui aut ore proprio, aut legitimis teſtibus conuictus fuerit, in domum ſuſpectam ingreſſum fuiſſe, mox ab eo Loco amoueatur, ac perpetuò exulet, & ampliùs puniatur, Superioris arbitratu, perſonarum, locorum, & temporum qualitate penſata. Quòd ſi negauerit, grauiter arctetur, & contra eum procedatur iuxta Ordinis Statuta.

Domum ſuſpectam ingreſſus, qua pœna plectendus.

Ex eiſdem. Qui verò fornicationis crimen admiſerit, & de eo legitimè conſtiterit, is pro prima vice ſemeſtri carceri mancipetur, & omni ſuffragiorum iure triennio careat: pro ſecunda vice per annum in carceribus detrudatur, ſuffragiorum iure decennio priuatus: pro tertia verò vice biennio carceretur, & actibus legitimis, ac ſuffragiorum iure perpetuò careat. Quòd ſi in idipſum adhuc inciderit, aut ad triremes condemnetur, aut perpetuis carceribus omnino mancipetur.

Quas pœnas incurrat, qui fornicationis crimen admiſerit.

Ex eiſdem. Qui autem in grauiora contra ſanctæ honeſtatis votum inciderit, grauiſſimis pœnis afficiatur, prout ſuprà ſtatutum eſt.

In grauiorẽ lapſus grauiſſimè puniẽdus.

Ex eiſdem. Ampliùs qui morbo gallico, vel alopetia affecti fuerunt, aut in carnis illecebras, & errores prolapſi, ad nulla Ordinis Officia promoueri poſſint: ac prætereà omni ſuffragiorum iure perpetuò careant, atque ab audiendis confeſſionibus, ſi Confeſſarij fuerint, perpetuò ſuſpendantur.

Quibus pœnis ſubiaceãt, qui morbo gallico, aut alopetia affecti fuerint.

Ex Salmant. cap. xj. Publicè, ac ſanctè honeſtatis etiam accuratiùs, & ſtudioſiùs ſeruandæ gratia, illud quoque piè ſtatuimus, vt qui

Honeſtatis gratia in domibus.

ſacras

ſecularium, fratres ſocij mutuò ſe videant.

ſacras peccatorum confeſſiones in ſecularium domibus audierint, aut alia negotia tractauerint, nunquam à ſocijs ita ſeparentur, vt omnino videri non poſſint.

Quas pœnas incurrant, qui cõtra Pij V. præſcriptũ, in Monaſteria mulieres admiſerint.

Quæ verò Pius V. Pontifex Maximus de mulieribus, in Monaſteria, Conuentus, domos, & Loca noſtra non admittendis, piè quidem, ac prudenter ſtatuit, inuiolatè omnino ſeruentur. Et qui contrafecerit, vltra pœnas ipſa Conſtitutione Pontificia contentas, carceribus etiam mancipetur, Superiorum arbitratu. Ex Valliſolet. 1593.

In hoſpitia pro Cõfeſſarijs monialiũ deputata mulieres admitti ne liceat.

Quas pœnas etiam ſubeãt, qui mulieres in ædiculas, aut domunculas, ſiue hoſpitiola pro Confeſſarijs Monialium deputata, quouis prætextu, vel quæſito colore admiſerint. Ex eiſdem.

Et hęc quidem de primo capite dicta ſufficiant. Quò verò ad caput alterum, quę nobis dicenda ſunt, hoc eſt de Monialibus, infrà ordine ſequuntur.

De Sanctimonialibus.

De Sanctimonialibus hic agitur.

SANCTIMONIALIVM noſtrarum ſaluti, honeſtati, & decori, paternæ ſolicitudinis ſtudio proſpicientes, hęc, pręter earum Regulas, & peculiares cuiuſque Monaſterij Conſtitutiones, quæ ijs non aduerſentur, inuiolatè ſeruandas, conſultò, ac maturè decernimus, & ſancimus. Ex Valliſolet. 1593.

Moniales oẽs per Prouinciales Miniſtros viſitandæ.

Sanctimonialium noſtrarum Monaſteria quæcun que, & moniales omnes, etiam primæ Regulę ſanctæ Claræ, de cęterò per Prouinciales Miniſtros, tanquàm Viſitatores ordinarios, opportunis temporibus viſitentur. Ex Valliſolet. 1565.

Earũ cura relinquenda, quæ eos recipere noluerint.

Et quæ eos Viſitatores recipere noluerint, earum cura relinquatur, vel earum contumacia opportunis quibuſq; iuris, & facti, modis & pœnis ſeuerè coerceatur. Ex eiſdem.

De acceſſu ad Monaſteria monialium.

Ad Monaſteria monialium nemini accedere liceat.

AD Monaſteria monialium quæcunque, fratrum nemini omnino, quicunque ſit, quouis prætextu, vel quæſito colore accedere liceat, niſi impetrata priùs ſcripta facul- Ex Salmant. capit. xj. Ex ex Valliſol. 1593.

facultate, aut publici muneris obeundi gratia, tumq; ſcripto Superioris iuſſu, miſſuve.

Ex Valliſolet. 1593. Neque item ad ea, quę pro Monialium Confeſſarijs deputata ſunt, hoſpitiola, maximè ipſis Monialium Monaſterijs contigua, fratrum quiſquam accedat, vel accedere pręſumat, neque etiam cum ipſo Confeſſario loquendi gratia. Qui contrafecerit, omni ſuffragiorum iure careat, ac pręterea grauiùs etiam puniatur, Superiorum arbitratu. Acceſſus itē ad Cōfeſſariorum hoſpitia, cuiq; vetitus.

Ex eiſdem. Quibus verò ad ipſa Monialium Monaſteria, & accedere, & cum Monialibus loqui per facultates licuerit, facultates ipſas Matri Abbatiſſę, ſeu Monaſterij Pręfectę antea pręſentandas curent, tumq; pręſentibus illis, quę ad audiendum deputatę ſunt, Monialibus, quas Auditrices vocāt, cum illis tantùm Monialibus loquantur, cum quibus loqui per facultates licuerit. Facultas accedēdi ad Monaſteria, & Moniales alloquendi, quomodo exequenda.

Ex eiſdem. Nec verò quęuis alia Monialis vlla, tunc eò accedere audeat: neque pręterea illę, cum quibus loquendi facultas ſit, ad collocutionum loca accedant, niſi antea Matris Abbatiſſę, ſeu Monaſterij Præfectę benedictionem acceperint. Quòd ſi contrafieri contigerit, contrafacientes, tam fratres, quàm Moniales, ſupradictis pœnis ſubiaceant. Quæ Monialis ad Parlatoria accedere poſſit: Et quomodo id agere debeat.

Ex eiſdem. Qui verò aut ſacræ Prædicationis gratia, aut celebrarum, Superiorum iuſſu, miſſuve, ad ipſa Monialium Monaſteria acceſſerint, ijs cum Monialibus loqui, ſub eiſdem pœnis ne liceat. Publici muneris gratia accedētes, cum Monialibus ne loquantur:

Ex eiſdem. Qui præterea neque eſculenta, neque poculenta, nec verò quidquam aliud, vel minimum quidem, à Monialibus accipiant. A Monialib⁹ nihil accipiāt:

Ex eiſdem. Sed ſi quid, aut mercedis, aut laboris ratione præſtādum eſt, illud ad vniuerſum Conuentum, communi nomine, Monaſterij Præfecta tranſmittat. Si qd debetur, ad Locum cōi noīe mittatur.

Ex eiſdem. Et ex Valliſolet. 1565. Superiores quoque ad Monaſteria Monialium non accedant, niſi aut pro exequendis muneribus, ex earum Regula, mandatis, aut Sanctionibus Apoſtolicis, ſacri Concilij Tridentini Decretis, aut Ordinis Conſtitutionibus, eiſdem incumbētibus, aut pro cōmuni earum cōmodo, ſpiritualiq; profectu ab Abbatiſſis, ſeu Monaſteriorū Præfectis, vnà cū Matribus Diſcretis, vocentur. Contrà qui fecerit, ſuſpendatur Officio, vel etiam priuetur, Superioris arbitratu. Ad Monaſteria Monialiū, non niſi ad munera exequēda, Superiorib⁹ accedendum.

Ex Valliſolet. 1593. Nec verò eiſdem liceat in eis ædiculis, quæ pro ſacris pec Apud Monia-

les comedere Viſitationis tẽpore, Superioribus licet:

catorum confeſſionibus, & viſitationibus ineundis, deputatæ ſunt, aut alibi apud Moniales comedere, niſi cum generalem earum viſitationem obierint. Contrafacienti pęna ſit Officij priuatio, quicunque ſit.

Alijs autẽ fratrib⁹, perpetuò interdictũ, Cõfeſſarijs ſolis, confeſſionis tẽpore, exceptis. — *Ex Salmant. ca. xj. Et ex Roma. 1571. Et ex Decret. ſacræ Congr. Reg.*

Cæteris autem fratribus, & vniuerſis, & ſingulis, præter Monialium Confeſſarios, & eorum ſocios, quo tempore generales peccatorum confeſſiones earum audierint, vt ſuprà comedere, perpetuò interdictum ſit. Qui in hoc genere deliquerint, Confeſſarij Officio priuentur, & alij fratres, quicunque ſint, omni ſuffragiorum iure careant, ac præterea carceribus etiam mancipentur, Superiorum arbitratu.

In domibus, contiguis Monialium Monaſterijs, nemini prorſus pernoctare liceat. — *Ex Valliſolet. 1593.*

In eis preterea domunculis, quę ad audiendas peccatorum confeſſiones, & viſitationes obeundas, ipſis Monialiũ Monaſterijs contiguę ſunt, neque ipſis Superioribus, neque alijs fratribus quibuſuis, quouis caſu, vel pretextu, pernoctare liceat. Contrà qui fecerint, Superiores Officio priuentur, reliqui verò fratres, quicunque ſint, omnibus ſuffragijs priuati, carceribus mancipentur, vel grauiùs etiam puniantur, Superiorum arbitrio, habita perſonarum ratione.

Neque cũ Eccleſiaſticis perſonis, Monialibus loqui licet, abſq; licentia. — *Ex eiſdem.*

Religioſis verò cuiuſuis alterius Ordinis, Eccleſiaſticiſq; perſonis quibuſq;, etiam conſanguineis, quouis prætextu, occaſione, vel cauſa, Monialium nullę loqui liceat, niſi neceſſariam cum eis loquẽdi facultatem, quę Superiori etiam antea probata ſit, attulerint.

Licentia ipſa eius rei, quomodo exequenda. — *Ex eiſdem.*

Preterea quę ſuprà de facultate eiuſmodi, Monaſterij Prefectę ante preſentanda, & de benedictione ab eadem petenda, ac item de Monialibus ad audiendũ deputatis, & de aliarum Monialium acceſſu, & locutione, ſanctè preſcripta ſunt, ſingula exactè quidem, atque inuiolatè ſeruentur.

Quæ ſuprà de licentijs Decreta ſunt, ea etiã ad ſæculares quoſuis extenduntur. — *Ex eiſdem.*

Hęc autem omnia, & ſingula, etiam cum externis ſęcularibus quibuſq;, tum viris, tum mulieribus, inuiolatè ſeruanda decernimus, & iubemus. Quę verò in ijs erratis deliquerit Monialis, quęcunque ſit, & velo, & acceſſu ad collocutionum loca priuetur, & grauiùs etiam puniatur, pro delicti qualitate, Superiorum arbitratu.

Hoc Decreto, quinam excipiantur. — *Ex eiſdem.*

Hoc tamen Decreto eos excipimus, qui primo, vel ſecundo conſanguinitatis gradu coniuncti ſunt.

In colloquijs, & Viſitationibus, quoad fie- — *Ex eiſdem.*

Porrò illud generatim omnino etiam inuiolatè ſeruandum decernimus, vt Moniales omnes in omnibus viſitationibus, & colloquijs, breui, quoad fieri poteſt, ſe expediant,

ne

ne tempus, quo nihil pretioſius, fruſtra conteratur, ac bre- ue creditum, defluat inane. — ri poteſt, breuiſ. bus agendum:

Ex eiſdem. Atque ita clara, & intelligibili voce loquantur, vt ab ijs, quæ audiendis ſermonibus, & colloquijs eiuſmodi præpoſitæ ſunt, facilè audiri poſſint. — Intelligibili voce loquẽdũ:

Ex eiſdem. Quocirca Mater Abbatiſſa, ſeu Monaſterij Præfecta, pro ſuo munere, attentiùs inuigilet, atque vt id omnino ſeruetur, diligenter curet. — Præfectæ, ſuperi nde vigilãdum.

Ex eiſdem. Quòd ſi qua Monialis aliter, quàm ſuprà ſancitum eſt, aut acceſſerit, aut locuta fuerit; hæc, præter pœnas iam præſcriptas, tribus menſibus loquendi, etiam cum propinquis, facultate priuetur. Quo tempore ſingulis ſextis ferijs, coram Monialibus capitulariter congregatis genuflexa, pane & aqua ieiunet. — Delinquentes quomodo puniendæ.

De ingreſſu intra Monaſteriorum ſepta.

Ex Côc. Trid. ſeſſ. xxv. cap. v. de Regular. INGREDI autem intra Monaſteriorum ſepta, nemini omnino liceat, cuiuſcunque dignitatis, gradus, conditionis, ſexus, vel ætatis, ſine licentia Superioris, in ſcriptis obtenta, ſub Excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, vt ſacra Tridentina Synodo iam ſanctè cautum eſt. — Ingreſſus in Monaſteria Monialiũ, vetitus.

Ex Valliſolet. 1593. Qui verò neceſſariam ob cauſam intrà quandoque admittendi ſunt, Superioris iudicio, atque auctoritate antea probentur, & ab eo Moniales generalem, aut ſpecialem ſcripto facultatem habeant. — Qui neceſſariò ſępiùs ingredi debent, à Superiore probandi.

Ex eiſdem. Et ex Conc. Trid. ſeſſ xxv. cap. v. Dare autem licentiam eiuſmodi non niſi probatis perſonis, & quę bene audiant, atque in caſibus tantummodo neceſſarijs, Superiores debent: alioquin poteſtatem eiuſmodi ſibi ademptam eſſe, certò nouerint, ac propterea grauiter peccare, ac reddendæ rationi obnoxios eſſe, qui ſecus fecerint. — Licẽtia ingrediendi, quib. & quomodo danda.

Ex eiſdem. Quibus verò aut per facultates, aut ex Officio intra ſepta Monaſteriorum ingredi licuerit, eos omnes, & ſingulos, ac Moniales item admonemus, non niſi in caſibus vrgentis neceſſitatis ingredi, & admitti poſſe. — Nõ niſi vrgentibus de cauſis, in Monaſteria ingrediẽdum.

Grauiſſimæ cõtra malè ingredientes, maleue illos admittentes pœnæ.

Ex eiſdem. Et ex Apoſt. Cõſt. Greg. XIII. Vbi gratię &c. 1575.

Qui autem licentiarum eiuſmodi prętextu, præterquàm vrgentibus de cauſis, ingredi præſumpſerint, eò ipsò, ex Apoſtolica Sanctione, Excommunicationis pœnam incurrunt, nec non omnibus dignitatibus, beneficijs, & Officijs priuantur, atque ad illa, & alia quæcúque in poſterùm obtinenda, perpetuò inhabiles declarantur. Quas pœnas Moniales etiam incurrũt, quæ illos aliter admittere pręſumũt.

Ingredientes, quàm citiùs ſe expediant:

Ex Synodalibus. Et ex Viſita. Apoſt. Et ex Valliſol. 1595.

Licitè autem ingredientes, ad ea loca rectà properent, & ea negotia, propter quæ ingreſſi fuerint, quàm citiùs expedienda diligenter curent; & vt id exactè quidem, atque inuiolatè ſeruetur, cura ſit Monaſterij Præfectę.

A Senioribus aſſocientur:

Ex eiſdem.

Quos etiam Moniales, ad hoc ſpecialiter ex antiquioribus deputatæ, ſemper comitentur.

Intra clauſuram, nec comedant, nec dormiant.

Ex eiſdem.

Nec verò quouis prætextu, vel quæſito colore, intra Monaſterij ſepta comedere, aut dormire, eorum cuiquam liceat.

Ingreſſus, & mora, quo tempore vetita.

Ex eiſdem.

Quibus etiam ante ſolis ortum ingredi, Phiſicis exceptis, aut poſt eius occaſum intus permanere, perpetuò interdictum ſit.

Ad ea, quę per Moniales fieri poſſunt, externi ne intromittantur.

Ex eiſdem.

Porrò, quæ per Moniales officia, & negotia intus commodè obiri, & expediri poſſunt, ne externos viros, aut mulieres ad ea præſtanda, Monaſterij Præfecta introduci, aut ingredi permittat.

Quas pœnas Monialis ĩcurrat, quæ ſine licentia quãuis perſonã intromiſerit.

Ex eiſdem.

Si qua Monialis marem, aut fœminam etiam, cuiuſuis ætatis, ſine licentia introduxerit, etiam ſi inter ſacras Virgines aſcribenda ſit, excommunicetur, priuetur velo, & carceribus mancipetur, vel grauiùs etiam puniatur, Superioris arbitratu. Quibus pœnis etiam ſubiaceant, Monaſterij Pręfecta, Ianitrices, ac Rotis prępoſitę, ſi ad hoc earum conſenſus acceſſerit.

In Monaſterijs, præter neceſſaria, nihil aſſeruandũ: Neque animalia intromittẽda: Neque depoſita aſſeruanda.

Ex eiſdem.

Clauſurę prętérea & exactiùs, & ſanctiùs ſeruandę gratia, illud etiam decernimus, & ſtatuimus, vt neque triticum, neque vinum, neque alię fruges, nec verò quidquam aliud in Monaſterijs vllis, pręterquàm ad eorum vſum, & neceſſitatem, aſſeruentur: nec prętérea canes, equi, & alia generis eiuſmodi animalia, etiam ad breue tempus, admittantur: neque depoſitatum quidquam, quouis prętextu, vel quęſito colore intus aſſeruetur, aut aſſeruari liceat, ſub pœnis, Superioris arbitrio, contrafacientibus imponendis.

Conſeſ-

Ex eiſdem. Et ex vſu. Et ex Salmant. c.xj. Confeſſario, cùm intra ſepta Monaſterij, neceſſariam ob cauſam, ad eius Officium ſpectantem, ingrediendum erit, ſuperpelliceo, cum ſtola ſuperindutus ſit: nec verò cum alijs, quàm cum ſocio ſibi per Capitulum, aut Superiorem deputato, ingredi ei liceat, ſub pœna priuationis Officij, & alia grauiori etiam, Superioris arbitrio, eidem ſubeunda. Quo habitu indutus, & cũ quo ſocio, ingredi debeat ĩ Monaſteria Cõfeſſarius.

Ex Salmant. cap. xj. Superioribus verò tum Generalibus, tum Prouincialibus, cùm aut inuiſendæ clauſuræ, aut alia vrgenti de cauſa ingrediendum erit, probatiſſimos viros ſecum ſocios ducere velint, hi quidem duos, illi verò quatuor ad ſummum. Quot, & quos ſocios Superiores in ingreſſu habere debeãt.

Ex Sal. c. xj. Et ex Synod. Et ex Viſit. Apoſt. Et ex Vall. 1593. Illud autem generatim omnes & ſinguli æquè, atque inuiolatè ſeruent, vt nunquàm ab inuicem ita ſeparentur, quominùs ſe mutuò videre, ac videri facilè poſſint. Nunquã ſeparentur, qui Monaſteria ingrediuntur:

Ex eiſdem. Quos etiam & Monaſterij Præfecta, & aliæ Moniales ad id ſpecialiter ex antiquioribus deputatæ, ſemper comitentur, & eiſdem aſſiſtant. Eos deputatæ comitentur:

Ex eiſdem. Qui etiam ita modeſtè, religioſè, ac grauiter per Monaſterium incedant, atque in omnibus ita ſe gerant, vt Monialibus, & probitatis, & ſanctitatis exemplo ſint. Per Monaſterium grauiter incedant.

De egreſſu.

Ex Apoſt. Pij V. Conſtitut. Decori Virginũ &c. 1569. NVLLIS Monialibus profeſſis, quouis prætextu, occaſione, vel cauſa, etiam cuiuſuis infirmitatis, etiam lepræ, aut epidimię, niſi cauſæ eiuſmodi per Superiores, ac locorum ordinarios antea cognitæ probentur, niſi ex cauſa magni incendij, aut repentinæ, ac magnæ inundationis aquarum, extra clauſuram egredi liceat, vt Apoſtolica Sanctione vetitum eſt, ſub Excommunicationis pœna, & ipſis egredientibus, & licentiam egrediendi concedentibus, nec non comitantibus, aut eas recipientibus quibuſcúque, tam ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis perſonis, etiam conſanguineis, ipſo facto incurrenda, præter alias pœnas contra exeuntes, recipientes, comitantes, & Superiores licentiam eiuſmodi concedentes, ipſa Conſtitutione Pontificia contentas. E clauſura egredi, Monialibus non licet.

Ex Apoſt. Gre Neque item ex ea ianua, quæ pro clauſura Monaſterij Quauis de cau-

ſa ad exteriorẽ ianuã, Monialibus egredi non licet.

eſt, etiam ad claudendam aliam vlteriorem ianuam, qua ſæcularibus, ad rotam, vel crates, ſeu collocutionum loca, vel etiam ad pulſandam ipſam clauſuræ ianuam venientibus, patere ſolet aditus & acceſſus, Monialibus, etiam conuerſis, exire liceat, ſub eiſdem pœnis, prout Apoſtolica Conſtitutione cautum eſt.

gor. XIII. Conſtit. Deo ſacris Virginib. 1572.

Regula de locis, quæ extra clauſuram cenſenda ſunt.

Regula eſt, ea loca, ad quæ ſæcularibus, abſque alia licentia, impunè accedere licet, extra clauſuram eſſe, & cenſeri debere; ac propterea conſequenter, acceſſum ad ea ipſa Monialibus vetitum eſſe, atque ideo ad ea exire non poſſe, etiam quo tempore clauſa ſunt.

Ex eiſdem.

Clauſuram egredi, Nouitijs ẽt prohibetur.

Neque pręterea Nouitijs ipſis quouis prætextu, vel quęſito colore, occaſione, vel cauſa, extra clauſuram exire liceat, niſi quo caſu eas Moniales eſſe pœniteret.

Ex Synodalibus. Et ex Apoſtol. Et ex Valliſolet. 1593.

Nouitiæ ſemel egreſſę, amplius recipi nõ poſſint.

Tumq; in illud, aut aliud quoduis Monaſterium recipi, & admitti, etiam ad Religionis habitum, amplius non poſſint, niſi impetrata prius Superiorum ſcripta facultate.

Ex eiſdem.

Contrafacientes grauiter puniantur.

Et quicquid ſecus attentari contigerit, irritum ſit, & inane: ac præterea Monaſterij Præfecta, & aliæ Moniales quæcunque grauiter puniantur, Superiorum arbitratu, ſi ad id earum conſenſus acceſſerit.

Ex eiſdem.

Oſtiolum Eccleſię, muro obſtruendum.

Oſtiolum illud pręterea, per quod in exteriorem Eccleſiam è Monaſterio alias patebat egreſſus, ſicubi muro nondum obſtructum eſt, primo quoque tempore omnino ita obſtruatur, vt amplius aperiri, & vſui eſſe non poſſit, propoſita priuationis Officij pœna, & Monialium Superiori, & Monaſterij Præfectæ, ſi neglexerint, omnino ſubeunda.

Ex Apoſt. Gregor. XIII. Conſtit. Deo ſacris Virginib. 1572. Et ex Valliſolet. 1593.

Quã pœnã incurrat cõtradicens Monialis.

Quòd ſi qua Monialis aut contradicere, aut impedimento eſſe quouis modo auſerit, & velo priuetur, & carceribus mancipetur, Superioris arbitratu.

Ex eiſdem.

Clauſura, etiã à Superioribus Ordinis diligẽter cuſtodiẽda.

Cęterum, etſi clauſuræ cuſtodia, ex ſacra Tridentina Synodo, locorum Ordinarijs ſpecialiter demandetur; Superiores tamen diligenter curent, vt vbi violata ſit, quamprimùm reſtituatur perquàm accuratè; & vbi inuiolata eſt, perpetuò conſeruetur.

Ex Valliſolet. 1593. Et ex Cõcil. Tridẽ. ſeſſ. xxv. cap. v.

Quotannis viſitanda: Vbi reformatione digna, reformanda: Et omnes

Cuius rei gratia eam quotannis diligẽter viſitent, & quæ inſtauratione, reformatione, aut emendatione indigere cognouerint, mox inſtaurari, reformari, & emendari ſtudioſè procurent; inobedientes, contradicentesque, per cenſuras,

Ex eiſdem.

& alias pœnas, appellatione quacũque remota, ex ſacri Tridentini Concilij auctoritate compeſcentes. — contradictio compeſcẽda.

Ex Synodalibus. Et ex Viſita. Apoſt. Et ex Valliſol. 1593. — Oſtium, feneſtram, vllumue foramen, per quod intra vel extra clauſuram proſpectus eſſe poſſit, fieri, aut facta permanere, nullatenus permittant, quinimmo quamprimùm obſtruenda diſtrictè præcipiant. — Ne foramen quidẽ, p quod intra vel extra videri poſſit, p. mittatur.

Ex eiſdem. — Neque pręterea quicquam intus inædificari concedant, niſi per eos diligenter antea recognitum, aut neceſſarium eſſe, aut quomodolibet opportunum iudicetur. — Nihil ædificã dum, niſi primò recognitũ.

Ex eiſdem. — Arbores quaſcunque ad clauſuræ parietes, ſeu muros, aut intus, aut foris adhęrentes, aut nimis propinquas, euellendas procurent; implorato etiam Epiſcopi, aut Magiſtratus ſęcularis, ſi opus fuerit, auxilio. — Arbores ad clauſuræ parietes, euellendæ.

Ex eiſdem. — Feneſtras pręterea, audiendis ſermonibus, ſeu collocutionibus deputatas, quę Parlatoria vocantur, duplici clathra ferrea, palmo ſaltem ad inuicem diſtanti, vbi iam ſic munitæ non ſint, quamprimùm fortiter muniendas, diligenter curent. — Crates duplici clathra ferrea muniẽdæ:

Ex eiſdem. — Ac pręterea interiùs laminentur, relictis duntaxat paruis foraminibus, ita vt vox quidem audiri poſſit, aſpectus verò fieri, aut eſſe nequeat. Quę autem Miſſis audiendis cõſtituta eſt duplici item clathra, palmo ſaltem ab inuicem diſtincta, munita ſit. — Intus præterea laminãdæ.

Ex eiſdem. — Fores, ſiue portarum valuę, per quas ad clauſuram fit ingreſſus, ita ex omni parte bene compactæ ſint, & cohæreãt, vt per eas aſpectus fieri, aut quicquam, vel minimum quidem intromitti non poſſit. — Valuæ bene compactę ſint.

Ex eiſdem. — Clauſurę oſtium, ſiue porta vna ſit, aut ad ſummum altera, quæ inferendis rebus, ad Monaſterij vſum neceſſarijs deſeruiat. — Porta vna ſit, aut ad ſummũ altera.

Ex eiſdem. — Vtrique autem Moniales ætate quidem graues, ac morum grauitate præſtantes præficiantur, quæ earum curam perpetuò habeant, eaſq; non niſi vrgentibus de cauſis, tumq; iuſſu Monaſterij Prefectę, apetire poſſint. — Ianuis prępoſitæ, quales eſſe debeant.

Ex eiſdem. — Quę etiam duabus clauibus, ijſq; diuerſo fabrili opere confectis, occludantur. — Quot qualeſq; portarũ claues

Ex eiſdem. — Feneſtella verò ad ſacras Monialium cõfeſſiones audiendas, in Eccleſia, vbi commodè fieri poſſit, alioquin alio honeſto, atque omnino decenti, ac tuto loco conſtruatur; & clathra, ac lamina ferrea, vel ęnea, palmo ſaltem ab inuicem — Confeſſionis feneſtella, vbi conſtruenda: Quomodo muniẽda: Et cur.

 diſtan-

menſuræ facienda.

diſtantibus, cum paruis foraminibus, vt ſuprà, tutò munita ſit; cui etiam tela nigri, aut viridis coloris, intus, aut foris apponatur, ac ita firmiter cohæreat, vt nullatenus amoueri poſſit. Feneſtella verò eiuſmodi, latitudine ſit cubito vno, altitudine autem paulò ampliùs.

Cōionis feneſtella, vbi conſtruēda: Cuius mēſuræ: Quot clauib. occludēda: Quib. claues cuſtodiēdę.

Sacræ communionis feneſtella ſit in pariete, ab altero altaris latere, prout opportunius videbitur, paulò oblonga, quę tamen altitudine medium cubitum non excedat, latitudine verò paulò minor ſit; duabusq; clauibus, iisq; diuerſis, intus, & foris claudatur; quarum alteram Confeſſarius aſſeruet, alteram Monaſterij Pręfecta cuſtodiat. Ex eiſdem.

Rotæ, ex qua materia eſſe debeāt: Cuius mēſuræ: Quomodo occludēdæ.

Rotę, ſiue turni omnes, ex ligno nucleo, aut ſolidiori fiant, quorum feneſtellæ cubitum vnum altitudine nullatenus excedant, latitudine verò ſint vnciarum ſexdecim; ac præterea intus & foris ſeris, & clauibus occludantur. Ex eiſdem.

Hæc, & alia, ſi quæ ſint, Prouincialibus diligēter exequēda.

Si quæ verò alia, præter hæc, ad Sāctimonialium noſtrarum clauſuram ſanctè reformandam, & cuſtodiendā quàm diligentiſſimè, Viſitatorum Apoſtolicorum Decreto pertineant, Prouincialium exactiſſima cura ſit, vt quoad fieri poteſt, integram, atque abſolutam executionem habeant. Ex Vallisolet. 1593.

Prouincialib. quid cauendū circa prędicta.

Illos tamē admonemus, vt pro eorū prudentia caueāt, nequidquam executione approbent, vel admittant, quod contra Religionis priuilegia, vel pręterquàm per facultates eis licuit, Decretum ſit. Ex eiſdem.

Quæ ad reformationem pertinent, quomodo exequenda.

Quę autem ad morum reformationem, vel regularis vitę diſciplinā inſtaurandam, conſeruandamq; quouis modo ſpectant, ea nullatenus exequantur, niſi ſua primùm auctoritate probauerint. Magis autem in iis, ipſi diligenter inuigilent, laborent, viſitent, moneant, corrigant, comprimant, compeſcant, coerceant, ſtatuant, atque decernant, prout earum ſaluti, ſanctitati, & decori opportunum, ac neceſſarium eſſe cognouerint in Domino. Ex eiſdem.

De iis, qui ad communia Monaſteriorum ſeruitia, & Officia, extra, vel intus obeunda deligendi ſunt.

Ad Monaſteria quouis mo-

MONASTERII cuiuſque Protectores, Procuratores, Medici, Conductores, Factores, Exactores, Scriptores, Ex Synodalibus. Et ex Viſi-

tat. Apoſtol. Et ex Valliſolet, 1593. ſes, ſeruitoresq́; tam viri, quàm mulieres, quos, quasq́; ſingula Monaſteria neceſſarios habent, Superiori antea probati ſint, ac eius conſenſu deligantur. do deputati, Superiori probati ſint, ac eius conſenſu deligantur.

De bonis, ad Monaſteria Monialium quouis iure pertinentibus.

Ex Valliſolet. 1593. ET quoniam in adminiſtrandis rebus publicis, & ad pia loca maximè pertinentibus, magna diligentia, cura, & cautio adhibenda eſt; ac perſpicua fides & integritas requiritur; propterea conſultò decernimus, vt Sanctimonialium noſtrarum bona immobilia quæcunque, Prouinciales primo quoque tempore recognoſcant ſanè diligenter. Bona Monialium immobilia, à Prouincialibus recognoſcenda:

Ex eiſdem. Atque accuratè recognita in publicũ inuentariũ, probabili forma cõſcribendum, referenda curent, in Archiuio Prouinciali perpetuò aſſeruandum; vt vel ſic malis, & fraudibus quibuſque, perpetuis temporibus, opportunè proſpectum ſit. In inuentariũ referenda.

Ex eiſdem. Atque præterea ipſarum Monialium numerus, ſicubi nõdum eſt præſcriptus, Epiſcopo antea conſulto, cautiùs præſcribatur: vel iam præſcriptus augeatur, minuaturve, aut augeri, vel minui poſſit, prout ratio ſuaſerit. Numerus Monialiũ, præſcribendus.

Ex eiſdem. Si qua verò in poſterũ bonorum acceſſio, vel emptionis, obuentionis, vel legitimi cenſus perpetui, aut legati item perpetui, aut etiam annui ad certũ tempus, nondũ elapſum, vel cuiuſuis alterius generis nomine, facta fuerit; ea de re mox Prouincialis admoneatur, vt eius iuſſu acceſſio eiuſmodi in inuentarium ipſum referatur. De bonorũ acceſſiõe, quouis noĩe facta, Prouincialis admonẽdus: Eaq́; in inuentariũ referenda.

Ex Synodalibus. Et ex Viſita. Apoſt. Et ex Valliſol. 1593. Recognoſcant præterea diligenter ipſorum bonorum immobilium locationes quaſcunque, cuiuſuis generis ſint, ſimplices, perpetuas, vel ad certum tempus, nondum finitum factas: & ſi quas inuenerint ſine legitima Superioris facultate, interuentu, vel conceſſu iam factas, eas omnes & ſingulas, adhibitò vſu peritorum conſilio, adſcitis in conſilium Monaſterij Procuratoribus, vel Syndicis confirment, vel diſſoluant, prout opportunius, pro eorum prudentia, & religioſa conſcientia iudicauerint. Locationes, à Prouincialibus recognoſcẽdæ: Ab eiſq́; approbandæ, vel reſcindæ.

Ex eiſdem. In poſterùm verò locationes eiuſmodi nullatenus fiant, abſque Sine Superio-

ris auctorita-te, Locationes fieri ꝓhibetur.

abſque legitima Superioris auctoritate, atque etiam ipſius interuẽtu, vel alterius, quẽ ipſe ad id ſpecialiter delegauerit.

Quibus hæc committenda.

Et ne quidquam contra Sacros Canones, Maiorum noſtrorum Inſtituta regularia, vel ſacri Concilij Tridentini Decreta fieri, vel admitti contingat, non niſi viris prudentibus, & peritis, id muneris committatur, tumq; ſpeciali ſcripta facultate. Ex eiſdem.

Sec⁹ factæ Locationes, nullæ ſint: Et quas pęnas incurrant, q̃ eas fecerint.

Quęcunque autem poſthac aliter factæ fuerint locationes, ipſo iure nullæ ſint. Et quę ſecus fecerint, vel ſcienter fieri permiſerint, Monaſteriorum Pręfectæ, & Moniales quęcunque, omni Officio, ac ſuffragiorum iure priuentur, Superiorum arbitratu. Ex eiſdem.

Pecuniæ Moniali ũ, quomodo implicãdæ.

Pecunię quęcunque, aut ex dote, vel redituum redemptione, aut legatis, vel quacunque alia ratione, Monaſterijs obuenientes, nullis vſibus, etiam inſtaurandę clauſurę, Superioribus inconſultis, applicentur, aut applicari poſſint: ſed ex eis bona ſtabilia, vel certi reditus, aut cenſus legitimi comparentur. Ex eiſdem.

Bonorũ alienatio fieri non poſſit: Factaq; ſit irrita, & q eã fecerit plectẽdi

Nulla quoque bonorum alienatio, vel diſtractio, ſine legitima facultate fieri poſſit. Et quicquid ſecus fieri contigerit, irritum ſit, & inane. Contrafacientes verò Officio priuentur, & omni ſuffragiorum iure careant. Ex eiſdem.

Particulares reditus, Monaſterijs acquiſiti: Et Monaſterij nomine exigendi.

Reditus verò, vltra dotes Monaſterijs aſſignatas, nonnullis Monialibus, ſiue in perpetuum, ſiue earum vita durante, obuenientes, ſicuti Monaſterijs acquiſiti ſunt, & eſſe intelliguntur, ſic Monaſterijs ipſis ſuper eorum exactione actio competit. Quare Monaſteriorum Pręfectę de cętero, abſque vlla alia Monialium ceſſione, virtute contractuũ, cum ipſis Monialibus actorum, Monaſterij nomine illos exigendos curent. Hoc enim Decreto declaramus, omnes actiones eiuſmodi, Monaſterijs acquiſitas eſſe, & pro acquiſitis intelligi debere. Ex eiſdem.

Vbi fuerint exacti, in neceſſitates Monialiũ expendẽdi: Præfectæ denunciandi.

Exacti verò in Monialium neceſſitates, & earum maximè, quarum eſſent, niſi ſanctæ paupertatis votum obſtaret, expendantur. Ex eiſdem.

Moniales autem in eorum exactione nullatenus ſe intromittant: ſed Monaſterij Pręfectę quamprimùm fideliter denuncient. Ex eiſdem.

Proprietaria Monialis, quæ ſecus fecerit.

Quòd ſi qua ſecus fecerit, aut in hoc genere deliquerit, veluti proprietaria puniatur. Ex eiſdem.

Eleemo-

Ex eiſdem. Eleemoſynę preterea, munera, fructus, laborum pretia, legata, cœteraq; ſimilia, quę aut teſtamento, vel donatione, in Virginum aliquam deuenerint, in commune Monaſterij commodum conferantur. Bona particularia, in commune commodū conferenda.

Ex eiſdem. Porrò Monaſteriorum Pręfectę, & alij ipſorum bonorum adminiſtratores quicunque, adminiſtrationis, ac item accepti, & expenſi, Superioribus, aut ijs, quos ipſi ad id ſpecialiter deputauerint, ſingulis annis rationem reddere teneantur. Adminiſtrationis ratio, à Præfectis reddenda.

De numero Monialium in vnoquoque Monaſterio præſcribendo.

Ex Trid. ſeſſ. xxv. c. iij. Et ex Decret. ſacræ Congre. Et ex Valliſol. 1593. PRIMO quoque tempore in vnoquoque Sanctimonialium noſtrarum Monaſterio, certus numerus præſcribatur, ſicubi nondum eſt præſcriptus, iuxta ſacræ Congregationis ordinationes, ac ſacri Concilij Tridentini Decreta. Numerus Monialiū, in vnoquoque Monaſterio præſcribendus.

Ex eiſdem. Interea uerò nulla recipiatur; & ſi quæ iam receptę ſunt, ne veſtiantur; veſtitæ verò, ad profeſſionem ne admittantur, niſi eam dotem, eleemoſynæ nomine dederint, quæ ab Epiſcopo, vnà cum Superiore regulari, ad dictarum ordinationum præſcriptam rationem, ſtatuta fuerit. Interim de receptis aut recipiēdis, quid agendum.

Ex eiſdem. Quòd ſi contrafieri, Superiorum conſenſu, aut negligentia contigerit, Superiores ipſi Officio priuentur, & ad vocem tam actiuam, quàm paſſiuam, ex illis ipſis ſacræ Congregationis ordinationibus, inhabiles reddantur. Quas pœnas Monaſteriorum Præfectę, & Moniales quoque ſubeant, ſi earum conſenſus acceſſerit. Quas pœnas incurrant, qui cōtrafecerint.

Ex Synodalibus. Et ex Valliſolet. 1593. Cœterùm, etſi dotis prouentus, in Monaſterij ingreſſu exigendus, Conuerſarum labore, ac miniſterijs compenſetur; harum tamen, certo Monialium numero in Monaſterijs conſtituto, ſi quæ ſuperfuerint, emittantur, niſi profeſſionem fecerint. Nouitiæ Conuerſæ, ſupra numerum, emittādæ.

De Monaſterij Præfecta, & eius Officio.

Ex Trid. ſeſſ. xxv. c. vij. Et ex Valliſol. 1593. ABBATISSA, ſeu Monaſterij Præfecta, quocunque nomine vocetur, non minor annis quadraginta eligatur, & Cuius ætatis Monaſterij Pręf

fecta eſſe debeat: Et qualis: tur, & quæ annis octo poſt profeſſionem emiſſam laudabiliter vixerit, vt ſacra Tridentina Synodo ſanctè Decretum eſt.

Et ſi talis ĩ eo Monaſterio nõ reperiatur, q̃d agendum. Quòd ſi prædictis qualitatibus non reperiatur in eodem Monaſterio, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit. Porrò ſi hoc etiã ei, qui electioni præfuerit incõmodum videbitur; ex ijs, quæ in eodem Monaſterio annũ trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, accedente Superioris conſenſu, eligi poterit. Ex eiſdem.

Electiões, vbi, & quibus præſentibus celebrandę. Qui verò electioni præfuerit, Monaſterij ſepta hac de cauſa ingredi non poſſit: ſed ad Crates, duobus alijs, ijsq; probatis, & prudentibus viris ſibi aſſiſtentibus, vota ſingularum audiat, vel recipiat. Ex eiſdem.

Electiones, p vota ſecreta celebrandæ: Et quomodo. Quò autem omnia rectè, ac ſine vlla fraude fiant, omnes Abbatiſſæ, ſeu Monaſteriorum Præfectæ, ex ſacra Tridentina Synodo, per vota ſecreta eligi debent, ita ut ſingularũ eligentium nomina nunquàm publicentur. Quòd ſi qua aliter electa fuerit, eius electio nulla ſit. Electiones tamen eiuſmodi non per ſchedulas, ſed verbotenus, pro veteri, ac probata Religionis conſuetudine fiant. Ex Trid. ſeſ. xxv. ca. vj. Et ex Valliſol. 1593.

Cui maior pars acceſſerit, ab omnibus electa cẽſeatur. Quibus autem Capituli maior pars Monialium acceſſerit, niſi Superioris iudicio inhabiles eſſe videantur, ab omnibus canonicè, ac rite electæ cenſeantur. Ex antiq. Et ex vet. cõſue. Et ex Vall. 1593.

Quæ in electionibus Abbatiſſæ, votum non habeant. Porrò in electionibus eiuſmodi, votum non habeant, quæ duos annos à profeſſione emiſſa nõ exceſſerint. In alijs autem electionibus omnes profeſſæ, quę tamen Conuerſæ non ſint, votum habeant. Ex eiſdem.

Quibus Officijs germanæ priuentur, vbi earum vnà pręfuerit. In quibus verò Monaſterijs, plures ſorores germanæ fuerint; ſi earum vna Monaſterio præfuerit: reliquæ, neque Vicariæ, neque Diſcretę, neque Ianitrices, neque Scribæ, aut Cellerarię eſſe poſſint. Ex eiſdem.

Præfectę, triẽnium non excedant. Omnes Monaſteriorum Pręfectę aut annuales, aut biennales ſint, pro cuiuſque Monaſterij probata conſuetudine. Illud verò omnino caueatur, vt triennium nullo modo excedant, aut excedere poſſint, ſub priuationis Officij pœna, Superioribus, ſi ſecus fieri permiſerint, omnino incurrenda. Ex Ro. 1571. Et ex Pariſ. 1579. Et ex Apoſt. Sixti V. Conſtit. Et cõis cura, &c. 1587.

Integro triennio eis vacandum. Peracto autem triennio, omnino eis vacandum eſt, & ad illud, & aliud quodcunque Superioritatis Officium, niſi poſt alterum integrum triennium, eligi non poſſint. Ex eiſdem.

Mona-

Ex Synodalibus. Et ex Valliſolet. 1593.

Monaſterij Præfecta, quocunque nomine vocetur, tanquàm communis omnium mater, vt eſt omnibus Præpoſita, ſic omnes virtutibus præcellat, omnibusq; & probitatis, & ſanctitatis exemplo ſit.

Præfecta, reliquas oẽs virtutibus præcellat: Omnibus exẽplo ſit:

Ex eiſdem.

Communis vitæ rationem in omnibus ſeruet, ſingulasq; Sorores in omni uitæ actione ædificare ſtudeat.

Communem vitam ſeruet:

Ex eiſdem.

Diuina officia, vt per occupationes ſibi licuerit, præ cęteris omnibus frequentet.

Diuina officia frequẽtet:

Ex eiſdem.

Benedictioni menſæ, quoad eius fieri poterit, ſemper adſit, ac item gratiarum actioni.

Refectorio ſẽper adſit:

Ex eiſdem.

Pro munere pręterea, quod ſuſtinet, hæc præſtanda diligenter curet, vt Chriſtiana pax, & concordia inter Sorores perpetuò conſeruetur. Quod ſanè ſe pręſtituram certò ſperet, ſi nulli Sororum vim inferat, aut inferri ab vlla patiatur.

Pacẽ inter Sorores ſeruet:

Ex eiſdem.

Communia Officia ſæpè viſitet, ſingula diligenter inſpiciat, & vt omnes omnia debitè præſtent, ſtudioſè curet.

Cõmunia Officia viſitet:

Ex eiſdem.

Si quid emendandum inuenerit, prudenter emẽdet, & ſi quæ in culpa fuerit, eam pro dignitate moneat, vt deinceps cautiùs agat.

Emẽdatione digna, emẽdet: Delinquẽtesq; moneat:

Ex eiſdem.

Si quam inuenerit, quę Sororem criminetur, conuitietur, aut iniurias cuiquam inferat, vel Sororum pacem quoquo pacto perturbet, in eam grauiter animaduertat, ac pro qualitate delicti ſeuerè peccantes corripiat, & pro dignitatis munere Sorores conciliet.

In peccantes animaduertat: Sorores conciliet:

Ex eiſdem.

Collocutionum loca, quæ Parlatoria vocantur, quotidie inuiſat; atque vt intus, & foris ſemper clauſa ſint, efficiat: nec verò cuiquam aperiantur, niſi ſuo cõceſſu: ſciatq; ſemper, quibus, & quam ob cauſam aperienda ſint.

Parlatoria quotidie viſitet, eaq;, nõ niſi ſuo conceſſu, aperienda curet:

Ex eiſdem.

Antequàm aperiantur, facultates videat, & omnia, quæ hac de re, Maiorum noſtrorum Conſtitutionibus, & Decretis præſcripta ſunt, vt accuratè ab omnibus æquè ſeruentur, pro decoris, & ſanctę honeſtatis accuratiùs ſeruandæ gratia, diligenter curet.

Facultates loquendi videat: Decreta Maiorũ circa clauſuram, diligenter ſeruet:

Ex Synodalibus. Et ex Viſita. Apoſt. Et ex Valliſol. 1593.

Diebus feſtis, in eis colloquia omnino prohibeat, niſi vrgenti de cauſa, ſuo iudicio probata, ſecus quandoque permittendum cenſuerit; tumq; vt breuibus agatur, omnino efficiat.

Diebus feſtis colloquia neget:

Ex eiſdem.

Clauſurę oſtia, vt ne vnquàm aperiantur, niſi neceſſa-

Clauſurę oſtia, nõ niſi neceſſa-

tiam

riam ob cauſam, diligentiſſimè curet. — *tiã ob cauſã aperiri ſinat:*

In eis colloqa nulla pmittat: Nec verò ad ea, quauis ratione, colloquia permittat: cùm id ſub Excommunicationis pœna interdictum ſit. — *Ex eiſdem.*

Ea ſępius inſpiciat, clauēq; cuſtodiat: Singulis diebus mane, ac veſperi clauſuræ oſtia videat, ac diligenter inſpiciat; atque clauem alteram apud ſe noctu tutò cuſtodiat, & aſſeruet. — *Ex eiſdem.*

Probatiſſimas Sorores eis prę ficiat: Probatiſſimæ vitæ Sorores, & quidem ex antiquioribus, vnam ſaltem, hancq; primam, ipſis clauſuræ oſtijs pręfici curet. — *Ex eiſdem.*

Omnes æquè diligat: Sorores omnes æquè diligat vt filias, omnibus æquè prouideat, pro facultatum modo, & perſonarum qualitate. — *Ex eiſdem.*

Rationē meritorum habeat: Ne vllam alteri, quauis ratione pręferat, niſi pro diuerſitate meritorum, & perſonarum qualitate, ætateq;. — *Ex eiſdem.*

Neceſſitates intelligat: Singularum neceſſitates diligenter intelligat, & ex communibus Monaſterij bonis, & facultatibus, omnibus prouidere, ſtudioſè curet. — *Ex eiſdem.*

Cellas ſępè viſitet, atque auferēda auferat: Singulas ſingularum cellas ſæpè viſitet, & omnia diligenter inſpiciat; ac vana quęcunque, curioſa item, ſuperfluaq;, ac paupertati, honeſtatiue minus conuenientia, omnino auferat. Quas verò in ijs culpabiles inuenerit, in eas animaduertat, pro qualitate delicti. — *Ex eiſdem.*

Infirmas viſitet, & neceſſaria prouideat: Sorores infirmas ſæpiſſimè viſitet, ac piè conſoletur, curetq; diligenter, vt nihil eiſdem deficiat, quod neceſſarium fuerit. — *Ex eiſdem.*

Grauiter ęgrotantes, ad præparationē hortetur: Quas grauiter laborare cognouerit, eas ſtudioſè quidem admoneat, atque efficaciter hortetur, vt quamprimū confiteri velint, atque ita ſe præparent, ac ſi tunc ex hac vita eiſdem ad Dominum migrandum eſſet. Et in hoc omne ſtudium adhibeat, ne ſua culpa, vel negligentia, vlla vnquàm pereat. — *Ex eiſdem. Et ex Apoſt. Pij V.*

Infirmariæ præfectas, ſuis Officijs nōdeeſſe, curet: Quæ Infirmarię loco præfuerint, atque ægrotantium curam ſuſceperint, an munera ſua diligenter præſtent, atque ęgra valetudine laborantibus, eo charitatis ſtudio inſeruiant, quo ſibi ſeruiri vellent, Præfecta diligenter cognoſcat. — *Ex Valliſolet. 1593.*

In negligētes grauiter animaduertat, Quas ſi in obeundo charitatis Officio eiuſmodi, negligentes repererit, eas admoneat, & reprehendat, & arguat, atque etiam compellat, grauiter in eas animaduertendo, — *Ex eiſdem.*

prout

prout ratio ſuaſerit.

Ex eiſdem. Aliç Sorores item, ſingulas infirmas ſæpè viſitent, conſolentur, & adiuuent, prout charitas, & pietas expoſtulant; ac illis ita ſeruiant, ſicut ſibi ſeruiri vellent. Neglig͂etes puniantur, arbitrio Præfectæ, pro negligentię modo. Infirmæ Sorores, ab alijs omnibus ſæpè viſitandę.

De obedientia.

Ex D. Bernar. in Matth. Et ex Valliſol. 1593. FAMILIARIS ſiquidem, & amica ſaluti obedientia eſt: ſed obedientia firma, & ſtabilis, quæ fundata eſt ſupra firmam petram. Melior eſt enim obedientia, quàm victimæ, & acquieſcere nolle, vt peccatum ariolandi eſt. Vnde & vitæ quoque ipſe Saluator CHRISTVS Dominus hanc virtutem prætulit, eligens magis animam ponere, quàm obedientiam non implere. Propterea enim factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Obediētia, ſaluti amica.

Ex eiſdem. Obedientia itaque, virtus virtutum maxima, vt vbiq;, ac ſemper ſalutaris eſt, ſic vobis omnibus, ſorores in Chriſto cariſſimę, ſummopere neceſſaria. Obedientia, ſummopere neceſſaria.

Ex eiſdem. Matri igitur Monaſterij Pręfectæ, omnes ęquè obedientiam præſtate, ac item Matri Vicariæ, cæterisq; ex ordine rectè diſponentibus. Sic enim & naturæ ordo exigit, & Chriſtiana, ac regularis inſtitutio vel maximè depoſcit, vt inferiores omnes, Superioribus, & Præpoſitis obediant. Præfectis, obediētia pręſtanda à Monialib.

Ex eiſdem. In obeundis muneribus nulla ſit, quæ renuat, ſed omnes æquè obediant, vt ſanctæ obedientiæ votum requirit. Si contrafieri contigerit, violatę obedientiæ afficiatur pœna, quæcunque in culpa fuerit, arbitrio Matris Abbatiſſæ, ſeu Monaſterij Pręfectę: quę Superiorem etiam admoneat, ſi neceſſarium eſſe cenſuerit. Officia renuere, Monialium nulla audeat.

Ex eiſdem. Et ex Salmant. capit. xj. Quæ autem in contumacia perſeuerauerit, & Superiori obedire noluerit, carceribus mancipetur, aut etiam, ſi pro contumaciæ ratione, ita expedire videbitur, ab eo in aliud Monaſterium transferatur. Cōtumax Monialis carceretur, aut ĩ aliud Monaſterium transferatur.

Ex eiſdem. Cuius Abbatiſſa, vel Præfecta eam recipere omnino teneatur, ſub Excommunicationis pœna, & alia etiam, Superioris arbitrio, ei ſubeunda. Trāslata Monialis recipienda.

Ex eiſdem. Monaſterium verò, à quo rea transferenda erit, ei Monaſterio, ad quod tranſlata fuerit, impenſas ad victum, & veſtitum Trāslatæ Moniali ſubmini-

ſtranda alimẽta à ſuo Monaſterio.

veſtitum pro ea, quoad vixerit, neceſſarias, ſub eadem pœna, eius Monaſterij Præfectę, ſi neglexerit, omnino ſubeunda, ſuppeditare teneatur. Quod ſemper ſeruandũ decernimus, quotieſcunque Monialis aliqua, quauis de cauſa, è ſuo ad aliud Monaſterium, Superiorum iuſſu, transferenda erit.

Monialium translatio, correctionis cauſa, Superiorib. libera.

Ex eiſdem. Et ex Salmant. capit. xj.

Nam præſenti Decreto, & huius Statuti virtute, Prouincialibus liceat, Moniales inſolentes, aut criminoſas, de Monaſterio ad Monaſterium, prout eis opportunius videbitur in Domino, correctionis cauſa transferre.

Monaſteria, translatas Moniales recipere teneantur.

Ex eiſdem.

Monaſteria verò, ad quæ Moniales eiuſmodi in dies transferri contigerit, vt eas recipiant, & recipere teneantur, id ſanè firmiter præcipimus, ſub eiſdem pœnis, & alijs etiam grauioribus, ipſorum Prouincialium arbitrio, contradicentibus imponendis.

Monaſterium inobediens, relinquẽdum: Et fratres, ad eius curam deputati, amouendi.

Ex eiſdem. Et ex Apoſtolicis Gregor. XIII. Quoniam &c. 1575.

Quòd ſi Monaſterium quodpiam adeò perfricatę frontis fuerit, vt ſpreta Superiorum auctoritate, ruptoq; ſanctę obedientiæ vinculo, in contumacia perſtiterit, aut ad Principes, vel Magiſtratus, aut ad quoduis externum tribunal pro auxilio, ope, fauore, vel conſilio, contra Ordinis iuriſdictionem, ac libertatem confugerit; illud anathematis vinculo, ex Apoſtolica Sanctione innodatum, ab Ordinis ipſius cura continuò abdicandum, & ab eo fratres quoſcũque, ad eius curam, & gubernationem deputatos, auocandos, & amouendos eſſe, & abdicari, auocari, & amoueri debere, conſultò decernimus, & ſtatuimus: atque prætarea, vt id ab omnibus inuiolatè ſeruetur, firmiter præcipimus, ſub graui ſuſpenſionis pœna, & alia grauiori etiam, Superiorum arbitrio, negligentibus omnino incurrenda.

De paupertate.

Grauiſſima ad paupertatẽ hortatio.

Ex Valliſolet. 1593.

PAVPERIS ſponſi IESV, qui cùm eſſet diues, pro nobis factus eſt pauper, pauperes ſponſę Virgines, pauperis matris filiæ, paupertatem, quam voluntariè quidem elegiſtis, non coactè, ne moleſtè feratis: ſed colite, ne ſitis degeneres à matris, & ſponſi paupertate.

Paupertatẽ docuit Chriſtus:

Ex eiſdem.

Paupertatem enim dilexit, & docuit cęleſtis ſponſus, & Magiſter veſter Chriſtus, qui naſcens, in præſepio ponitur, & nudus

& nudus in cruce moritur.

Ex eiſdem. Paupertatem elegit, ac ſibi perpetuò deſponſauit Sanctiſſimus Pater noſter Franciſcus: quam ſanctiſſimè docuit ſanctiſſimam Virginem Claram, ſponſam Chriſti, matrem veſtram: quę paupertatem amplexa, ſpreuit mundi diuitias, paupercula pauperculum ſecuta.

Pater itē Franciſcus, & Mater Clara.

Ex eiſdem. Paupertatis igitur, quam & vos ſanctiſſimè deuouiſtis, ſtudioſiùs ſeruandę gratia, hęc vobis inuiolatè ſeruanda pręſcribimus.

Quæ paupertati cōueniūt, ordinantur.

Ex eiſdem. Communis vitæ rationem, in labore, victu, & veſtitu, omnes æquè exactè ſeruate: dedecet enim, & eſt ab eo, quod ſanctè profitemur, ſanctorum Patrum Inſtituto, valde alienum, vt quę communis vitę rationem profitemini, ab ea vel paululum quidem, quouis modo diſcedatis, declinetiſq;.

Communis vitæ ratio, ſeruāda: Et ab ea ne paululum quidem declinandum.

Ex Trid. ſeſſ. xxv. cap. ij. Nulla ſit, quæ denarios extra communem eleemoſynarum capſulam, neque in ea item, vt proprios habeat, vel quidquam aliud, vt proprium poſſideat, prout Tridentina Synodo etiam cautum eſt.

Nulla Monialis denarios, nulla propriū quid habeat.

Ex Synodalibus. Et ex Viſita. Apoſt. Et ex Valliſol. 1593. Pecunia omnis, eleemoſynæ nomine, vel donationis gratia, vndecunque oblata, liuellorum, ac legatorum item, & quæ ex laboribus in dies acquiritur, Monaſterij Pręfectæ ab omnibus fideliter conſignetur, atque in communi eleemoſynarum capſula ſeruetur.

Pecunia omnis, in commune conferēda.

Ex eiſdem. Ex ijs autem, & alijs Monaſterij bonis, eleemoſynis, & reditibus, Monaſterij Præfecta, tanquàm communis omnium mater, omnibus quidem ęquè, ac diſcretè prouidere ſtudeat; tum ei potiſſimùm, cuius gratia, quouis nomine, & quacunque ratione, quidquam donatum fuerit.

Monaſterij Præfecta omnibus prouideat.

Ex eiſdem. Quòd ſi Pręfecta id non præſtiterit, vel quauis ratione neglexerit, Superioris iudicio, atque arbitrio coerceatur, vel etiam, ſi ita demeruerit, ſuſpendatur Officio, vel etiam priuetur, prout ei magis expedire videbitur in Domino.

Pręfectę neglig ētia, grauiter coercenda.

Ex eiſdem. Communis verò eleemoſynarum capſula, tuto loco poſita, collocataq;, duabus clauibus, ijſq; diuerſis, ſemper clauſa ſit: quarum vnam Pręfecta cuſtodiat, alteram verò vna ex Matribus Diſcretis, per Capitulum eligenda conſeruet.

Eleemoſynarū capſula, duab⁹ clauibus obſerrāda: Et claues, à quibus ſeruādæ.

Ex eiſdem. Nec verò capſula eiuſmodi aperiri, vel pecunia quæuis ex ea extrahi liceat, niſi neceſſariam ob cauſam, communi

Capſulā apiri, & pecuniā extrahi, qūo liceat.

V Matrum

Matrum iudicio probatam.

Pauci denarij, extra capſulã aſſeruandi.

Liceat tamen Præfectę, de Matrum conſilio, nummos paucos, apud aliquam ex Sororibus, communi Matrum cõſilio, ac iudicio probatam, aſſeruare; vt quotidianis vſibus neceſſarijs prętò eſſe, & faciliùs prouideri poſſit. Ex eiſdem.

Adminiſtrationis ratio, à quibus, quoties, & quomodo reddenda.

De quibus omnibus prætereà, tum acceptis, tum expenſis, Monaſterij Præfecta, tum in Capitulo ſępè, Monialibus capitulariter congregatis, tum Matribus conſilij, ac item Superiori bis, aut ſemel ſaltem quotannis, rationem reddat: vt omnes intelligere poſſint, quomodo Monaſterij bona rectè, ac fideliter adminiſtrentur. Quòd ſi neglexerit, grauiter coerceatur, Superioris arbitratu. Ex eiſdem.

Vendere quid, aut emere, quomodo Moniali vetitum, aut cõceſſum.

Monialium nulli quidquam vendere, vel emere liceat, niſi cõceſſu Matris Abbatiſſę, ſeu Monaſterij Præfectę. Quæ ſecus fecerit, proprietatis rea cenſeatur, & pro delicti qualitate puniatur, quęcunque ſit, Monaſterij Præfectę, vel Superioris arbitratu. Ex eiſdem.

Nihil Monaſterij, dono detur.

Monaſterij pręterea quidquam nemini domo detur, niſi minimum ſit, tumq; aut communi conſenſu, aut accepta facultate, vt Apoſtolica Sanctione etiam cautum eſt. Ex eiſdem. Et ex Ap. Cle. VIII Cõſt. de mnne rib. non dãdis.

A muneribus dandis, recipiẽdisve cauẽdũ.

A muneribus tum dandis, tum recipiendis omnes abſtineant, niſi ratione aliqua, Monaſterij Præfecta, ad Apoſtolicæ Conſtitutionis pręſcriptum, ſecus quandoque permittendum cenſuerit. Ex eiſdem.

Quibus pęnis ſubiacere dẽat, quæ in dictis deliquerit.

Quæ horum quidquam neglexerit, omiſeritve, aut alia quauis ratione in ijs erratis deliquerit, violatę paupertatis pœnis, aut ex ſacra Tridentina Synodo, aut ex Pontificia Conſtitutione decretis ſubiaceat. Ex eiſdem. Et ex Tridẽt. ſeſſ. xxv. cap. ij.

De honeſtate.

Virginitatis ſtudio, quę Monialibus euitãda.

QVò accuratiori ſtudio, ſacratam Deo Virginitatem, illibatam perpetuò conſeruetis, externorum quorumcunque, tum hominum, tum mulierum aſpectus, colloquia, viſitationes, commercia cauete, deuitate, fugite. Ex Synodalibus. Et ex Valiſolet. 1593.

Nunquã ſolæ cum viris quibuſq; loquãtur

Si verò cum ijs, quandoque vobis neceſſariò colloquendum erit, quæ ſimul audiant ſemper adſint, nec vllo quouis tempore, ſolæ cum vllo, vllaue loquamini. Ex eiſdem.

Viros alloquẽtes, imò eos vi-

Tum velum ad os vſque ſemper habeatis, tum verò maximè, cùm feneſtellulis apertis colloquendum erit, etiam ſi Ex eiſdem.

parentes.

parentes ſint, vel quacunque affinitate propinqui. Illud etiam continuò inuiolatè vobis ſeruandum eſt, cùm Monaſterij ſepta exteros quoſcunque, Superiorum conceſſu, ingredi contigerit; & ijs quidem maximè, quæ ad comitandum delectæ ſunt. Quòd ſi fieri poſſet, vt ab exteris quibuſuis nunquàm videremini, honeſtati, & decori eſſet ſanè optimè conſultum, & proſpectum. — *Suæ, aut ab eis videndæ intra ſepta, velo facies obtegant.*

Ex eiſdem. Illud verò vobis ſingulis inuiolatè omnino ſeruandum eſt, vt ad clauſuræ oſtia, quacunque de cauſa, colloquendi ratione, aut viſitationis gratia, nũquàm accedatis: illud perpetuò cogitantes, id ſub Excommunicationis pœna vetitum eſſe. — *Ad oſtia clauſuræ, ne loquatur.*

Ex eiſdem. Quæ verò Ianitrices deputatæ fuerint, faciem ad os vſque, velo ſemper contegant, clauſuræ oſtia externis cùm aperuerint. — *Ianitrices cũ fuerint, faciem velent.*

Ex eiſdem. Literas ſcribere, aut recipere vobis ne liceat, prętetquàm Superioribus, niſi Monaſterij Præfecta eas, tum miſſas, tum acceptas antea legerit. — *Lr̃as ſine Præfecta, ne dent, aut accipiant.*

Ex eiſdem. Voti ſanctę honeſtatis accuratiùs ſeruandi gratia, nuſquã de rebus vanis loquamini, à verbis ſcurrilibus abſtinete, colloquia mala, quæ bonos mores ſæpè corrumpunt, omni ratione, & ſtudio deuitate. — *A quibus verbis abſtinere debeant.*

Ex eiſdem. Imagines non profanas, ſed eas habeatis, quæ chriſtianæ pietatis, Religionis augmentum, & adiumentum præbeant; & eæ quidem ne curioſiùs elaboratæ ſint, ſed paupertatis ſtatui omnino conueniant. — *Quas imagines habere poſſint.*

Ex eiſdem. In omni vitę ratione à faſtu, luxu, ambitu, vel ambitione, & ab omni denique vanitate omnino abhorrete, nec verbis quidem, uitę modum peruertite. — *Ab omni vanitate abhorreant.*

Ex eiſdem. Nihil ſcurriliter, iocosè nihil, nihil indecorè, turpiter nihil loquamini. — *A ſcurrilibus abſtineant.*

Ex eiſdem. Abſintà vobis maledicta, obtrectationes, curioſitates, leuitates, aſſentationes, nugæ, ac iurgia quæq;. — *A maledictis caueant.*

Ex eiſdem. Comeſſationes, compotationes, conuiuia, & id generis quodcunque ſtudioſiùs cauete, atque omnino declinate. — *Comeſſatiões euitent.*

Ex eiſdem. Libros quoſq; de rebus iocoſis, ridiculis, inanibus, obſcęnis, turpibus, vulgari præſertim ſermone conſcriptos, vel quauis ratione ſuſpectos, procul abijcite. — *Quos libros abijciant.*

Ex eiſdem. Nec verò pręterea muſicas cantiones, ridiculę, volupta- — *Cãtiones ridiculas abhorreãt*

riè, parumq; pudicè confectas adhibete, quinimo ab eis etiam abhorrete.

Religionis habitum, nunquã exuant. Nullo quouis tempore, neque etiam animi recreandi gratia, Religionis habitum exuite, neque ſæcularis cuiuſuis generis induite. Ex eiſdem.

Quibus potiſſimùm vacent. Magis autem ſanctis meditationibus, diuinis officijs, orationibus, lectionibus, colloquijs ſpiritualibus, vt per occupationes neceſſarias vobis licuerit, perpetuò vacate. Ex eiſdem.

Deũ pro Theſauri cœleſtis conſeruatione, maximè precẽtur. Denique aſſiduè Deum precèmini, & ab eo humiliter, atque inſtanter poſtulate, vt cœleſtem ſanctę Virginitatis Theſaurum, in vaſis fictilibus, debitè, ac tutò cuſtodire, ac ſanctè, atque omnino inuiolatè ſeruare poſſitis. Ex eiſdem.

De Capitulo.

Religioſas perſonas ſæpè ad Capitulum cõuocari, vet' Inſtitutum. PERVETVS illud Inſtitutum eſt, tum à ſanctis Patribus, tum ab Eccleſia probatum, vt perſonę, quę religioſam, ac regularem vitam profitentur, ad locale Capitulum, Superiorum iuſſu, ſępè conuocentur, vt ibi regularibus Inſtitutis, & monitis ſalutaribus omnes opportunè inſtruantur. Ex antiquis. Et ex Valliſolet. 1593.

Ideo ad Capitulũ, Præfecta Sorores cõuocet. Ad Capitulum igitur Sorores omnes, Monaſterij Præfecta, Capitularis Campanæ ſigno, ſæpè conuocet, pro loci, ac temporis ratione. Ex eiſdem.

Singularũ ibi culpas audiat. Ibiq; ſingularum culpas audiat, ſingulaſq; charitatiuè moneat, reprehendat, & arguat, ac debitis pœnis misericorditer afficiat, prout ratio ſuaſerit. Ex eiſdem.

Oẽs ad iugem ſuæ vocationis memoriã, hortētur. Omnes præterea, pro ſuo munere, ſtudiosè cohortetur, vt vocationis ſuæ, qua CHRISTVS Dominus, pro ſua miſericordia, eas dignatus eſt, perpetuò ſint memores: vt vel hac ſalutari, aſſiduaq; recordatione, diuinitus excitatæ, ſingula, quæ ſanctè, ac piè profitentur, ſtudiosè, ac diligenter præſtent. Ex eiſdem.

Ad virtutes itẽ ſectandas: ad vitia fugiẽda: ad mutuã charitatẽ: ad pacificè Præſertim verò, vt paupertatem ſeruent, puritatem cuſtodiant, obedientiam præſtent, virtutes omnes ſectentur, vitia fugiant, ac deteſtentur, mutua charitate ſe proſequantur, honore ſe inuicem præueniant, pacifi- Ex eiſdem.

pacificè viuant, ſolicitę ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis. — viuẽdũ: Ad vnitatẽ ſpiritus.

Ex eiſdem. Et ex D. Ambr. in Luc. — Humilitatem Virginitati coniungant, quia non eſt Deo cara, ſine humilitate Virginitas; nec ei placet impudica, inuerecundaq; humilitas. Decet enim, vt quantò caſtior virgo, tantò humilior ſit. — Ad Humilitatẽ puritati iungendam.

Ex eiſdem. — In timore Dei permaneant, ſuam quęq; ſalutem in timore, ac tremore cooperentur, videant ne cadant è ſublimi virginitatis gradu. — Ad cum timorẽ, quo videant ne cadant:

Ex eiſdem. — Diuinum officium frequentent, orationibus vacent, ſępè confiteantur, ac ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento dignè communicent. — Ad diuinorũ officiorum frequentiam:

Ex eiſdem. Et ex D. Pau. Apoſtolo. — Vna animi conſenſione, vnoq; ſpiritu in ijs elaborent, vt & diuino cultui, & cœleſtium rerum meditationibus, orationibus, & ſtudijs ſpiritualibus aſſiduè vacantes, depoſitis ſæcularibus negotijs, vaniſq; ſolicitudinibus, ab omni vitio alienæ, in via Domini rectè ambulent. — Ad cęleſtium rerum meditatiõnẽ, ſtudiaq; ſpiritualia:

Ex eiſdem. — A vanis colloquijs abſtineant, hominumq; aſpectus, & externorum quorumuis deuitent; cum externis, niſi accepta facultate, ne loquantur; munera ſua quæq; diligenter obeant, & accuratè præſtent. — Ad vana colloquia vitanda:

Ex eiſdem, Et ex D. Pau. — Denique quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quęcunque ſancta, & pia, ea ſemper cogitent, agant, meditenturq;. — Ad totũ deniq; pietatis, ac Religionis cultũ.

Ex eiſdem. — Hæc autẽ, & alia, Monaſterij Præfecta, Monialibus capitulariter congregatis, pro ſua pietate, & prudentia inſinuare poterit, ea verborum vi, & efficacia, eoq; ſpiritu, & animi ardore, vt facilè Monialium animos ad pietatem, ad omneq; bene agendi officium, ac virtutis, & ſanctæ obſeruantię ſtudium, ac regularis vitæ diſciplinam, efficaciter inducat. — Qua verborũ vi, in prædictis inſinuãdis, vti debeat Præfecta.

De benedictione Menſæ, & gratiarum actione.

Ex antiq. Et ex Salm. c. xj. Et ex Vall. 1593. — MONIALES è Capitulo Refectorium ingredientes, omnes ſuo loco, & ordine ſtent, ac menſæ pro loci, ac temporis ratione benedicant. — Menſæ à Monialibus benedicendum.

Lectio ad mẽſam, habenda: Animusq; ſpirituali cibo paſcendus.

Deinde, benedictione peracta, ſuo loco, & ordine ſedentes, cibum in ſilentio capiant, ſacramq; lectionem, pro veteri Inſtituto legi ſolitam, attentè audiant, vt ſimul cum corpore, ſuo quoque ſpirituali cibo recreetur, & paſcatur animus. Ex eiſdem.

Silentium, in menſa ſeruandum.

In Menſa nulla loquatur, rideat nulla, nulla rixetur, vel obſtrepat, neque item vagis aſpectibus, & oculis huc, atque illuc circunſpiciat. Ex eiſdem.

A benedictione mẽſę, & gratiarum actione abeſſe, nulli liceat.

De menſa ne ſurgant, niſi neceſſitas coegerit, tumq; venia priùs impetrata. Benedictioni, ac item gratiarum actioni omnes ſemper interſint, niſi legitimo impedimento detineantur, Monaſterij Præfectę antea probato. Ex eiſdem.

Negligentia in prędictis, coercenda.

Quæ in ijs erratis deliquerit, debitis pœnis afficiatur, atque etiam arceatur, pro delicti modo, Præfectę arbitratu. Ex eiſdem.

De diuino officio, & oratione.

Ad diuina officia, à Monialibus cõueniẽdũ.

AD diuina officia die noctuq; Sorores omnes, & ſingulæ ſolicitè conueniant. Ex Valliſolet. 1593.

Quomodo in Eccleſiã ab eis intrandum.

Et vbi primùm in Eccleſiam intrauerint, coram Altari, vbi ſanctiſſimum CHRISTI Corpus, ex chriſtiana pietate aſſeruatur, genua flectant, ac pauliſper orent. Ex eiſdem.

Quomodo ad ſua loca cuiq; accedendũ, ibiq; ſtandum.

Deinde ſurgentes, graui quidem inceſſu, ac decenti corporis geſtu, ſuo loco, & ordine vnaqueq; ſe recipiat, ac ibi genuflexa deuotè permaneat, donec Præfectę iuſſu, ſurgendi ſignum detur. Ex eiſdem.

Quomodo ab eis in Choro orandum.

Omnes in choro ſtatis horis aſſiſtentes, ad Deum pro fidelibus pias, ac religioſas preces effundant. Et dum eo loco fuerint, illud altè cogitent, adeſſe IESVM CHRISTVM Dominum, cui cum timore, ac tremore ſeruiendum eſt. Ex eiſdem.

Quomodo, item pſallẽdũ.

Non pigrę, non ſomnolentę, non oſcitantes, ſemper adſint, non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis ſtatu: ſed attentè, ſtudioſè, rite, piè, religioſè, decenti corporis geſtu, ac modulatis vocibus, diuinas laudes concelebrent, & Deo pſallant in conſpectu Angelorum, cantantes in vocibus, exultantes in cordibus, in hymnis, & canticis ſpiritualibus, Deo gratias agentes, & pſallentes in vnum, quoniam benignus, & ſuauis eſt Dominus, quoniam Ex eiſdem. Et ex D. Pau.

niam in æternum miſericordia eius.

Ex Valliſolet. 1593. In Choro nulla priuatim, nulla tacitè officium recitet: ſed omnes pariter, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini. Quomodo recitandum officium.

Ex eiſdem. A quibuſcumque colloquijs, & à literarum, librorumue lectionibus, atque ab omni euagatione, & riſu abſtineant. A quibus abſtinendum.

Ex eiſdem. Et ex Rituali. Pro temporis autem, & officij ratione, ſedeant, ſtent, genua flectant, caput inclinent, aſſurgant, idemq; omnes æquè præſtent. Quæ à ſingulis æquè præſtāda.

Ex eiſdem. Diuinum officium à præſcripto nullatenus variari liceat. Illud alternis vocibus rite compoſitis, clarè, ac diſtinctè pronuncient, dicant, canantve, pro loci, ac temporis ratione. Officium variare, nulli Moniali liceat.

Ex eiſdem. Et ex antiquis. A diuinis officijs, & orationibus, ſtatis horis quotidie in Eccleſia religiosè quidem, ac piè celebrandis, & fiendis, abeſſe, vel diſcedere ne liceat, niſi publici muneris obeundi ratio excuſet, aut neceſſitas, Præfectę iudicio probata, coegerit. Nec ab officio abeſſe.

Ex eiſdem. Quæ verò quacunque ratione diuinis officijs in choro adeſſe non poterunt, illud ad præſcriptum omnino recitent: nec verò negligenter, ſed attentè, ac deuotè eis dicendum eſt. Extra Chorū, quō dicendum à Monialibus officium.

Ex eiſdem. Accuratè demum in recitandis diuinis officijs, omnia ſeruentur, quæ eo de genere ſanctè præſcripta ſunt. Quę gñaliter in diuinis officijs ſeruanda.

Ex eiſdem. Denique ad promerendam indulgentiam, & remiſſionem omnium defectuum, in recitatione diuini officij, humana fragilitate admiſſorum, ab Leone Decimo Summo Pontifice conceſſam, quotieſcunque terminatur Officium, vel ab omnibus ſimul, vel cęteris attètè, ac deuotè audientibus, ab ea tantùm, quæ Hebdomadarij fungitur Officio, flexis genibus, clara, & intelligibili voce, humiliq; ſupplicatione dicatur. Quomodo diuina officia ſit terminanda.

Ex Comp. Priuileg. SACROSANCTAE, indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Domini noſtri IESV CHRISTI humanitati, Beatiſſimæ, ac glorioſæ, ſemperq; Virginis Mariæ fœcunditati, atque integritati, & omnium Sanctorum vniuerſitati, ab omni creatura ſit ſempiterna laus, honor, & gloria, Nobisq; Deuota Oratio, in fine officij dicenda.

biſq; remiſſio peccatorum, per infinita ſæcula ſæculorum Amen. Et beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium. & beata vbera, quæ lactauerunt CHRISTVM Dominum. Deinde Pater noſter &c. Aue Maria &c.

Quomodo è Choro, pactis iam diuinis officijs, exeundũ.

Diuinis officijs abſolutis, diſcedere ne liceat, niſi dato, Præfectę iuſſu, diſcedendi ſigno. Abeuntes autem, quo ordine ad chorum venerant, eodem egrediantur, religioſè quidem, ac grauiter incedentes, flexis antea Sanctiſſimo, ac venerabili Sacramento genibus. Ex Valliſolet. 1593.

In delinquentes circa prædicta, animaduertendum.

Quæ in ijs erratis deliquerit, in eam Præfecta grauiter animaduertat, & omnino curet, vt iuxta menſuram delicti, ſit & plagarum modus. Ex eiſdem.

Orationi mẽtali, quotidie incumbendũ.

In omni ſancta oratione, ſe omnes aſſiduè exerceat, tum in meditationis, tacitæq;, ac pię orationis ſtudio, ſingulis diebus, ſtata hora, toto caſtiſſimi animi ſenſu incumbant. Ex eiſdem.

Tẽpus à neceſſarijs functionibus vacuũ, haud otioſè à Monialibus cõterendum.

Quicquid verò temporis à diuinis officijs, ab orationis, & contemplationis exercitatione, ab Eccleſiaſticis functionibus, & ab alijs neceſſarijs actionibus vacuum fuerit, illud non in otio, neque in deſidia, nec verò in nouarum rerum curioſitatibus conterant: ſed cùm in ſortem Domini vocatæ ſint, in eius lege die, ac nocte piè meditentur. Ex eiſdem.

De ſacra peccatorum Confeſſione, & Communione.

Quib. temporibus Moniales confiteri teneantur.

SINGVLIS menſibus, Moniales omnes magna contritione, & animi dolore peccata confiteri teneantur, vt ſacra Tridentina Synodo Decretum eſt; vel ſæpiùs etiam, ac frequentiùs, ad Regulæ præſcriptum; vel pro cuiuſque pię deuotionis affectu, aut pro veteri, & probata Religionis conſuetudine. Ex Reg. Et ex antiquis. Et ex Trid. ſeſſ. xxv. c. x. Et ex Valliſolet. 1593.

Earum ſacra Confeſſio, qualis eſſe debeat:

Pro paternæ autem ſolicitudinis, & chriſtianæ pietatis ſtudio, animarum ſaluti proſpicientes, Moniales omnes admonemus, ne quidquam ex verecundia ſubticeant: ſed Ex Valliſolet. 1593.

omnia, & ſingula peccata, verecundè quidem, ſimpliciter, humiliter, purè, fideliter, nudè, diſcretè, integrè, lachrimabiliter, acceleratè confiteri velint, vt omnes Diaboli laqueos effugiant.

Ex eiſdem. Quod vt ſalubriter præſtent, ad id omni diligentia, ſtudio, diligentiſſimoq; conſcientiæ examine, ſe præparent. Qualis ictè ad eã præparatio.

Ex eiſdem. Caueant autem, ne cuiquam confiteri temerè audeant, niſi qui neceſſariam facultatem habeat; ne ſemetipſas perniitioſè, ac ſtultè decipientes, in laqueos Diaboli præcipitent. Earum Confeſſio, cui facienda.

Ex eiſdem. Cùm verò in pœnitentiæ Sacramento, magna humilitas neceſſaria ſit; idcirco ad Confeſſarium, qui Chriſti Domini locum, in eo miniſterio tenet, cùm acceſſerint, intimo animi dolore, magnaq; humilitate ad illius pedes ſe proijciant, vtpote quæ ſe reas agnoſcunt, & confitentur mortis æternæ. Magna cũ humilitate, ad Cõfeſſarium Moniales accedãt.

Ex Regula. Et ex Trid. ſeſſio. xxv. ca. x. Et ex probato vſu. Et ex Valliſolet. 1593. Singulis item menſibus omnes, & ſingulę ſacroſanctо Euchariſtiæ Sacramento, aut frequentiùs etiam, vel ad Regulæ præſcriptum, vel pro veteri, ac probata cuiuſque Monaſterij conſuetudine, aut etiam pro cuiuſque chriſtiana pietate, ac deuotione, communicent, profundiſſima cordis, & animi reuerentia, humilitate, munditia, & puritate. Singulis menſibus, vel frequentiùs etiã communicẽt.

Ex eiſdem. Studeantq; diligenter, vt ſemetipſas probent, ne panem Angelorum, panem de cœlo verum, panem ęternæ vitæ, ſumant in iudicium damnationis æternę. Quę ab eis ppatio, añ cõmunẽ adhibenda.

Ex Valliſolet. 1593. Ita verò compoſitè, religioſè, piè, ac deuotè ad Sanctiſſimum Corpus CHRISTI Domini ſuſcipiendum accedant, vt nihil omnino admittatur, omittaturve, quod illius auguſtiſſimæ Maieſtati, & ſanctitati non conueniat. Qua corporis & animi cõpoſitione, ad communionem accedant.

De Confeſſarijs, & eorum ſocijs.

Ex Salmant. capit. xj. Et ex Rom. 1587. Et ex Valliſolet. 1593. CONFESSARII Monialium quicunque, tum ordinarij, tum qui ex ſacra Tridentina Synodo, extra ordinem dantur, communi Patrum conſilio, & conſenſu, in Prouincialibus Capitulis, vel Congregationibus ſemper inſti- Cõfeſſarij Monialiũ quicunque, quõ inſtituẽdi, & quales eſſe debeant.

inſtituantur: qui ſint ętatis annorum quinquaginta, vel quò magis fieri poſſit, ad quinquageſimum appropinquent, vel quadrageſimum, & in Religione vigeſimumquintum omnino excedant, & eruditione, & vitæ innocentia, & moribus caſtiſſimis probati.

Quales item eorum ſocij.

Quibus ſocij, ętate quidem, ac ſanctitate, quoad fieri poſſit, pares aſſignentur. Ex eiſdem.

Nihil à Monialibus accipiãt Cõfeſſarij:

Qui Confeſſarij omnes, & ſocij quoque, ne quidquam, vel minimum quidem à Monialibus, priuato nomine, dono accipiant. Ex Synodalibus. Et ex Valliſolet. 1593.

Apud Moniales, ne cibũ capiant:

In ædiculis, ad audiendas earum Confeſſiones deputatis, ne cibum capiant, niſi quo tempore generales peccatorum confeſſiones audierint. Ex Decreto ſacræ Cõgreg. Reg.

In earum ædiculas neminẽ ducant, admittantve:

Ad eas neminem ſecum ducant, vel etiam admittant, pręter ſocium, eiſdem per Capitulum, aut Superiorem aſſignatum, niſi ſcriptam, ac legitimam facultatem attulerint: quam diligenter inſpiciant, ne incautè quidem hoc circa delinquant. Ex Salmant. capit. xj. Et ex Valliſol. 1593.

Regimen, ac electiones earũ, ne tractent: Biẽnales ſint:

In Monaſteriorum regimine, aut in electionibus quibuſuis, nullatenus ſe intromittant: neque vltra biennium ad idem Monaſterium continuari poſſint. Ex eiſdem. Et ex Rom. Et ex Pariſien.

Capitulari tẽpore renunciare teneantur:

Quinimo in omni Prouinciali Capitulo, vel Congregatione, aut perſonaliter præſentes, aut abſentes per literas renunciare teneantur. Quam renunciationem, Patribus liberum ſit admittere, vel eos per biennium in eodem Officio, & Loco continuare, prout magis eiſdem expedire videbitur. Ex Valliſolet. 1593.

Guardiano ſi ſubiecti ſint:

Guardiano eius familiæ, cui aſcripti ſunt, præter ea, quæ ad eorum ſpectant Officium, in cæteris omnibus ſubiecti ſint. Ex eiſdem.

Per Ciuitates ire, ſine licẽtia nequeant.

Neque per Ciuitates, & loca eiſdem proficiſci, aut ire liceat, niſi ſpeciali Guardiani ipſius conceſſu. Ex eiſdem.

Monialiũ cõfeſſiones audire, ſine facultate ne liceat.

Nullus fratrum, Monialium, aut noſtri, aut alterius Ordinis, ſacras peccatorum Confeſſiones audire poſſit, ſine legitima Generalis, aut Prouincialis ſcripta facultate. Ex Salmant. capit. xj. Et ex Valliſol. 1593.

Confeſſiones Mon. alterius Ord. quomodo audiendę.

Superiores verò, pro audiendis alterius Ordinis Monialibus, facultatem eiuſmodi ne concedant, niſi vrgenti de cauſa, Patrum iudicio probata. Ex eiſdem.

Grauiter labo

Si qua Monialis in articulo mortis conſtituta, vel adeò Ex eiſdem.

grauiter

grauiter laboret, vt mortis periculum timeatur, extraordinarium Confeſſarium petierit, ei concedatur, dummodo aliàs, aut illius, aut alterius Monaſterij Confeſſarius fuerit, vel aliàs idoneus, Superiorum iudicio probetur.

ranti Moniali, & Cõfeſſarium petenti, concedatur.

Ex eiſdem.

Quæ verò pro Confeſſarijs ordinarijs, & eorum ſocijs, ad victum, & veſtitum neceſſaria ſunt, vbi conſuetudo ſit, Monialium Monaſteria prouideant, prout æquitatis ratio poſtulare videtur.

Monaſteria, Cõfeſſarijs neceſſaria ꝓuideãt.

Ex Trid. ſeſſ. xxv. ca. x Et ex Valliſol. 1593.

Cœterùm, quod de Confeſſarijs, Monialibus, bis, aut ter in ſingulos annos exhibendis, ſacra Tridentina Synodus decreuit, Prouinciales, vt inuiolatè, ac diligenter exequantur, id ſanè ſtatuimus, ac firmiter pręcipimus: vt omnibus proſit, quod pro omnibus ſalubriter inſtitutum eſt.

Confeſſarij extraordinarij, dẽtur.

Ex Valliſolet. 1593.

Extraordinario autem, vt omnes confiteri velint, id ſanè conſulimus, at non item pręcipimus. Pręcipimus autem, vt ſi omnes confiteri noluerint, omnes tamen coram eo humiliter ſe pręſentent, atque ad pedes eius genuflexæ, pauliſper in illa demiſſione permaneant; atque ab eo benedictione accepta, recedant: vt vel ſic omnium ſaluti opportunè quidem, ac ſalubriter conſultum ſit.

Ei ſingulę Moniales, vt confiteantur, conſultum; vt ſe præſentent præceptum.

Ex eiſdem.

Quæ id omiſerit, monita, ſi non paruerit, violatæ obedientiæ pœnam omnino ſubeat, atque ea de re Prouincialis admoneatur, ſi opus eſſe, Pręfecta cenſuerit.

Quã pęnã incurrat, q̃ ſe nõ præſentauerit.

Ex eiſdem.

Quo tempore extraordinarij ſacras Monialium Confeſſiones audierint, earum ordinarijs eò accedere ne liceat.

Confeſſor Ordinarius, tunc abſit.

Ex eiſdem.

Qui ſupraſcriptis obuenerit, ſuſpendatur Officio, vel etiam priuetur, Superioris arbitratu.

Contrafacientis pœna.

Ex eiſdem.

Demum omnes Confeſſarios admonemus, vt à grauioribus culpis, & ijs vel maximè, quę contra eſſentialia Religionis vota admittuntur, Moniales efficaciter deterreãt; à leuioribus autem ſuauiter abducant: vt vel hac ſalutari, ac pia ratione, & chriſtianæ pietatis ſtudio, earum ſaluti, & decori opportunè quidem, ac ſtudioſè, pro eorum Officio conſulant: in quo gratiſſimum Deo ſe præſtituros obſequium exiſtiment; ſecus verò condignas negligentiæ pœnas eos manere.

Grauis ad Cõfeſſarios quoſcunque Monialium hortatio.

De

De Communi laborum loco.

In communi laborum loco, ſpiritualis lectio frequẽter habenda.

Ex Valliſolet. 1593 Et ex Viſitat. Apoſt. Et ex Synodalib.

IN communi eo loco, quem laborerium vocant, ſacra lectio frequens habeatur, tum de vita Patrum, tum de Sanctorum miraculis; de virtutibus item, & eorum actionibus, magnificè geſtis, ac ſtudioſè imitandis; vtpotè de obedientia, de paupertate, de ſanctæ Virginitatis theſauro, in vaſis fictilibus ſtudioſiſſimè ſeruando; de humilitate, de patientia, de contemptu mundi, & eius vanitate; tum verò maximè de magno Dei beneficio, qui pro ſua ſumma bonitate, non earum meritis, eas in Religionem miſericorditer vocauit; de Religionis item excellentia, de vtilis ſilentij ratione, de ſacri ieiunij vtilitate, ac mira virtute, de ſanctæ orationis ſtudio, & eiuſdem fructu; denique, vt omnia paucis comprehendamus, de cœteris chriſtianis virtutibus, & regularibus Sanctorum Patrum Inſtitutis.

Quæ ibi lecta fuerint, vel ſub ſilentio meditãda, vel etiam adinuicem inter Moniales conferenda.

Ex eiſdem.

Tum de ijs omnibus ſub ſilentio piè meditentur, tum vel vna dum legerit, cœteræ omnes attentè quidẽ audiant, vel etiam mutuò ad inuicem ſanctè confabulentur: vt hac ratione ſalutari, & chriſtianæ charitatis ſtudio, in cœleſti diſciplina, vnaquæq; Sororem ædificet, vel etiam ipſamet ſalutariter ædificetur.

Quænã inde procul arcẽda.

Ex eiſdem.

Hinc procul ſint rixæ, contentiones, iurgia, nugæ, vani ſermones, ſcurrilitates, obſcœna, turpia, inania quæq;.

Quæ pariter ibi recitanda.

Ex eiſdem.

Pias aliquas orationes, aut communiter, aut tacitè ut recitare velint, maximè verò pro fidelibus defunctis, id magnopere quidem cupimus, atque hortamur in Domino.

Quę Prefectę, ad prædictorũ executionem, cura.

Ex eiſdem.

Hęc autem omnia vt debitè præſtentur, atque item ſeruentur accuratè, eius cura ſit, quæ ei loco præfuerit; quæ etiam Monaſterij Præfectam admoneat, ſi quandoque eius auctoritatem, & operam neceſſariò interponendam eſſe cenſuerit; tum verò Prefecta pro ſuo munere prouideat, & in delinquentes ſeuerè, ac grauiter animaduertat, prout ei pro ſua prudentia expedire videbitur in Domino.

Vbi & quomodo à Monialibus laborandum.

Ex eiſdem.

Omnes præterea ſolicitè quidem, ac ſtudioſè laborent; nullaq; alibi, quàm ipſo loco, communibus operibus conſtituto, aut acu pingat, aut aliud quicquam manibus elaboret.

Ex eiſdem. In operibus autem tum accipiendis, tum deſtituendis, nulla alia ſe ingerat, niſi laborum Magiſtra, cui aliquando, cùm neceſſarium cenſuerit, Monialem aliquam, in conficiendo opere aliquo peritiorem, adhibere liceat.. Magiſtrę laborum ſoli, quæ facere liceat.

Ex eiſdem. Illud verò, quoad fieri poteſt, omnino cauendum eſt, ne in Monaſterio multiplicia ſint, atque diuerſi generis manuum opera, ne proinde confuſio, aut diſſenſiones oriantur. Manuum opera diuerſa, codē tēpore ne fiāt:

Ex eiſdem. Quæ verò ad vanum mulierum, aut virorum etiam ornatum pertinent, in Monaſterijs fieri, nullo modo permittantur, ſub pœna priuationis Officij, & Abbatiſſæ, & Superiori etiam, ſi ſecus permiſerint, incurrenda. Nec vnquam fiant, quæ ad vanum ſæcularīū ornatū ptinēt.

Ex eiſdem. Porrò pretium laboris omne, ab omnibus in commune conferatur, nec vlla ſit, quæ quidquam ex labore ſibi appropriet, ſub graui violatæ paupertatis pœna. Pretium laboris, in cōmune conferendum.

Ex eiſdem. Tum verò de omnibus, quæ ex communi Monialium labore comparantur, quæ loco præfuerit, ſæpè quidem Monaſterij Præfectæ rationem reddat, adhibitis etiam Matribus Diſcretis. De dicto pretio, ratio reddenda.

Ex eiſdem. Ac præterea librum certum habeat, in quo quicquid ex ipſis laboribus lucri, aut emolumenti capitur, ita diſtinctè conſcribat, vt facilè inſpici, & cognoſci poſſit, ſi quid in ea re deſideretur. Lucra, & emolumenta, in certum librum referenda.

De communi veſtiario.

Ex Synodalibus. Et ex Viſita. Apoſt. Et ex Valliſol. 1593. IN vnoquoque Monaſterio, commune Veſtiarium ſit vnum, in quo veſtiméta Monialium cuiuſuis generis ſint, veſteſq; omnes omnino aſſeruentur.. Veſtiariū cōe, ſit omnib⁹ Monialibus.

Ex eiſdem. Nec in cellulis, aliove loco priuatim quicquam reponi, aut aſſeruari liceat, quod eo ipſo tempore neceſſarium non ſit. Extra illud quicquā aſſeruari, ne liceat.

Ex eiſdem. Quibus ſanè diligenter cuſtodiendis, & curandis accuratè, Moniales duas, pluresve, prout neceſſarium videbitur, ad id vel maximè idoneas, & habiles, communi conſilio, Monaſterij Præfecta deputet, & præficiat. Veſtibus curādis, quot, & q̄ Moniales deputandæ.

Ex eiſdem. Ægrotantium tamen veſtes, & præſertim quauis ratione ſuſpectas, ſeparatim cuſtodiri, & aſſeruari liceat: aut etiam Ægrotātiū veſtes, ſeparatim aſſeruandæ.

etiam apud eas ipſas ægrotas relinqui, prout opportunius Præfecta cenſuerit.

Contrafacientium pœna. Quæ ijs contrafecerit, vt proprietaria puniatur, quæcunque ſit. Ex eiſdem.

De communi Dormitorio.

Communi loco, ab omnibus Monialib⁹ dormiendum. IN communi eo loco, quem Dormitorium vocant, Moniales omnes, præter infirmas, & ſeniores; quibus alio loco, ad hoc ſpecialiter conſtituto, & dormire, & commorari liceat; nocte dormitum ſe recipiant; niſi quandoque ſecus alicubi, neceſſariam ob cauſam, Superiori probatam, magis expedire videatur. Ex Valliſolet. 1593.

Eodem lectulo, accubare ne liceat. Porrò illud ſemper omnino inuiolatè ſeruetur, vt Monialibus in eodem lectulo ſimul accubare nunquàm liceat. Ex eiſdem.

Aut vni tantùm, aut trib⁹, in eadem cellula dormiendũ. Quòd ſi, pro loci ratione, nonnunquàm neceſſarium ſit, plures in eadem cellula lectulos eſſe; ita diſponatur, quòd tres vel minimùm capere poſſit: vt nunquàm duæ tantùm, niſi germanæ Sorores ſint, in eadem cellula dormire valeant. Ex eiſdem.

Contrafacientium pœna. Quæ ijs obuenerit, grauiter puniatur, Præfectæ, aut Superioris arbitratu: qui vt id inuiolatè ſeruetur, diligẽter curet. Ex eiſdem.

De Puellis ad religionem recipiendis.

Puellę, cuius ætatis ad Religionem admittendæ: Et quibus ſeruatis. SI qua Puella, quę maior duodecim annis ſit, pię deuotionis affectu, ſtudioq; incenſa, ſanctę Religionis habitum ſuſcipere voluerit; ea de re vel in primis Epiſcopus admoneatur; vt eius iuſſu, ad ſacri Concilij Tridentini præſcriptum, explorata diligenter Virginis voluntate, ſi nihil canonicum obſtiterit, Monialibus capitulariter congregatis, Superioris conceſſu, rite proponi poſſit. Et ſi duas ex tribus partibus ſuffragiorum tulerit, Scrutinio ſecreto, tunc Religioni aſcribatur. Ex Trid. ſeſſ. xxv. c. xij. Et ex Valliſol. 1593.

Puellæ, quæ vitãda, poſtquàm Religioni aſcripta ſit: Quæ vbi primùm aſcripta fuerit, mox inanes mundi delicias abijciat; humili veſtitu vtatur; choreas ne ſpectet; vana ſpectacula fugiat; familiares conuerſationes, ac viſitationes Ex Synodalibus. Et ex Valliſolet. 1593.

rationes ſtudioſè declinet; à vagationibus abſtineat; cùm hęc omnia ſępè animum à pietatis, & Religionis ſtudio abducere, & ad vanitates inducere, experientia compertum ſit.

Ex eiſdem. Domi maneat, orationibus vacet; in ſanctis meditationibus, ſacris lectionibus, & ſtudijs occupetur; ſanctę pęnitentię Sacramentum frequenter, frequenterq; Sacrã communionem dignè ſuſcipiat; & ad hęc quanta maxima poteſt diligentia, cordis munditia, & animi puritate, atq; humilitate ſe pręparet. Quæ item illi agenda.

Ex eiſdem. Monaſterium, vbi ſuſcipiendę Religionis affectu animũ addixit, frequenter adeat, vt ab ea tum explorari accuratiùs, tum ipſamet meliùs admoneri poſſit de omnibus, quę illi & agenda, & ferenda erunt Religionis cauſa; ne vllo quouis tempore, aut conqueri, aut inſcitiam, vel ignorationem excuſare valeat. Quomodo ab ea frequentandum Monaſterium, & quare:

Ex eiſdem. Quòd ſi Religioni iam aſcripta, Monaſteriũ ipſum ingredi maluerit, id ſanè vt opportunum conſulimus, dummodo Religionis habitum infra menſes quatuor ſuſcepturа ſit. Si Monaſteriũ ĩgrediatur, bonum id: ſed qua lege agendum:

Ex eiſdem. Id verò decernimus, vt ne ſacro Religionis habitu induatur, niſi Confirmationis Sacramentum antea ſuſceperit. Antequàm induatur, confirmata ſit:

Ex eiſdem. Pridiè autem, quo Religionis habitum ſuſcipere ſtatuit, ſacra peccatorum confeſſione, Monialium Confeſſario diligenter facta, mane ſequentis diei, ſanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ab eodem ſuſcipiat. Confiteatur etiam, & cõmunicet.

Ex eiſdem. Stata hora, omnibus debitè pręparatis, aut à Superiore ipſo, vel eius iuſſu, ab illius Monaſterij Confeſſario, vel ab eo, cui Superior id muneris commiſerit, Sacro Miſſę confecto, benedicantur indumenta, ac cætera ſeruentur, quæ eo ipſo de genere in libro, tum vſu recepto, tum Maiorum auctoritate probato, conſcripta ſunt. Qua ſolemnitate, ad habitũ recipienda.

Ex eiſdem. Qui eam functionem obierit, graui etiam, ac pio ſermone, ad ſacrę Communionis feneſtellam proſequatur. Dũ induitur, ad eam ſermo habendus.

Ex eiſdem. Puella, ſacro Religionis habitu ſuſcepto, ne gentilium quidem, ſed alicuius Sanctę nomine vocetur: vt eius rei gratia, & pietatis ſtudio, eius virtutes, pios mores, & egregia facta ſtudioſè imitetur. Induta cũ fuerit, quo nomine vocanda.

Ex eiſdem. Nec verò, eius functionis obeundę gratia, intra ſepta Monaſterij cuiquam ingredi liceat; neque inſtrumenta Muſica In ea induenda, nec Mona-

tunc-

ſteriu ingredi, nec Muſicis in ſtris vti licet.

tunc adhiberi, pręter Organum, quod intus ab Organiſta Moniali ſonari permittimus.

Inania item quęcunque, vitanda.

Vt verò ſtrepitus, tumultusq; , curioſi apparatus, ac inania queq; penitus euitentur, id ſanè omni ratione curetur. Ex eiſdem.

Cautio ad id faciliter agendum.

Quod quidem tùm facilè ad vota eueniet, ſi Puella ſummo mane eius diei, quo Religionis habitum ſuſcipere ſtatuit, paucis comitata matronis, ijsq; tantùm parentibus, propinquiſve, ad Monaſterium deducta, illud ingreſſa fuerit. Ex eiſdem.

Cũ Puella ad habitũ recipitur, præter victum & veſtitũ, nihil ex bonis ei' accipiatur:

Quod autem ex ſacra Tridentina Synodo, ſub anathematis pœna, dantibus, & recipientibus propoſita, expreſsè prohibetur, vt pręter victum, & veſtitum, nulla Puellę bona probationis tempore, Monaſterio, quouis nomine pręſtentur, exactè quidem, atque omnino inuiolatè ſeruetur: ne prę difficultate, ea ipſa bona recuperandi, Puella impediatur, quominùs liberè, ſi voluerit, nouitiatus tempore, de Monaſterio egredi, & ad propria redire poſſit. Ex Trid. ſeſſ. xxv. c. xvj. Et ex Valliſol. 1593.

Si quam renũciationẽ, obligationẽve, adhuc Nouitia, fecerit, quomodo ſuum ſortiatur effectum.

Nulla quoque renunciatio, aut obligatio, etiam donationis nomine antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcunque cauſę, etiam pię valeat, niſi Epiſcopi conceſſu, intra duos menſes proximos ante profeſſionem fiat: ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi profeſſione ſecuta; aliter verò facta, irrita ſit, nulliusq; effectus, vt ſacra Tridentina Synodo cautum eſt. Ex eiſdẽ. ſeſſ. xxv. cap. xvj.

Añquàm Puella Religionis habitu induatur, quę dotis, & ſuſtentationis nomine debentur, depoſitanda ſunt.

Ne autem ſtato profeſſionis tempore, difficultate aliqua Monaſterium laboret, ea conſequendi, quę ad Puellę ſuſtentationem, ex Maiorum pręſcripto, dotis nomine, Monaſterio pręſtanda ſunt, conſultò, ac maturè decernimus, vt antequàm ſacro Religionis habitu, Puella induatur, omnia, quę illius nomine, & alimentorum, & ſuſtentationis iure Monaſterio debentur, apud aliquem, Superioris conceſſu, per Moniales, communi conſilio electum, depoſiti nomine, ſub inſtrumento, probabili forma confecto, realiter deponantur, & depoſita fideliter ſeruentur; vt profeſſione ſolemniter emiſſa, ſtatim liberè, ac ſine vlla difficultate, ac mora exigi poſſint. Ex Synodalibus. Et ex Viſitat. Apoſt. Et ex Valliſolet. 1593.

De

De Nouitijs ad profeſſionem admittendis.

Ex Trid. ſeſſ. xxv. c. xv.

Nouitiarum profeſſio, ante xvj. annum no fiat:

NVLLA Nouitia ante ſextumdecimum annum expletum, nec quę minore tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum, in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur, vt ſacra Tridentina Synodo ſancitum eſt.

Ex eiſdē. ſeſſ. xxv. cap. xvij.

Nec niſi antea per menſem admonito Epiſcopo:

Nec verò tunc admittatur, niſi Epiſcopo antea per menſem admonito, vt eius iuſſu, de Virginis voluntate diligenter explorari poſſit, an ſeducta, an coacta ſit, an ſciat quid agat, & an Religioni, & illi Monaſterio idonea.

Ex Trid. ſeſſ. xxv. c. xvj. Et ex Apoſt. Pij V. Et ſi mēdicantiū Ordines. Et ex Vallisol. 1567. & 1593.

Quòd ſi Epiſcopus examen neglexerit. Superiori Nouitiam ad profeſſionem admittere liceat:

Quia verò ex ſacra Tridentina Synodo, finito Nouitiatus tempore, Superiores, Nouitias, quas habiles inuenerint, aut ad profeſſionem admittere, aut è Monaſterio eijcere debent; propterea ſi Epiſcopus infra quindecim dies illius menſis, examen eiuſmodi neglexerit, aut ſine iuſta cauſa, Superiori manifeſta, diſtulerit; tūc eo caſu, ex declaratione Pij V. Summi Pontificis, Superiori liberum ſit, eam admittere, dummodo nihil canonicum obſtiterit.

Ex Valliſolet. 1593.

Suffragia verò ſecretò ferant.

Quò verò liberiùs de Nouitia ad profeſſionem admittenda, Moniales ſuffragia ferant, id per balottationes, aut per Scrutinium ſecretum fiat.

Ex eiſdem. Et ex Synodalib.

Ante profeſſionem, Nouitia confiteatur, & communicet.

Mane autem eius ipſius diei, quo Nouitia quęcunque profeſſionem ſolemniter emiſſura eſt, diligenter ante confeſſa, deuotè communicet.

Ex eiſdem.

Sermo, ad Moniales ante Nouitiæ profeſſionē habendus.

Tum verò ſtata hora, Monialibus vniuerſis, Præfectæ iuſſu, capitulariter congregatis, qui eam functionem obierit, ad eas ſermonem habeat, quo pro rei dignitate, & illius ſanctitate, profeſſionis vim, & virtutem explicet.

Ex eiſdem.

Ad profeſſionem, quot vota requirantur.

Deinde ſingularum vota explorentur ſecretò: & ſi duas ex tribus partibus calculorum Nouitia tulerit, tunc omnes in Eccleſiam ordine procedentes, & Hymnū, vel Pſalmum piè canentes, ſuo loco ſingulæ ſe recipiant.

Ex eiſdem.

Profeſſio in manibus Pręfectæ coram Superiore emittenda.

Tùm Pręfecta vnà cum Matribus Diſcretis, ad ſacrę communionis feneſtellam, Nouitiā deducat: vbi omnibus, quæ libro, eo de genere confecto, continentur, rite ſeruatis, coram eo, qui ad hoc ſpecialiter delectus fuerit, in manibus Præfectæ, ſub formula, certis verbis præſcripta, profeſſionem emittat.

X Quo

Habitus ſuſceptio, & profeſſio, certo libro notāda: Et quo modo.

Quo autem die Puella, aut Religionis habitum ſuſceperit, aut profeſſionem ſolemniter emiſerit, memoria fiat in libro, eo nomine inſtituto; nomine, cognomine, patria, ætateq; eius diligenter adnotatis; manu eius ſcripta, quæ Cancellariæ fungitur Officio; adhibita ſubſcriptione eius, quæ habitum ſuſceperit, aut profeſſionem emiſerit, modò ſcribere ſciat, ac item Monaſterij Præfectæ.

Ex Apoſt. Sixti V. Conſtitu. Etſi de cæteris Ordinib⁹. &c. Et ex Synodalib. Et ex Valliſolet. 1593.

Prædicta ſingula Superiori ſignificanda, & in librum referenda.

Quę de ijs omnibus Superiorem opportunè admoneat, vt eius iuſſu, omnia, & ſingula referantur in librum, ad vſum eiuſmodi inſtitutum, & in Prouinciali Archiuio perpetuò ſeruandum.

Ex Valliſolet. 1593.

Quæ omnia vt inuiolatè ſeruentur, maturè decernimus, & iubemus.

De euntibus inter Saracenos, & alios infideles.

Reg. cap. xij.

Quicunque fratrum, diuina inſpiratione, voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles, petant inde licentiam à ſuis Miniſtris prouincialibus. Miniſtri verò nullis eundi licentiam tribuant, niſi eis, quos viderint eſſe idoneos ad mittendum. Ad hæc per obedientiam iniungo Miniſtris, vt petant à Domino Papa vnum de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius fraternitatis: vt ſemper ſubditi & ſubiecti pedibus eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus.

Confir-

Ex Salmant. capit. xij. Et ex Valliſol. 1593.

QVOD primo loco hîc nobis ſtatuendum occurrit, illud eſt, vt de bono, ac optimo ſanctorum Locorum regimine, quæ Religio noſtra, diuina diſpoſitione, & miſericordia, in Orientis partibus; quas Seruator noſter Chriſtus Dominus, quando in terris viſus eſt, & homo factus eſt, dum inter homines cõuerſaretur, ſanctis greſſibus perluſtrare, & pretioſo ſanguine dedicare dignatus eſt: adhuc obtinet, & diligenter cuſtodit, ſpeciali cura, & ſtudio ſemper prouideatur. Sanctorũ Locorum regimẽ, quanta cura dignum.

Ex eiſdem.

Religioſus itaque, ætate quidem grauis, doctrina, & eruditione inſignis, prudentia clarus, rerum agendarum vſu peritus, vitæ innocentia, & moribus caſtiſſimis vndequaque probatus, ſacri Montis Sion Guardianus, ac Terrę ſanctę Cuſtos, & Commiſſarius, in Generalibus Comitijs, communi Patrum conſilio, & conſenſu inſtituatur, & eligatur. Sanctorũ Locorũ Guardianus & Cuſtos, qualis eſſe debeat.

Ex eiſdem.

Vniuerſa verò familia in Generalibus item Comitijs, ſingulo quoque triennio, magna maturitate deligenda, ex ijs fratribus ſemper eligatur, quos laudabili, & certo Prouincialium, & Patrum teſtimonio, magis pios, deuotos, in fide conſtantes, integritate vitæ, & morũ grauitate probatos, doctrina eruditos, & ad Regulę pręſcriptum, vel maximè idoneos eſſe conſtiterit ad mittendum. Hieroſolymitana familia, quo tempore, & ex quib. fratribus deligenda.

Ex eiſdem.

Prouinciales autem, & Prouinciarũ Patres admonemus, ac requirimus in Domino, vt antequàm fratres mittendos idoneos eſſe, Generali teſtentur, eos de fide catholica, & de doctrina diligenter examinent; ac præterea ſuper integritate vitę, ac probatis moribus illorum, laudabile teſtimonium, & conſilium ab alijs habeant, & requirant: ita quòd nullus de aliquo errore, vel mala conuerſatione ſuſpectus, ad partes eiuſmodi deſtinetur. Prouincialib. quid agendũ, vt rectè de fratrum, in Hieruſalem mittendorum, conditiõe teſtari poſſint.

Ex eiſdem. Et ex D. Matth. c. v Et ex D. Pet. Epiſt. j. c. ij. Et ex D. Paulo pluribus in locis.

Qui verò delecti, & miſſi fuerint, eius probitatis, & ſanctitatis exempla prębeant, quæ eos vel maximè decet, pro Inſtituto, quod ſanctè profitentur: vt ſuę innocentię, & chriſtianę fidei teſtimonia mundo perhibeant, ſplendentes in omni opere bono, etiam in medio nationis prauę, atque peruerſę, tanquàm luminaria magna, poſita ſuper candelabrum, vt luceant omnibus, qui in domo ſunt: vt boni videntes opera eorum bona, & conuerſationem inter gentes habentes bonam, glorificent Deum, & Patrem Domini no- Eorum qui in Hieruſalẽ mittendi ſunt, qualitates.

ſtri Iesv Christi; & mali in ijs, quæ detrectant de nobis, tanquàm de malefactoribus, ex bonis operibus eos conſiderantes, vel & ipſi glorificent Deum, & quem miſit Seruatorem Iesvm Christvm; vel ſaltem obmuteſcant; vt ſi non velint glorificare Deum, vel ſaltem deſiſtant blaſphemare nomen ſanctum eius; vt muta fiant labia doloſa, & loquentium iniqua; ne contra nos audiatur antiqua, & grauis illa querela, & cenſura verè Apoſtolica. *Quia propter vos blaſphematur nomen Dei &c.* Magis autem dicatur, quòd Christi bonus odor ſumus in omni loco, & in omni gente, etiam praua, & peruerſa natione.

In Hieruſalē mittere, ſol.º Generalis poteſt.

Nullus autem Generali Miniſtro, vel Cōmiſſario item Generali inferior, fratres Hieroſolymam, etiam peregrinationis cauſa, mittere poſſit. Ex Ro. 1587.

Guard. Hieroſolymitanus vniuerſam ſamiliam ducat:

Preterea Guardianus Hieruſalem, Terrę ſanctę Cōmiſſarius, & Cuſtos, vt vniuerſam familiam, & eundo, & redeundo ſecum ducere diligenter curet: Ex Salmant. c.xij. Et ex Valliſolet. 1593.

Neceſſaria pˀ vtroque itinere omnib. prouideat:

Et de communibus eleemoſynis, ad ea Loca ſpectātibus, in itinere, & nauigatione, ſingulis fratribus pro viatico neceſſaria prouidere teneatur, id ſanè ſtatuimus, & matura deliberatione decernimus. Ex eiſdem.

Eleemoſynas pecuniarias nulli fratrum hĩre permittat.

Nec quouis pretextu, vel quæſito colore permittat, vt fratres, pro ea familia delecti, ſibi ipſi prouideant, aut eleemoſynas pecuniarias habere poſſint. Ex eiſdem.

Fratribus aliquando ſine comitatu eò euntibus, vel inde redeuntibus, quomodo prouidendum.

Quòd ſi vrgenti de cauſa quandoque contigerit, vniuerſam familiam, aut cum nouo Guardiano ſimul accedere, aut cum antiquo reuerti non poſſe; tunc Guardianus, aut Loci Superior, quocunque nomine vocetur; ad quem ſpectat, præfatis fratribus, aut eò ſine nouo comitatu accedentibus, aut ſine antiquo reuertentibus, neceſſaria prouidere: ea, modo tamen licito prouideat, ac prouidenda diligenter curet. Ex eiſdem.

Quo die Guardianus Hieruſalem transfretare ſtatuerit, Miſſa per eum decantanda: Sacerdotibus celebrandū: Laicis cōicādum.

Quo autē die Guardianus Hieruſalem, Terrę ſanctæ Cōmiſſarius & Cuſtos, Venetijs cum vniuerſa familia Hieroſolymitana conſtitutus, Nauigium aſcendere, & transfretare ſtatuerit, vt Miſſa ſolemni ritu per eum decantetur, & omnes eius familiæ Sacerdotes celebrent, ac reliqui laici omnes, ſacra peccatorum confeſſione præmiſſa, deuotè communicent, id ſanè præcipimus, & decernimus. Ex eiſdem.

Vt

Ex eiſdem. Vt verò Guard. Sancti Franciſci de Vinea, cum vniuerſa eius Loci familia, Guardianum Hieruſalem, cum vniuerſa Hieroſolymitana familia, proceſſionaliter ad nauem deducat, id magnopere quidem cupimus, atque adeò mandamus. Familia Hieroſolymitana proceſſionaliter ad nauem deducenda.

Ex eiſdem. In proceſſione autem eiuſmodi, Pſalmi, ac Hymni, qui ad rem magis facere videntur, religiosè quidem, ac piè decantentur. Quæ in proceſſione canenda.

Ex Salmant. c. xij. Et ex Valliſolet. 1593. Pro pecunijs autem mendicandis, vel conſuetis eleemoſynis, ad ea Loca ſpectantibus, habendis, aut pro alijs negotijs tractandis, fratres aut ad Italiam, aut ad alias partes, Chriſtianis Principibus ſubiectas, Terrę ſanctæ Guardiano, & Cuſtodi deſtinare ne liceat, niſi primùm ad Generalem ipſum eos deſtinauerit; vt eius conceſſu exequi poſſint, ſi ei expedire videbitur, quæ in mandatis exequenda ſuſceperint. Contrà qui fecerit Superior, ſuſpendatur Officio, vel etiam priuetur, Generalis ipſius arbitratu; deſtinati verò apoſtaſiæ notam ipſo facto incurrant. Ad colligẽdas eleemoſynas, aut negotia tractanda, quomodo Guardianus Terræ ſanctæ fratres mittere debeat.

Ex Valliſolet. 1593. Ad colligendas verò cõſuetas eleemoſynas, ad Loca Terrę ſanctæ, quouis modo pertinentes, aut alias, pro temporũ ratione procurandas, vnus, vel alter, aut etiam plures, pro diuerſitate nationum, Procuratores inſtituantur, & deputentur, Generalis arbitratu, prout ipſe, de Patrum conſilio, magis expedire, atque opportunius eſſe cenſuerit. Procuratores Terrę ſãctę plures inſtitui poſſunt.

Ex eiſdem. Procuratores autem eiuſmodi de collectis eleemoſynis quibuſque, Generali ipſi, aut ei, quem ipſe ad id ſpecialiter delegerit, rationem reddere teneantur. Inſtituti, de collectis eleemoſynis rationem reddant.

Ex eiſdem. Conſultius tamen eſſet, ſi ordinarias eleemoſynas prædictas, Prouinciales Miniſtri earum Prouinciarum, vel Regnorum, in quibus dantur, per Procuratores Locorum Apoſtolicos exigerent, ac Venetias tranſmitti curarent: vt vel ſic multarum expenſarum euitaretur occaſio. Per Miniſtros, & per Procuratores Apoſtolicos, meliùs eſſet eleemoſynas trãſmitti.

Ex eiſdem. Venetijs præterea Generalis Procurator ſit ſæcularis vnus, Religioni bene affectus, qui auctoritate Apoſtolica, eleemoſynas, ad prædicta Loca Terrę ſanctę ſpectantes, recipiat, conſeruet, expendat, & alia negotia tractet, prout ſibi per Procuratorem fratrem, qui pro tempore Venetijs deputatus fuerit, neceſſarium, atque opportunum eſſe intellexerit. Procuratores Terræ ſanctæ, duo Venetijs deputãdi, vnus ſæcularis, alter frater.

Ex eiſdem. Vterq; autem, Generalis ipſius arbitrio deligatur, & ei, Vterq; Generalis arbitrio

delegendus: Et vterq; rōnē red dere tenetur.

vel cui ſpecialiter ipſe commiſerit, accepti, & expenſi rationem, quoties opus eſſe idem cenſuerit, reddere teneantur.

Guardianus Terræ ſanctæ, ātēq̃ Succeſſor accedat, nec recedere, nec recedendi licentiam dare pōt.

Illud præterea maturè decernimus, vt Terræ ſanctę Guardianus, & Cuſtos inde recedere non poſſit, neque alteri cuiuis eius familiæ fratri recedendi licentiam concedere, niſi primùm eò Succeſſor acceſſerit, ſub apoſtaſiæ nota, ipſo facto recedenti incurrenda. Ex Salmant. cap. xij.

Idem per Succeſſorem viſitādus: & quid de viſitatione agēdum.

Succeſſor verò vbi primùm acceſſerit, Generalis auctoritate, eam familiam, & eius in Officio prædeceſſorem, diligenter viſitet, & viſitationem ipſam ſub ſigillo bene munitam, ad Generalem ipſum per nuncios fideles trāſmittere diligenter curet; vt in delinquentes animaduerti poſſit, prout iuſtitia ſuaſerit. Ex eiſdem.

Si ſcandalum inuenerit Succeſſor, q̄d agere debeat.

Si verò ſcandalum inuenerit, quod aut in detrimentum Ordinis, aut ſanctorum Locorum notabile damnum vergere poſſit; conſultò ipſe prouideat, prout ſibi magis expedire videbitur: dummodo citra præiudicium, & ſcandalum fieri poſſe cenſuerit. Ex eiſdem.

De Terra ſancta reuerſi, infra quindecim dies radi teneātur.

Illud autem generatim ab omnibus inuiolatè ſeruādum decernimus, vt de Terra ſancta venientes quicunque, vbi primùm ad propria ſe receperint, infra quindecim dies, ad Conſtitutionis pręſcriptum, omnino radi teneantur, ſub pęnis ipſa Conſtitutione contentis. Ex Salmant. cap. xij.

Guardianus Hieruſalē, quibus priuilegijs gaudeat.

Quia verò qui grauiora negotia ſuſtinent, grauiſſimosq; labores, ac manifeſta pericula, pro Dei gloria, proq; communi Religionis vtilitate ſubeunt, æquum eſt, ac rationi conſentaneum, vt ſingularibus prærogatiuis gaudeant, ſpecialibusq; ſubſidijs ſubleuentur; proptercà, vt Guardianus Hieruſalem, ac Terrę ſanctę Cuſtos, ad propria reuerſus, omnibus priuilegijs, exemptionibus, & prærogatiuis, quibus gaudent qui Miniſteriatus Officio functi ſunt, in ſua Prouincia gaudeat, & gaudere poſſit, præſenti Conſtitutione perpetuò valitura concedimus, & conceſſum eſſe declaramus, & decernimus. Ex Ro. 1587.

Secretarius Ciſmontanus, Terræ ſanctæ Cuſtos cenſendus.

Illud quoque cōſultò ſtatuimus, ac maturè decernimus, vt qui pro tempore Generali Miniſtro ex partibus Ciſmontanis à ſecretis fuerit, Terræ ſanctę Cuſtos cenſeatur eſſe, & pro tali ſemper habeatur, atque cum alijs familiæ ciſmontanę Cuſtodibus, ad omnes capitulares actiones in Generalibus Ex Vallisolet. 1593.

libus Comitijs, vbiq;, ac ſemper admittatur.

Reg. cap. xij. Pro eo autem, quod in Regula ſequitur. *Adhac per obedientiam iniungo Miniſtris, vt petant à Domino Papa vnum de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius fraternitatis: vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, meliùs catholicè obſeruemus.* Protector, poſtulādus: Et ad quem talis poſtulatio ſpectet.

Ex Salmant. cap. xij. Notandum eſt, quòd ad Generalem Miniſtrum, ſiue eius nomine, ad Generalem Procuratorē Ordinis, qui pro tempore in Romana Curia fuerit, à Sanctiſſimo Domino Papa, vnum de Sanctę Romanę Eccleſiæ Cardinalibus, Protectorem petere pertinet, ac ſpectat.

Ex eiſdem. Cuius auctoritas ex diuerſorum Summorum Pontificum declarationibus, maximè verò Gregorij Vndecimi, Sixti Quarti, & Iulij Secundi, ad tres caſus ſe extendit. Auctoritas Domini Protectoris, ad quæ ſe extendat.

Primò, ſi totus Ordo ab vnitate fidei recederet.

Secundò, ſi totus recederet ab obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Tertiò, ſi totus recederet ab obſeruantia Regulæ.

Ex eiſdem. Et ex Reg. ca. xij. Quibus de cauſis, in præſenti capite expreſsè continetur, ac dicitur. *Vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, meliùs catholicè obſeruemus.* Verus eorum verborū intellectus. *Vt ſemper ſubditi &c.*

Ex eiſdem. Ad quod propoſitum, in Memoriali Ordinis habetur, quòd Nicolaus Tertius Summus Pontifex, Fratri Bonagratiæ, eo tempore Generali Miniſtro, dixerit, vt ſi quid pro communi vniuerſi Ordinis vtilitate, ab eo fieri vellet, & cuperet, cum Prouincialibus Miniſtris conferret. Nicolai III. Summi Pontificis ſingularis benignitas: Eiusq; I Ordinē mira propēſio.

Ex eiſdem. Quòd ipſe Generalis Miniſter cùm accuratè egiſſet, ad eius Sanctitatis præſentiam, cum nōnullis Ordinis Patribus ſe contulit, & humiliter poſtulauit, ac petijt, vt ſi ſuæ Sanctitati placeret, & gratum eſſet, Ordini Protectorem aſſignaret. Qui cum paterna benignitate, & clementia id ſe libentiſſimè facturum reſpōdiſſet, ad Dominum Matthęum Cardinalem, precipuum Ordinis ipſius dilectorem, coram ſua Sanctitate tunc exiſtentem, intendens ait.

Nicolai III. ad Matthæum Cardinalẽ verba, dum eũ Ordinis Protectorem crearet.

Ad te, dilecte fili, ſermo noſter dirigitur. Si beneficia, quæ tibi per nos proueniunt, recenſere vellemus, inuenirentur quidem magna, ac planè vtilia: ſed in nullo ſic è vicino dedimus tibi arrham æternæ vitæ, ſicut in iſto, quod tibi modò præſtamus. Damus enim tibi melius quod habemus. Damus tibi cordis noſtri deſiderium, pupillam oculorum noſtrorum.

Quæ cùm diceret, tanta cum ijs verbis dulcedo amoris elicita eſt de corde Pontificis, tanta ab eius oculis lachrymarum abundantia profluit, vt quaſi ampliùs loqui non poſſet. Tandem, voce vtcunque reaſſumpta, iterum ait.

Non poſſumus in hac materia dilatare ſermonem, quia natura non patitur.

Et extenſa manu, proprium anulum porrexit ei, dicens. *Committimus tibi Ordinem fratrum minorum.*

Et ſtatim conuertit ſe ad illa verba declaranda. *Qui ſit Gubernator, & Corrector, &c.* Et dixit.

Nicolai III. declaratio eorum verborum *Gubernator, Protector, & Corrector.*

Tua gubernatione Ordo non indiget, quia tot ſapientibus, & prudentibus viris abundat quòd ad bene gubernandum ſe, ſibi ipſi ſufficit. Correctioni quoque te non oportet inſiſtere, quia inter fratres, Prælaturæ ſunt taliter diſpoſitæ, quòd in hac parte non videtur eſſe defectus. Habent enim Guardianos: qui ſi deficiant, ad Miniſtros recurrere poſſunt: ſupra quos ſunt Generales, & Generale Capitulum. Ita quòd non eſt veriſimile, apud eos, quæ correctione indigerent præteriri. Vnum eſt, in quo patrocinio tuo Ordo ipſe opus habet. Sunt enim imbecilles, & pauperes, & multi ſunt, qui eos indebitè perturbant, & inquietare conantur, quibus per ſe repugnare, & ſibi prouidere non poſſunt. Et in hoc indigent brachio, & fortitudine Protectoris: & hoc eſt potiſſimùm, in quo ipſis tua cura debet inſiſtere.

Quid de Domino Protectore ſentire magis expediat.

Hæc ex dicto Memoriali, de Domino Protectore, fideliter deſumpta ſufficiant: quia eius perſonam, dignitatem, & Officium venerari magis debemus, quàm de eius auctoritate curioſè inquirere, & inueſtigare.

De Conſeruatoribus deligendis.

Cõſeruatores, deligendi.

Ex Valliſolet. 1593.

AD retinendam regularis vitæ diſciplinam, quia etiam priuilegia Apoſtolica plurimùm conferunt; idcirco qui

qui ea tueantur, & conſeruent, nobis deligendi ſunt.

Ex eiſdem. Prouinciales itaque, vt in ſua quiſque Prouincia, infra ſpatium ſex menſium, pro vnoquoque Loco, Conſeruatores nominaſſe, & elegiſſe teneantur, ac debeant, id ſanè ſtatuimus, & decernimus, ſub pœna priuationis Officij, negligentibus ſubeunda.

Prouinciales, infra ſex menſes Conſeruatorē, vnuſquiſque in ſua Prouincia, elegiſſe teneantur.

Patentes facultatum literæ pro Conſeruatoribus delectis.

Frater N. N. Prouinciæ N. Ordinis Minorum S. Franciſci regularis obſeruantiæ Miniſter, & ſeruus. Dilecto Nobis in Chriſto N. N. etc. ſalutem.

Ex Valliſolet. 1593. *QVI ſacræ, ac Seraphicæ Religionis noſtræ iura, exemptiones, gratias, indulta, conceſſiones, ac priuilegia quæcunque, à ſancta Sede Apoſtolica, ſeu ab eiuſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Sanctiſſimis, Maximiſq; Romanis Pontificibus, pio, ac paterno affectu, eidem ſacræ Religioni, & eiuſdem Profeſſoribus hactenus conceſſa, ſæpeq;, ac ſæpiùs renouata, & confirmata, debitè tuerentur, defenderent, & conſeruarent; eiuſdem ſacræ Religionis, & profeſſorum quieti, & indemnitati, paternè, ac prouidè proſpicientes; vt quò dicti profeſſores quietiùs Domino deſeruirent, eò vberiores fructus in Eccleſia Dei abundantiùs in dies afferrent; Conſeruatores Apoſtolicos, Iudices benignè conceſſerunt.*

Literarū pro Conſeruatore deligēdo Proœmium, quo infraſcripta generaliter explicātur.

j. Conſeruatores à ſancta Sede Apoſtolica Seraphicę Religioni conceſſos eſſe.

Hos verò eſſe voluerunt, & declararunt, quicunque in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, per Superiores Ordinis, vel per eiuſdem profeſſores, ſeu per illorum, vel ad commodum eorum, S. R. E. Procuratores, ſiue Syndicos, pro parte ipſorum requiſiti fuiſſent.

ij. Per quos eligendi illi, ac deputandi ſint.

Quibus

iij. Quod eorũ mun⁹, & quàm neceſſario ab eis, cùm requiſiti fuerint, exercendum:

Quibus etiam ſic requiſitis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub Excommunicationis pœna præcipientes, inſolidum mandauerunt, vt quotieſcunque à præfati Ordinis noſtri Superioribus, ſeu profeſſoribus, vel Procuratoribus huiuſmodi requiſiti fuiſſent, Conſeruatorij muneris partes ſuſciperent, & efficacis defenſionis præſidio aſſiſterent, eoſq́; & eorum iura, immunitates, conceſſiones, & priuilegia vt ſuprà, tuerentur, defenderent, & conſeruarent.

iiij. Quanta illorum auctoritas, & quis eis ſtatutus procedendi modus.

Quos ideo ampliſſima, libera, & abſoluta facultate, ac poteſtate donarunt: ita vt ſummariè etiam, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, iuriſq́; ordine minimè ſeruato, ſola facti veritate inſpecta, omnes, & quaſcunque cauſas, lites, contentiones, & controuerſias, ad Ordinem noſtrum, vel eiuſdem Ordinis Profeſſores ſpectantes, pertinentes, ſeu quomodocunque ipſum Ordinem, vel profeſſores eiuſdem, concernentes, contra omnes, & ſingulos quoſcunque Iudices ordinarios, tum ſæculares, tum Eccleſiaſticos, cognoſcere, decidere, diffinire, ac diffinitiua ſententia terminare poſſent, appellatione quacunque remota: Contradictores quoſcunque per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris, & facti remedia compeſcendo: inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Particularis prædictorũ applicatio: & Cõſeruatoris nominatio.

Nos igitur, qui diuina, & Superiorum diſpoſitione, in hac Prouincia N. Miniſterij onera ſuſtinemus, & Officio fungimur; huius ampliſſimi priuilegij Apoſtolici minimè priuari, ſed gaudere volentes, D.T. cuius integritati, & ſynceritati, ſanoq́; ac prudenti iudicio plurimùm confidimus; quam etiam Nobis, & ſacræ Religionis noſtræ profeſſoribus, pia deuotione mirè affectam, luculenter agnoſcimus: vniuerſę Prouinciæ Nobis commiſſæ; præſertim verò Conuentuum, & Monaſteriorum noſtrorum huius Ciuitatis, & Diœceſis N. Conſeruatorem Apoſtolicum nominamus, eligimus, & inſtituimus, atque nominatum, electum, & inſtitutum declaramus per præſentes.

Quæ à nominato Conſeruatore, electoq́; requirantur.

Quam etiam humiliter requirimus, iuxta formam, & tenorem præfati priuilegij, vt Nobis, & Fratribus, ac Sororibus noſtris aſſiſtat; iura noſtra, conceſſiones, exemptiones, & priuilegia, Noſq́; ipſos, Fratres noſtros, Sororeſq́; tueatur, protegat, conſeruet, atque defendat, quotieſcunque per Nos, vel fratres noſtros, aut Sorores huiuſmodi, vel Procu-

ratores

ratores Ordinis Generales, vel Prouinciales fuerit humiliter requiſita.

Ne verò in premiſſis, vel circa præmiſſa, labor, & ſtudium D. T. ſua mercede fraudetur, ſed ſpiritualis præmij ſolatio ſubleuetur, ac digna retributione compenſetur; etſi altiſſimam paupertatem profitentes, id temporalibus bonis minimè præſtare valeamus, ſpiritualibus tamen gratijs, & muneribus, pro modo gratiæ Dei, quo efficaciori poſſumus, proſequemur affectu. D. T. igitur, nec non & totam familiam ſuam, in conſortium, & confraternitatem noſtram, in vita pariter, & in morte benignè recipimus; atque omnium bonorum ſpiritualium, gratiarum, priuilegiorum ſuffragiorum Indulgentiarum, diuinorum officiorum, Miſſarum, orationum, meditationum, ieiuniorum, abſtinentiarum, pœnitentiarum, diſciplinarum, macerationum, afflictionum, peregrinationum, inſpirationum, prædicationum, lectionum, obſeruantiarum, deuotionum, & omnium aliorum bonorum ſpiritualium, authoritate Apoſtolica, qua eiuſdem S. Sedis Apoſtolicæ benignitate, in hac parte fungimur, tenore præſentium participes efficimus. Quod Præmiũ tot, ac tantis Conſeruatorum laboribus ſtatuatur.

Quæ omnia, & per nos, ac Fratres noſtros, Sororesq; operari, & pro vobis acceptare dignetur, clementia Seruatoris noſtri Dei: vt multiplici ſuffragiorum adiuti præſidio, & in præſenti, diuinæ gratiæ incrementa recipere, & in futuro, æternæ gloriæ, æterna præmia mereamini poſſidere. Literarũ concluſio.

In quorum fidem præſentes iuſſu noſtro confectas, atque Officij noſtri ſigillo maiori, quo in ſimilibus vtimur, munitas, propria manu ſignauimus. In Conuentu noſtro N. N. die N. Anno N. Earum fides, & authenticatio.

Ex Salmant. c. xij. Et ex Valliſolet. 1593.

QVIA verò parum eſt legem condere, niſi executioni debitæ etiam demãdetur; propterea fratribus eiuſdem Ordinis, & familię ciſmontanę, & vniuerſis, & ſingulis, cuiuſuis gradus, & conditionis exiſtant, diſtrictè præcipiendo mandamus, vt in omnibus ſupradictis, Prælatis, & Superioribus quibuſuis firmiter obedire teneantur: ſcilicet Generali Miniſtro, in Ordine vniuerſo; Commiſſario Generali, in familia ſibi credita; Prouincialibus Miniſtris, in ſuis Prouincijs; Cuſtodibus, in ſuis Cuſtodijs; Guardianis, & co- Lex vana, ſi executionẽ non habeat: Ideo p̃ſentium Cõſtitutionũ obſeruatio præcipitur, ac Prælatorũ obedientia.

& eorum Vicarijs, cœterisq; Prælatis, & Superioribus, quocunque nomine vocentur, in ijs, & alijs licitis, & honeſtis, quæ non ſunt contra animam ſuam, & Regulam noſtram.

Quibus pœnis inobedičtes, & contumaces afficiendi.

Et ſi quis, quod abſit, auſu temerario, ijs contraire, aut Prælatis ſuis non obedire præſumpſerit, debitè monitus, ſi in contumacia perſeuerauerit, carceribus mancipetur, vel etiam illis ipſis pœnis afficiatur, quibus inobedientes, contumaces, & perduelles, afficiendos eſſe, & puniri debere, ſuprà iuſſimus, & decreuimus. Ex eiſdem.

Hæc Statuta, alijs omnibus abolitis, ſeruāda.

Et ne labor noſter ſit inanis, & in contemptum veniat Ordinis diſciplina, volumus, hæc Statuta, Conſtitutiones, & Decreta, alijs omnibus abolitis, ab omnibus, tam Prælatis, quàm ſubditis integrè, exactè, atque omnino inuiolatè ſeruari. Ex eiſdem.

De Statutorū obſeruatione præceptum.

Mandantes, & diſtrictè præcipientes omnibus, & ſingulis Ordinis Prælatis, & Superioribus, quocunque nomine vocatis, vt hæc ipſa omnia, & ſingula, quantùm ad eos ſpectat, accuratè quidem ſeruent, & ab omnibus ſeruanda, in ſuis adminiſtrationibus diligenter curent. Ex eiſdem.

Negligentia coercenda.

Et qui in ſupradictis notabiliter negligentes fuerint, ſuſpendantur Officio quocunque, vel etiam priuentur, Superiorum arbitratu, pro negligentiæ modo. Ex eiſdem.

Dubiorum, & difficultatū explicatio, & reſolutio, Generali reſeruata.

Si qua verò difficultas, vel dubitatio ſuper ijs ipſis Decretis, & Conſtitutionibus oriri contigerit; eius interpretationem, explicationem, & declarationem, Reuerendiſs. in Chriſto Patri noſtro Generali Miniſtro, vel Cõmiſſario item Generali Ciſmontano reſeruamus, & reſeruatam eſſe volumus, & decernimus. Ex Valliſolet. 1593.

Multa à ſanctiſſimo Romano Põtifice, Generalis Capituli nomine, petenda.

Et quoniam multa nobis à ſanctiſſimo Romano Pontifice, communi omnium parente, & paſtore, & publicæ totius Ordinis, & priuatæ ſingularum Prouinciarum vtilitatis cauſa, petenda ſunt; maturè decernimus, vt quicquid ab eius Sanctitate communibus noſtris, & qui adſunt, Prouincialium, & Cuſtodum, aliorumq; Patrum literis poſtulabitur, id huius Generalis Capituli nomine, & auctoritate ita factū intelligatur, perinde ac ſi publicè poſtulatum eſſet. Ex eiſdem.

Hæc Statuta cenſuræ Apoſtolicæ ſubijciunt.

Denique omnia, & ſingula, quæ in hoc frequentiſſimo Generali Capitulo Valliſoletano, regularis diſciplinæ inſtaurandæ, ac retinendæ ſtudio, ad Dei Omnipotentis laudem,

dem, & gloriam acta, decreta, & conſtituta ſunt, ea, qua qua debemus, obedientia, humilitate, ac reuerentia, Sanctiſſimi Domini noſtri, ac ſanctæ Sedis Apoſtolicę iudicio, auctoritati, & cenſurę emendanda, & corrigenda ſubijcimus, & ſubiecta eſſe profitemur.

Ex Salmant. c.xij. Et ex Valliſolet. 1593.

Statuta hæc euulganda.

Poſtremò ne quis, pręſtandis ijs, quæ Decretis, & Conſtitutionibus ijſce Capitularibus, communi, ac perpenſo Patrum conſilio, & vnanimi conſenſu ſancita ſunt à nobis, vlla, vel excuſatione, vel exceptione vti poſſit, maximè verò quòd ea ignorarit; Nos propterea, pro noſtri muneris Officio, & auctoritate, Prouincialibus, & vniuerſis, & ſingulis edicimus, & iubemus, vt vnius menſis ſpatio, poſtquàm Conſtitutiones, & Decreta hæc typis impreſſa, & euulgata fuerint, ea in ſua quiſque Prouincia, & habeat, & in ſingulis Conuentibus, & Monaſterijs diſtribuenda, ſtudioſéq;, ac publicè fratribus capitulariter congregatis, bis, aut ter in ſingulos annos perlegenda, diligenter curet.

Ex Salmant. c.xij. Et ex Roman. 1571. & 75. Et ex Valliſolet. 1565. & 93.

Pęnę in negligētes ſtatutę.

Guardiani autem, qui in ijs legendis, & ſeruandis negligentes fuerint, ſuſpendantur Officio, vel etiam priuentur, aut grauiùs puniâtur, Prouincialium arbitratu. Prouinciales verò in ijs ipſis præſtandis, & diligenter exequēdis, omnem curam, & ſtudium adhibeant, & adhibere velint.

Ex Valliſolet. 1593.

Studioſa Generalis ſolicitudo: Et eius pietatis præmia.

Quòd ſi & ipſi, aut negligentia, aut aliâs culpabiles fuerint, grauiter per ipſum Reuerēndiſſimum Patrem admoneantur, vel corripiantur etiam, pro negligentię, vel contumacię modo, prout idem Reuerēdiſſimus Pater, pro ſua pię tate, prudentia, & religione, magis opportunum iudicauerit in Domino. Qui laborum ſuorum, & patientię, & paternę ſolicitudinis, & Chriſtianę, ac religioſę pietatis, & charitatis præmia ei largiri dignetur Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.

Statutorum Generalium finis.

FORMA

FORMA PRO INDVENDIS, ET AD PROFESSIONEM ADMITTENDIS Nouitijs:

De qua in Decretis ſit mentio.

QVo die quis, ad Conſtitutionis Sixti Quinti Summi Pontificis præſcriptum, approbatus, Superioris conceſſu, Religionis noſtræ habitum ſuſcepturus eſt; aut mane poſt Miſſam maiorem, aut poſt Veſperas, prout opportunius venerit; antequàm fratres è Choro diſcedant, Superior, aut alius de mãdato, indutus Alba, Stola, & Pluuiali, pro temporis, & Officij ratione, conuenienti, ſtans in medio Altaris, Iuuene in inferiori Altaris ipſius gradu, genibus flexis exiſtente, has ſequentes orationes, verſa facie ad Sacramentum, dicat, incipiendo abſolutè.

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DEus, qui à ſæculi vanitate conuerſos, ad brauium ſupernæ vocationis accendis; & qui renunciantibus ſæculo; manſiones paras in cœlis: dilata cor huius famuli tui cœleſtibus donis: vt fraterna nobiſcum teneatur compagine charitatis: vnanimis, conſtans, ſobrius, ſimplex, & quietus, regularia Sanctorum Patrum Inſtituta cuſtodiat: & ad

eum, quem, te inſpirante, perfectionis ſpiritum concepit, te adiuuante, perueniat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, Dux, Salus, & Fortitudo noſtra, humiliter petimus, vt famulum tuum, quem ſanctæ compunctionis ardore, ab huius ſæculi vanitate ſeparaſti, etiam à conuerſatione terrena diſcernas, & gratiam, qua in te perſeueret, infundas: vt protectionis tuæ præſidio munitus, quod te donante affectat, te adiutore compleat: vt ſuæ conuerſionis executor effectus, ad ea, quę perſeuerantibus in te promittere dignatus es, fœliciter pertingat. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℞. Amen.

Deinde procedat Sacerdos ad cornu Epiſtolæ: & ibi ſtans, benedicat veſtimenta, paulò ante à Sacriſta, in eodem cornu, ſuper aliquo ſcabello, opportunè, ac decenter præparata; dicens.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*
℞. *Qui fecit cęlum, & terram.*
℣. *Sit nomen Domini benedictum.*
℞. *Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℞. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℞. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui regumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſam

menſam tuæ largitatis abundantiam; vt hoc genus veſtimenti; quod Sancti Patres, ad innocentiæ, & humilitatis indicium, abrenunciantes huic ſæculo, ferre ſanxerunt: ita bene ✠ dicere, & ſanctificare digneris, vt hic famulus tuus; qui ſanctæ Religionis habitum, pię deuotionis affectu, aſſumere intendit: te intus veraciter induere mereatur. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amen.

Super Chordam, ſiue Cingulum.

Oremus.

DEus, qui, vt ſeruum redimeres, filium tuum per manus impiorum ligari voluiſti, bene ✠ dic quæſumus cingulum iſtud, & præſta, vt famulus tuus; qui eo, velut ligamine pœnitentiali ſui corporis cingetur: vinculorum eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti perpetuò memor exiſtat: & in Ordine, quem aſſumit, perenniter perſeueret: tuisq; cum effectu ſemper obſequijs, ſe alligatum eſſe cognoſcat. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Quibus dictis aſpergantur ſimul, & Iuuenis, & veſtimenta aqua benedicta, ſine incenſo. Deinde, auxiliantibus Miniſtris, exuatur Iuuenis ſæcularibus veſtimentis à Sacerdote, ſiue Superiore dicente.

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis. Amen.

Et

Et illum poſtea Religionis habitu induendo, ad ſingula veſtimenta dicat.

Ad Tunicam.

Induat te Dominus nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. ℟. Amen.

Ad Habitum.

Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, præſta quæſumus, vt hic famulus tuus ſic iſtud deportare valeat, vt poſſit conſequi tuam gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Ad Caputium.

Pone Domine Caputiũ ſalutis in capite eius, ad expugnandas Diabolicas fraudes. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Ad Chordam.

Præcingat te Dominus cingulo puritatis, & extinguat in lumbis tuis humorem libidinis: vt maneat in te virtus continentiæ, & caſtitatis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Quo induto, porrigat ſibi faculam accenſam, dicens.

Accipe, frater cariſſime, lumen Chriſti, in ſignum immortalitatis tuæ: vt mortuus mundo, Deo viuas. Exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. ℟. Amen.

Poſtea vertat ſe Sacerdos ad Sacramentum. Et, Nouitio ſtante in ſupraſcripto gradu genuflexo, dicat clara voce.

℣. *Saluum fac ſeruum tuum.*
℟. *Deus meus, ſperantem in te.*
℣. *Mitte ei Domine auxilium de ſancto.*
℟. *Et de Sion tuere eum.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Maieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, vt famulum tuum; cui, de tua gratia præſumentes, noſtræ Religionis habitum impoſuimus: digneris inter diſcipulos tuos, virtute ex alto induere, iuſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento: vt intercedente Beato Franciſco Confeſſore tuo, ſub humilitatis veſte tibi perſeueranter deſeruiens, ad ſtolam immortalitatis, & gloriæ peruenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, ℟. Amen.

Oremus.

Domine Ieſu Chriſte, qui beato Petro Apoſtolo tuo; ſignificans, qua morte clarificaturus eſ-

ſet

ſet Deum: prædixiſti, per alium in ſenectute ipſum fore cingendum; famulum tuum fratrem noſtrum; quē cingulo noſtræ fraternitatis præcinximus: tuâ, quæſumus, charitate præcinge: tui nominis metu ſalutari conſtringe: & chorda cor eius regulari alliga diſciplinæ: vt tua ei opitulante gratia, ſolutus, & liberatus à mundo, tuoq; vinctus ſeruitio, in Ordinis, quem aſſumit, obſeruantia, vſque in finem iugiter perſeueret. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

DEus, qui mira Crucis myſteria in Beato Franciſco Confeſſore tuo multiformiter demonſtraſti, da huic famulo tuo, eius piæ deuotionis ſemper exempla ſectari: & aſſidua eiuſdem Crucis meditatione muniri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Quibus dictis, Sacerdos in medio Altaris, genua flectendo, intonabit. *Veni creator ſpiritus &c.* Qui dum à Cantoribus alternatim cantabitur, omnes fratres è dextro Chori latere, ordine egredientes, & ad medium Altaris procedentes, coram Venerabili Sacramento genua flectant, ac deinde Nouitium in infimo Altaris gradu, genibus flexis, exiſtentem, ad ſanctę pacis oſculum recipientes, ſinguli dicant, *Pax tibi Frater*: Moxq; Chorum ab altera parte iterum ingredientes, ſinguli in ſuo loco ſe recipiant: & completo Hymno, ſtatim ſequentes verſus canantur.

℣. *Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti.*
℟. *Dei genitrix intercede pro nobis.*
℣. *Ora pro nobis Beate Pater Franciſce.*
℟. *Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.*

Deinde Sacerdos cantet.

℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & ęterna perfrui letitia.

DEus, qui Eccleſiam tuam, Beati Franciſci meritis, fœtu nouę prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione, terrena deſpicere: & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*
℣. *Benedicamus Domino.*
℟. *Deo gratias.*

Poſtea Sacerdos benedicat Nouitium, & aſtantes, dicens.

Benedicat vos Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

Deinde

Deinde habeatur ſermo, actioni conueniens, ad Decretorum præſcriptum. Quo finito, & Nouitio nomine impoſito (quod Sanctorum ſit; vt hac pia, ſalutari, & perpetua ſui nominis recordatione, ſalutariter excitatus, cuius nomen gerit, eius virtutes, pios mores, & egregia facta, ſtudioſè quidem, ac ſanctè imitetur) & demum benedictione aſtantibus data, Nouitiorum Magiſter Nouitium accipiat, & ad Barbitonſorem deducat; vt religioſo more, iuxta probatam Religionis conſuetudinem, ei clericalis corona, vel laicalis circulus aptè fiat.

Quo autem die quis Religionis habitum ſuſceperit, memoria fiat in libro, huic vſui ſpecialiter præſcripto: ac præterea Prouincialis admoneatur; vt eius iuſſu, ſingula referantur in librum, in Prouinciali Archiuio perpetuò ſeruandum.

ORDO RECIPIENDI Nouitios ad Profeſſionem.

FINITO probationis tempore, ſi Nouitius iuxta Canonicas, & Apoſtolicas Sanctiones, ac regularia Sanctorum Patrum Inſtituta, ad profeſſionem ſolemniter emittendam, repertus fuerit idoneus; pridie, quo profiteri ſtatuit, peccatorum ſuorum diligenti confeſſione facta; & mane ſequentis diei, ſumpto deuotiſſimè Euchariſtiæ Sacramento; omnibuſq; & Regula, & antiquis, perpetuoq; vſu receptis, ac probatis Sanctorum Patrum Traditionibus antea ſeruatis; familię fratribus, & vniuerſis, & ſingulis capitularis Campanæ ſigno conuocatis, & capitulariter congregatis, Superior, vel alius eius mandato, facultatem eiuſmodi ab eodem habens, in ſella, opportuno loco antea opportunè præparata ſedeat.

Tumq; Nouitiorum Magiſter illuc Nouitium, ad profeſſionem admittendum, religioſè deducat: quò cùm peruenerit, & genuflexerit, Nouitium ipſum ante pedes Superioris ſtatuat. Tùm Superior Nouitium interrogabit, prout oportet: & ſi ad opportunas interrogationes rectè reſponderit; mox de Sede ipſa, pio, ac breui ſermone poterit & grauitatem, & pietatem, & magnitudinem actionis illius, & ipſi profitenti, & reliquis aſtantibus ſignificare; prout vſu venerit opportunius.

Quo finito, Superior ſurgens, & genua flectens, ſolus clara voce intonabit Hymnũ. *Veni creator ſpiritus &c.* quo, alternantibus Choris,

finito, Superior dicat:

℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*

℟. *Et renouabis faciem terræ.*

Oremus.

Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio, & operatio, à te ſemper incipiat, & per te cępta finiatur. Per Chriſtum Dominũ noſtrum. ℟. Amen.

Deinde Superior iterum ſedeat: moxq; Nouitius ante pedes eius genuflexus, poſitis manibus ſuis inter manus ipſum ad profeſſionem admittentis, & recipientis, clara, & intelligibili voce dicat hæc verba; vel à Superiore primùm dicta, ipſe eadem rectè, ac ordine repetat; vel etiam de ſcripto legat, prout opportunius videbitur.

Forma profeſſionis, in Ordine Fratrum Minorum ſolemniter emittendæ.

Ego Frater N. N. voueo, & promitto Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Franciſco, et omnibus Sanctis, & tibi Pater, toto tempore vitæ meæ ſeruare Regulam Fratrum Minorum, per Dominum Papam Honorium confirmatam, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

Recipiens verò ad profeſſionem, ei dicat.

Et ego ex parte Dei, ſi hæc obſeruaueris, promitto tibi vitam æternam. Amen.

Quibus dictis, ſtatim Cantores cantabunt in ſexto tono pſalmum. *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum &c.* Et interim Superior amouebit, & diſſuet à Nouitij Caputio probationis ſignum. Finito pſalmo, Cantores canant ſequentem verſiculum.

℣. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

℟. *A templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem.*

Deinde Sacerdos dicat ſequentes orationes.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

DEus, qui per coeternum filium tuum cuncta creaſti, quiq; mundum peccatis inueteratum, per myſterium incarnationis eius, renouare dignatus es: te ſupplices exoramus, vt ſuper hunc famulum tuum Fratrẽ noſtrum N.; qui hodie in hoc ſancto templo tuo vanitatem mundi, & pompas Diaboli, per noſtræ ſeruitutis miniſterium, voto ſolemni abrenunciare decreuit: ita reſpicere digneris, vt ſpiritu mentis ſuæ renouatus, veterem hominem cum actibus ſuis exuere, & nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induere mereatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui es via, ſine qua nemo vadit ad Patrem, quæſumus clemẽtiam tuam, vt hunc famulum tuum à carnalibus deſiderijs ab-

ſtractum, per arctam, ac tutam regularis diſciplinæ viam deducas: & qui peccatores vocare dignatus es dicens; Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos; præſta, vt hæc vox vocationis tuæ, ita in eo conualeſcat; quatenus onera peccatorum deponens, & quàm dulcis es, deguſtans, tua refectione ſuſtentari mereatur. Qui viuis, & regnas in ſęcula ſęculorum. ℟. Amen.

Oremus.

SAncte Spiritus, qui te Deum, ac Dominum mortalibus reuelare dignatus es, immenſam tuę pietatis abundantiam ſuppliciter exoramus; vt ſicut ubi uis, ſpiras; ſic & huic famulo tuo fatri noſtro N. affectum pię deuotionis inſpires: & qui tua ſapientia eſt conditus, tua quoque prouidentia gubernetur: quem etiam unctio tua de omnibus doceat: & per interceſſionem Beatę Virginis Marię, Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Beati Patris noſtri Sancti Franciſci, ac Beati N. & omnium Sãctorum, fac eum à ſęculi uanitate ita ueraciter conuerti, ut quod hodie te inſpirante inchoat, ſic iuſtè, piè, ac ſanctè per ueram humilitatem, & obedientiam, fraterna charitate fundatus, te adiuuante perficiat, ut in ſancto Religionis propoſito iugiter perſeuerans, ad uitam perueniat ſempiternam. Qui cum Deo Patre, & Filio eius, Domino noſtro Ieſu Chriſto, uiuis, & regnas Deus per omnia ſęcula ſęculorũ. ℟. Amen.

Quibus dictis, ſtatim Cantores intonabunt Hymnum, *Te Deum laudamus:* Et per Clauſtrum ordine procedentes, ad Eccleſiam reuertentur. Finito verò Hymno, Cantores ſequentes verſus cantabũt.

℣. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

℟. *A templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem.*

℣. *Poſt partum Virgo, inuiolata permanſiſti.*

℟. *Dei genitrix, intercede pro nobis.*

℣. *Ora pro nobis Beate Pater Franciſce.*

℟. *Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.*

Deinde Sacerdos dicat, ſiue cantet ſequentes orationes.

Oremus.

ADſit nobis, quæſumus Domine virtus Spiritus ſancti: quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduerſis.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Eccleſiam tuam, Beati Franciſci meritis, fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione, terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Cantores.

℣. *Benedicamus Domino.*

℟. *Deo gratias.*

Poſtea Superior, & profeſſum, & aſtantes benedicat, dicens.

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. ℞. Amen.

Quibus peractis, memoria fiat in libro, ad hunc vſum ſpecialiter deputato; Profitentis nomine, cognomine, Patria, ætateq́; ; diei quoque, menſis, & Anni numero; in cuius item manibus, & quo loco præterea profeſſus eſt, ad Decretorum præſcriptum, diligenter annotatis: cui Profeſſus ipſe propria manu ſubſcribat. Tùm præterea primo quoque tempore Guardianus Prouincialem admoneat, ſi abſens fuerit, vt ſingula referantur in librum, vt ſuprà perpetuò ſeruandum.

FINIS.

MISSIONIS FORMA,

De qua in Decretis &c.

OMNIBVS, & ſingulis, præſentes literas inſpecturis, lecturis, pariter & audituris, Nos Guardianus, & Diſcreti N. N. fidem facimus, & atteſtamur; fratres præſentium latores, eſſe à Nobis miſſos ad colligendas N. N. pias Chriſti fidelium eleemoſynas. Rogamus igitur omnes, & ſingulos Chriſti fideles, ad quos ipſi fratres noſtri acceſſerint, vt voluntariam, ſanctamq; paupertatem noſtram, Chriſtiana charitate, & pietate vnuſquiſque, prout facultates tulerint, ſuis eleemoſynis adiuuare velint. Rectores verò Eccleſiarum, vt in Concionibus, vel inter Miſſarum ſolemnia, fidelibus populis, pijs cohortationibus piè ſuadeant, eosq; efficaciter hortentur, vt pijs eleemoſynarum largitionibus nos Chriſti pauperes adiuuent; illos admonentes, ac docentes, quoniam pro ipſæ Chriſtianæ charitatis operibus centuplum accipient, & vitam æternam poſſidebunt &c. Ex Conuentu &c.

INDEX TITVLORVM,

QVI TOTO PRÆSENTI CONSTITVTIONVM *volumine continentur:*

Quiq; duodecim Regulæ capitulis, quibus Conſtitutiones ipſæ accommodantur, correſpondent.

Tituli primi Capituli.

Regula & vita Fratrum Minorum &c.

DE Inſtituto Sancti Franciſci. pag. 2

De obedientia, quæ Sanctiſſimo Romano Pontifici, cęteriſq; Prælatis, ac Superioribus debetur. 3

Tituli. Cap. II.

Si qui voluerint hanc vitam accipere, &c.

DE ſæcularibus ad probationis habitum admittendis. pag. 5

De ijs, qui pro Laicis recipiendi ſunt. 11

De Conuentibus ad Nouitios educandos deligendis. 12

De Nouitiorum Magiſtris. 15

De Nouitijs ad profeſſionem admittendis. 17

De Iuuenibus profeſſis. 20

De Clericorum Seminario in vnaquaque Prouincia erigendo. 21

De Clericis, qui ſacris initiandi ſunt. 25

De

De Apoſtatis. 28
De veſtimentorum ratione & qualitate. 37
De Tonſura. 43

Tituli. Cap. III.

Clerici faciant diuinum officium &c.

DE diuino officio. pag. 45
De diſciplina Chori, & recta pſallendi ratione. 48
De cantu muſico, & muſicis inſtrumentis. 52
De ſacris ritibus & ceremonijs. 54
De pia in Eccleſia uerſandi ratione. 60
De Eccleſiarum nitore & cultu: Ac de earum obligationibus, emolumentis, ornamentis, & ſumptibus. ibid.
De ſilentio. 62
De ieiunio. 66
De euagatione fratrum ſtudioſè tollenda. 67
De fratribus quauis de cauſa Romam confluentibus: Et de ijs, quæ Procuratori, & Commiſſario Curiæ Romanæ hoc circa præſtanda ſunt. 91
De non equitando. 73

Tituli. Cap. IIII.

Præcipio firmiter fratribus vniuerſis &c.

DE non recipiendis pecunijs. pag. 74
De modo, quo fratres, & Superiores cum Procuratoribus ſe habere debent. 84

Tituli. Cap. V.

Fratres illi, quibus gratiam dedit Dom. &c.

DE laboritio, quod ad honeſtatem pertinet. pag. 87
De mercede laboris. 89

De

De Oratione. ibid.
De Studijs. 92
De laborityſ, & negotijs, ad honeſtatem minimè pertinentibus. 97

Tituli. Cap. VI.

Fratres nihil ſibi approprient, &c.

DE omnimoda rerum abdicatione, pag. 99
De domibus, ac pratis non locandis. 108
De debitis non contrahendis: & de ſoluendis iam contractis. 110
De depoſitis nullo in Loco recipiendis. ibid.
De Computis, ſiue calculis, ſingulis menſibus reddendis. 111
De pijs legatis, annuis reditibus, & Capellanijs perpetuis non recipiendis. 112
De quærendis eleemoſynis. 115
De Locis de nouo neque recipiendis, neque relinquendis: Et de fabricis item. ibid.
De Charitate hoſpitibus, & fratribus infirmis exhibenda. 117

Tituli. Cap. VII.

Si qui fratrum, inſtigante Inimico, &c.

DE ſacra peccatorum Confeſſione. pag. 122
De caſibus reſeruatis. 125
Tabella caſuum reſeruatorum, qui Generali, aut Prouincialibus Miniſtris, ex Generalibus Ordinis Conſtitutionibus reſeruantur. 128
De abſolutione in genere. 129
De abſolutione ab Excommunicatione, quæ propter iniectionem manuum violentam incurritur. 130
De correctione fratrum, ac pœnis, eiſdem peccantibus imponendis. 131
De pœna priuationis actiuæ, & paſſiuæ vocis. ibid.
De pœna priuationis actuum legitimorum. 132

De pœna

De pœna priuationis Officiorum Ordinis. ibid.
De pœna proprietariorum. ibid.
De pœna carceris. ibid.
De tortura, ſiue arctatione. 134
De pœna contra caſtitatis tranſgreſſores. 135
De pœna contra inobedientes & contumaces ſtatuta. 136
De pœna Talionis. ibid.
De pœna Apoſtaſiæ. 137
De Excommunicationis pœna. ibid.
De pœnis, quibus Prælati & Patres qualificati afficiendi ſunt. 138
De pœnis contra infamatores & falſos teſtes. ibid.
De pœnis in generali. ibid.
De ſubornatoribus. 141
De reuelantibus ſecreta. 142
De verbis indebitè prolatis. ibid.
De minis, & manibus violentis. 144
De conſpiratoribus. 145
De procurantibus Ordinis diuiſionem. 146
De recurrentibus ad Tribunalia ſæcularia. ibid.
De recurrentibus ad fauores. ibid.
De incorrigibilibus. 147
De falſificatoribus. 148
De intercipientibus literas. ibid.
De Infamatoribus. ibid.
De deponentibus in iudicio. 149
De procurantibus nouitatem in Ordine. ibid.
De Simoniacis. 150
De libellis famoſis. ibid.
De fratrum defectibus opportunè detegendis. ibid.
De ludis euitandis. 151
De criminibus in genere. ibid.
De fratribus aut ad triremes, aut ad perpetuos carceres damnatis: Et de ijs, qui apud ſanctum Inquiſitionis Officium abiurauerunt. 152
De ſpurijs. ibid.
De punitionibus non differendis. ibid.
De hoſpitibus, & aduenis delinquentibus. 152
De rebellantibus. 153
De pœnis impoſitis. ibid.
De appellatione. 154

Tituli.

Tituli. Cap. VIII.

Vniuerſi fratres vnum de fratribus iſtius &c.

De Generali Miniſtro: Et de Capitulo Generali, & alijs Capitulis, Miniſtris, & Ordinis Officialibus quibuſuis. pag. 156
De electionibus in genere. 157
Diſquiſitores quot eſſe debeant. 158
A quibus eligendi, ſeu inſtituendi ſint. ibid.
De eorum qualitatibus, qui ad prædicta Officia promouendi ſunt. 162
De Generali Capitulo. 163
Quo loco, & tempore celebrandum ſit. 164
De ijs, quæ ante Generale Capitulum agenda ſunt. 165
De ijs, qui ad Generale Capitulum vocandi ſunt, & ad illud accedere debent. 166
De Cuſtodibus eligendis. 167
De expenſis, pro euntibus ad Generale Capitulum fiendis. ibid.
De ijs, quæ in Generali Capitulo peragenda ſunt. 168
Forma Generalis abſolutionis in omnibus Capitulis, tam Generalibus, quàm Prouincialibus, ante electiones, canonicè ac rite celebrandas, ſeruanda. 171
De habentibus votum in electione Generalis Miniſtri. 475
De Generali Miniſtro, & eius Officio & poteſtate. 176
De comitatu Generalis Miniſtri. 179
De modo, quo Generalis Miniſter in vnoquoque Conuentu recipi debeat. 181
De Generali Miniſtro, poſtquàm Officio functus eſt. 183
De Generali Miniſtro, ex hac vita in Officio decedente in ea familia, ex qua erat aſſumptus. ibid.
De habentibus votum in electione Vicarij Generalis. 185
De Generali Miniſtro, in Officio decedente in altera familia. ibid.
De ijs, quæ per Vicarium Generalem præſtanda ſunt. 186
De Commiſſario Generali. 188
De habentibus votum in electione Commiſſarij Generalis. 189
De eius Officio & poteſtate. ibid.
De Congregatione Generali. 191
De Diffinitoribus, in Capitulo, & Congregatione Generali eligendis. 195
Quot numero eligendi ſint, & à quibus eligi debeant. ibid.

De eorum Officio. 195
Quanto tempore durat. ibid.
De iis, quæ poſt electiones peragenda ſunt. 196
De Diffinitoriis Generalibus. 197
De iis, qui ad Diffinitoria eiuſmodi vocandi ſunt. ibid.
De iis, quæ in Diffinitoriis ipſis tractanda ſunt. 198
Acclamationes Patrum. 200
Sequuntur ſuffragia. 202
De Procuratore Ordinis, & Commiſſario Curiæ Romanæ. 204
De Patribus Ordinis. 206
De Patribus vnius, vel alterius familiæ. 207
De Prouinciis ad alteram, & alteram familiam pertinentibus. 208
Quo quiſque loco & ordine in Comitiis Generalibus ſedere debeat. 210
De Prouincialibus Capitulis. 211
De Locis, ad celebranda Prouincialia Capitula deligendis. 212
De Indictionis literis. ibid.
De iis, quæ dictis indictionis literis, inter alia, ſpecialiter præſcribenda ſunt. ibid
De iis, qui ad Prouincialia Capitula, quouis iure, vel conſuetudine accedere debent. 214
De habentibus votum in Prouinciali Capitulo. ibid.
De eorum qualitatibus, qui ad prædicta Officia promouendi ſunt. pag. 215
De Cuſtodibus, ad Generalia Comitia mittendis. ibid.
De Diffinitoribus Prouincialibus. 217
De iis, quæ poſt electiones prædictas agenda ſunt. 219
De iis, qui ad Diffinitorium vocandi ſunt. ibid.
De iis, quæ in Diffinitorio agenda ſunt. 220
De Guardianis. 221
Guardiani quales inſtituendi ſint. 222
De Vicariis. 223
De Vicario Chori. 224
De Sanctimonialium Confeſſariis. ibid.
De Nouitiorum Magiſtris. 225
De Examinatoribus. ibid.
De Prædicatoribus in vnoquoque Conuentu locandis. ibid.
De Lectoribus, & Studiis. 226
De Diſcretis Localibus. ibid.
De Sacriſta. ibid.
De cæteris Officialibus in genere. ibid.

De præ-

De prçcedentia. 227
De Capitulari Congregatione. ibid.
De iis, qui ad Congregationes prædictas vocandi ſunt. 228
De Prouincialibus Miniſtris, & eorum Officio, & poteſtate. ibid.
De Prouincialibus Miniſtris, qui iam Officio functi ſunt. 232
De Prouinciali Miniſtro, ex hac vita in Officio decedente. 233
De Locali Capitulo. 234
De Locali Capitulo, pro electione Capitularis Diſcreti. 241
De habentibus votum in electione Capitularis Diſcreti. 242
Diſcreti quales eligi debeant. 243
De reſidentia. 244
De Titulis, & præcedentia. 246
De Tabellis Patrum, & ſuffragiis, pietatis cauſa, pro eiſdem agendis. 249
De Commiſſariis Viſitatoribus. 253
Viſitatores quales eſſe debeant. ibid.
Viſitatores quando mitti debeant. 254
Quæ Commiſſario Viſitatori, ante Viſitationis initium, præſtanda ſint. 255
Quis Viſitationis ſcopus. 258
Quæ Viſitator, in obeundo Viſitationis munere, præſtare debeat. 259
De Venerabili Sacramento. 260
De Sanctorum Reliquiis. 261
De Oleo ſancto. ibid.
De ſacris Altaribus. ibid.
De Capellis. 263
De Confeſſionalibus ſedibus. ibid.
De Sepulturis. 264
De Eccleſiis generatim. ibid.
De Sacriſtia. 265
De Infirmariæ loco. 267
De Aromataria. 268
De Hoſpitiis. ibid.
De Cellis fratrum viſitandis. 269
De fratribus, coram Commiſſario Viſitatore, Viſitationis gratia, ſigillatim euocandis. ibid.

Tituli.

Tituli. Cap. IX.

Fratres non prędicent in Epiſcopatu &c.

DE Prædicatoribus. 273
De eleemoſynis, pro Prædicatoribus oblatis. pag. 275

Tituli. Cap. X.

Fratres, qui ſunt Miniſtri & ſerui &c.

DE admonitione, & correctione fratrum. pag. 278

Tituli. Cap. XI.

Pręcipio firmiter fratribus vniuerſis, &c.

DE ſuſpectis conſortijs euitandis: Et de ingreſſu intra Monaſteria, Monialium: Ac de ijs, quæ ad ęarum vitæ rationem perti-nent. pag. 285
De Sanctimonialibus. 288
De acceſſu ad Monaſteria Monialium. ibid.
De ingreſſu intra Monaſteriorum ſepta. 291
De egreſſu. 293
De ijs, qui ad communia Monaſteriorum ſeruitia & Officia, extra, vel intus obeunda, deligendi ſunt. 296
De bonis, ad Monaſteria Monialium, quouis iure pertinentibus. 297
De numero Monialium in vnoquoque Monaſterio præſcribendo. 299
De Monaſterij Præfecta, & eius Officio. ibid.
De obedientia. 303
De paupertate. 304
De honeſtate. 306
De Capitulo. 308
De benedictione menſæ, & gratiarum actione. 309
De diuino officio, & Oratione. 310

De ſacra peccatorum confeſſione, & communione. 312
De Confeſsarijs & eorum ſocijs. 313
De communi laborum loco. 316
De communi Veſtiario. 317
De communi Dormitorio. 318
De Puellis ad Religionem recipiendis. ibid.
De Nouitijs ad profeſſionem admittendis. 321

Tituli. Cap. XII.

Quicunque frãtrum diuina inſpiratione &c.

DE euntibus inter Saracenos, & alios infideles. pag. 322
De Conſeruatoribus deligendis. 328
Patentes facultatum literæ, pro Conſeruãtoribus delectis. 329

FINIS.

INDEX RERVM OMNIVM, QVAE PRAESENTI STATVTORVM, CONSTITVTIONVM, Ordinationum, & Decretorum Volumine continentur.

IN HOC AVTEM INDICE, quaſi ſub qualibet vocula habetur materia ferè tota compendioſè collecta, ac breuiter digeſta.

Abbatiſſa.

ABBATISSA, vide in verbo, Præfecta: ad illud enim, veluti generalius, quæ de Abbatiſſis in Conſtitutionibus habentur, redacta ſunt.

Abdicatio.

Abdicationi rerum externarum omnimodæ, quomodo fratres ſuos obligatus eſſe voluit Sanctus Pater Franciſcus, & quare. 99
Abdicatio rerum externarum perfectæ renunciationis initium. 100
Exemplo Apoſtolorum id confirmatur. ibidem.
Et verbis pluribus ipſiuſmet Domini. ibid.
Abdicatio omnimoda rerum omnium, quam fratres profitentur, ſancta eſt, ac meritoria. 101
De ea, quid ſenſerit Nic. iij. Sum. Pont. ibid.
Eam fratres profitentes, ſui homicidas efficere, aut Dei tentatores, erroneum, & quare. ibid.
Abdicantes à ſe omnium rerum proprietatem, ſic diuinæ prouidentiæ ſe committunt, vt viam non ſpernant prouiſionis humanæ. ibid.
Eam profitentibus, triplex viuendi modus relinquitur ex Regula. ibid.

Quibus omnis ratio diffidentiæ ex Chriſti promiſſo ſublata. ibid.
Eis ipſis in extrema neceßitate conſtitutis, ea viuendi via non præcluditur, quæ cæteris in extremæ neceſſitatis articulo, iure poli conceditur. 102
Ad abdicationem prædictam, grauiſſima cohortatio. ibid.

Abiuratio.

Abiurati apud ſanctum Inquiſitionis officium de leui, quales remaneant in Ordine. 152
Quales item qui de vehementi. ibid.

Abſentia.

Abſentia Superiorum, pluribus de cauſis, quandoq; neceſſaria. 245
Abſentiæ cauſa, Superioribus notificanda, & ab eiſdem ſcripto probanda. ibid.
Abeſſe volentes, quæ meminiſſe debeant. ibid.
Abſens paruo tempore, non videtur abeſſe. ibid.
Abſentiæ breuioris, ſpatium limitatur. ibid.
Ea, vt liceat, quæ requirantur. ibid.
De eadem iudicium, Superiorum, & abſcedentium conſcientijs relictum. ibid.
Abeſſe volentibus, Prouinciali à Prouincia, & locali à loco, quæ prouiſio adhibenda, & quomodo. ibid.
Abſens contra ſtatutorum diſpoſitionem, mortaliter peccat. ibid.
Quibus pœnis præterea puniendus ſit. ibid.
In ea abſentia morientibus ijs, quis interim rector, & gubernator. 246

Abſolutio.

Abſolui poßunt ab omnibus cenſuris, & pœnis, qui Religionis habitum ſuſcipiunt. 9
Priuilegium ad id Apoſtolicum. ibid.
Abſolutio generalis ad effectum electionis celebrandæ, per quem, & quomodo facienda. 171
Eius forma in omnibus Capitulis, tàm generalibus, quàm prouincialibus ſeruanda. 171
Abſoluere à peccatis, quibuſnàm in Ordine competat. 122
Abſolutio à reſeruatis quibuſq; caſibus, & cenſuris, vide in verbo, Reſeruatio.
Abſolutio apoſtatarum, vide in verbo, Apoſtata.

Acceptio.

Acceptio perſonarum, in neceſſarijs prouidendis, & ſuperfluis tollendis, ſummoperè cauenda. 37

Item

Item in iudicio ferendo inter neceſſarium, & ſuperfluū rerum vſū. 82
Item in viſitationibus. 259
Meritorum tamen ratio habenda. 37

Acceſſio.

Acceſſio bonorum, aut fabricarum cuiq; loco facta, in inuentarium redigenda, & ad Capitulum afferenda. 213
Acceſſio quæcumquè bonorum Monaſterijs monialium, quomodocunq; facta, Prouinciali denotanda, & eius iuſſu in inuentarium referenda. 297

Acceſſus.

Acceſſus ad Capitulum, quibus prohibeatur. 213
Acceſſus ad monaſteria Monialium abſq; legitima facultate, fratribus quibusq; vetitus. 288
Vetitus item Superioribus ipſis, niſi pro exequendis muneribus, ſibi incumbentibus, eò accedant, vel à Præfectis Monaſterij cum Diſcretis, pro communi earum commodo, ſpiritualiq; profectu, vocentur. 289
Acceſſus ad Monaſteria prædicta, publici alicuius muneris obeundi gratia, licet: ſed ſcripto Superioris iuſſu, miſſuuè. 288. & 289
Acceſſus ad Confeſſariorum hoſpitia, maximè ſi Monaſterijs contigua ſint, fratribus prorſus prohibetur. 289
Accedentes ad Monaſteria præfata, aut prædicandi, aut celebrandi gratia, nec cum Monialibus loqui, nec ab eis quidquam accipere debent. ibid.

Acclamationes.

Acclamationes Patrum in generali Capitulo faciendæ. 199
Earum forma, & ordo. 200
Et in Capitulis etiam prouincialibus ſeruandæ. 204

Accuſator.

Accuſator quis dicatur. 281
Accuſator, talionis pœnam incurrit, ſi in probatione deficiat. 136. & 282
Si etiam accuſet de delicto, aliàs ſufficienter punito. ibid.
Vel de ijs, quæ tamquàm falſa reprobata fuerint. ibid.
niſi tamen ad nouam probationem ſe obliget, & in ea non deficiat. 282
Accuſantium nomina, regulariter tegenda. 284. & 141
Quo caſu detegenda. ibid.

Actus legitimi.

Actuum legitimorum priuatio, quid importet. 132
Actibus legitimis priuato, quæ liceant, & quæ non. ibid.
Actuum legitimorum priuatio carcerationem conſequitur. 133

Ad actus legitimos reſtitutus, non intelligitur quis, licet è carceribus liberetur. ibid.

Adminiſtratio.

Adminiſtrationis ratio per Superiores locorum vbi, & quando reddenda. 213

Quomodo obſignanda, & ad Capitulum adferenda. 212. & 213

Adminiſtratio publicarum rerum, & maximè ſi ad pia loca pertineant, magnam requirit diligentiam, & fidem. 297

Adminiſtrator.

Adminiſtratores quicunque bonorum ad Moniales ſpectantium, cui, quoties, & quomodo adminiſtrationis rationem reddere teneantur. 299

Adminiſtrationis ſuæ rationem, Præfecta Monaſterij quæcunq;, cui, quoties, & quomodo reddere debeat. 299. & 306

Ædificia.

Aedificia imprudenter, ac temerè conſtructa, quæ damna parere ſoleant, & ſcandala. 117

Ædificatio omnis, quæ decem ſcutorum expenſas excedat, ſine Prouincialis licentia, fieri prohibetur. ibid.

Ædificationis nouæ, licentia in ſcriptis danda. ibid.

Qua item maturitate à Prouinciali concedenda. ibid.

Ædificantes contra diſpoſitionem ſtatutorum, quomodo puniendi. ibid.

Ætas.

Ætas illius, qui ad Ordinem pro Clerico recipi debet. 7

Et illius, qui pro laico. 11

Et Guardiani Seminario præficiendi. 23

Et Clericorum ad Sacros Ordines promouendorum. 36

Et eorum, qui ad ſtudia mittendi ſunt. 95

Et eorum, qui ad Confeſſiones admittendi. 123

Et Miniſtri Generalis. 176

Et Commiſſarij Generalis. 188

Et eorum, qui in Diffinitores Generales eligendi ſunt. 194

Et Miniſtri Prouincialis. 215

Et Diffinitorum Prouincialium. 118

Et Guardianorum. 223

Et Confeſſariorum. 224. & 314

Et ſociorum. vbi ſup.

Ætas grauis quæ. 280

Senum. quibus anaclynteria, & crepidæ, & linteamina concedi poſſunt. 280

Ætas

Ætas Guardiani Hieroſolymitani. 323
Et Monialis, quæ in Præfectam eligi debet. 299. & 300
Et Puellæ ad Religionem admittendæ. 318
Et nouitiæ profitendæ. 321
Ætas mulierum, aut aliarum perſonarum, quomodo ad ſuſpitionem faciat. 281. & 286
Ætas eorum, qui in cellas aliorum ingredi, & admitti, alioſq; in proprias admittere prohibentur. 286

Alchimia.

Alchimia damnatur. 97
Eam addiſcere, exercere, docere; aut libros, ſcripturaſuè ad ipſam pertinentes, ſcienter retinere; ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, prohibetur. ibid.
De prædictis conuictus, quomodo puniendus. ibid.
De eiſdem ſuſpectus, quomodo arctandus. ibid.

Alere.

Alere, vide in verbo, ludus.

Alienatio.

Alienatio qualibet cuiuſq; rei, fratribus vetita. 107
Alienantium pœna. ibid.
Alienatio bonorum mobilium, quomodo Superioribus conceſſa, & quomodo ab eis agenda. 109
Facultas Apoſtolica ad id conceſſa. ibid.
Cautio, vt rectiùs agatur. ibid.
Alienatio quæcunquè bonorum ad Moniales ſpectantium, ſine legitima facultate, nè fiat. 298
Si qua aliter facta fuerit, irrita ea ſit. ibid.
Eam facientes, qaum pœnam incurrant. ibid.

Alimenta.

Alimenta vnde miniſtranda Moniali, quæ ad aliud Monaſterinm, quauis de cauſa, per Superiores transfertur. 303. & 304
Ea miniſtrare detrectans, Præfecta quomodo punienda. 304

Alopetia.

Alopetia ſemel affecti, quales perpetuò remaneant in Ordine. 287

Altare.

Altare in primo ingreſſu Chori adeundum. 48
Et in egreſſu etiam. 59
Quæ ibi agenda. 48
Eadem Monialibus ipſis præſcripta. 310. & 312

In Altari Sacerdos exiſtens, turificandus. 58
Altaris, quæ pars Sacerdoti conueniat, dùm incenſum inibi recipit. ibid.
Ab Altaribus, laici homines arcendi. 60
Et eò magis Mulieres. ibid.
Idq; per Sacriſtam, ibid.
Altari, dùm ſacra fiunt, ſeruire cui liceat, & quo habitu. 58
De Altaribus, quæ Viſitatoribus inquirenda ſunt. 261. 262. & 265
Et ibi, quæcunquè ad Altaria ſpectant, nempè materia, forma, ſitus, ornatus, cultus, & cætera. ibid.

Amor.

Amor Matris, quoad teneritudinem, maximus. 118
Amor, quo quis ſeipſum diligit, maximus. ibid.
Amoribus prædictis, nullus maior. ibid.
Ab iis ſumpta exempla in Regula, ad inducendam mutuam inter fratres charitatem. ibid.

Anaclynteria.

Anaclynteria fratribus vetita. 40
Vbi tamen neceſſaria, concedi poſſunt. ibid.
Anaclynteriis ſine licentia vti, prohibetur. 41. & 269
Iis temerè, qui vtitur, quomodo puniendus. 41
Anaclynteria, vbi, & quibus, concedi poſſint. ibid.
Aliis, vel aliter concedens. quomodo puniendus. ibid.
Anaclynteriis, ſi quis ſine licentia vtatur, quid facere debeant Superiores locales. 41
Et ſi id omiſerint, cui pœnæ ſubiiciendi. ibid.
Anaclynteria, per Viſitatores prohibenda. 280
Quibus, ea relinquenda. ibid.

Anathema.

Vide in verbo, Excommunicatio, nam omne anathema eſt excommunicatio, licet non omnis excommunicatio ſit anathema.

Angeli.

Angelorum Chori harmoniam quandam redolent. 52
Qualis ea ſit. ibid.

Animalia.

Animalia quænam in Monaſteriis Monialium habere non licet. 292

Apices.

Apices iuris à Superioribus minimè ſeruandi. 139
Conſtitutio Bonifatii Octaui ad id. ibid.
Quare facta ſit. ibid.
Ad quæ teneantur Prælati vigore dictæ Conſtitutionis, & ad quæ non. ibi.

Apoſtaſia.

Apoſtatare quid ſit. 29
Super Apoſtatas multæ antehàc difficultes exortæ. ibid.
Eas omnes tollere intendit generale Capitulum. ibid.
Apoſtaſiæ ſex gradus ſtatuuntur, & quare. ibid.
Apoſtaſia leuis quæ. ibid.
Quæ leuior. ibid.
Quæ leuiſſima. 30
Quæ grauis. ibid
Quæ grauior. ibid.
Quæ grauiſſima. ibid.
Apoſtatæ declarantur, qui aliò eunt, quàm ſibi per facultates liceat. ibid.
Vel aliunde. ibid.
Vel tempus præſcriptum excedunt. 30
Vel ſoli ſine licentia incedunt. 30. & 70
Apoſtaſiæ dictorum qualitas iudicio Superioris relicta. 30
Item, qui extra loci limites egrediuntur, etiam cum licentia Superioris localis, niſi Superior ille ſpecialem facultatem habeat taliter fratres ſuos licentiandi. 32
Item, qui obedientia à Generalibus impetrata pro exeundo extra Prouinciam, poſt duos menſes ab eius impetratione exequi tentarint. 33
Item, qui ſine Superioris licentia, tacita, vel expreſſa, oretenùs obtenta de loco egrediuntur. 68
Item, qui egrediuntur ex Prouincijs ſine licentia ſcripta. 69
Item, qui à locis recedunt ſine eadem ſcripta facultate. 70
Item, qui accedunt ad Ciuitates, & loca, vbi Conuentus ſit, & in eis detinentur, negotiantur, comedunt, &c. antequàm Superiori ſe præſentent. 70. & 71
Item, qui à Guardiano, apud quem diuerterint, diem acceſſus, & receſſus ſui, ad præſcriptum notare non curauerint. 71
Item, forenſes in loco Aracœli exiſtentes, & Domo egredientes abſq; licentiæ Officialis Curiæ, ad quem ſpectat. 72
Item, accedentes ad Romanam Curiam, ſiue aliorum Principum, niſi id ſpecialiter eis conceſſum ſit. 98
Item, ad Capitulum temerè accedentes. 213
Item, qui poſt præſentium Statutorum publicationem in alienis Prouincijs degentes, ad proprias quamprimùm reuerti recuſauerint, neglexerintuè. 36
Item, qui malè in alienis Prouincijs incorporati, & ad proprias redire iuſſi, id agere abnuerint. ibid.

Item, de locorum finibus tempore Prouincialis Capituli egredientes. 213
Apoſtatæ omnes ſollemniter abſoluendi. 33
Abſolutionis eorum Ordo, & modus. 33
Abſolutionis forma. 34
Apoſtatam, qui aliter abſoluerit, cui pœnæ ſubiaceat. 36
Apoſtatæ, poſt abſolutionem, quid facere debeant. ibid.
Apoſtaſiæ pœna præſcribitur, & aggrauatur. 30
Apoſtatæ omnes excommunicantur. 31
Eos excommunicandi auctoritas. ibid.
Etiam in Capitulis generalibus excommunicandi. 103
Et per Superiores locorum pro excommunicatis denunciandi, & quando, & vbi, & quoties. 31
Apoſtaſiæ leuis pœna. 104
Et leuioris. ibid.
Et leuiſſimæ. ibid.
Et grauis. ibid.
Et grauioris. 35
Et grauiſſimæ. ibid.
Apoſtatæ cuiuslibet in genere, communis pœna. 137
Apoſtatæ pœnas prædictas imponere, negligens Superior quomodo puniendus. 36
Apoſtata, impoſitas ſibi pœnas ſubire abnuens, quomodo tractandus. ibid.
De apoſtatis Prouinciales admonendi. 31
Apoſtaſia quæcunquè libro ad id ſpecialiter inſtituto, notanda, & cui fini. ibid.
Apoſtatantes à proprijs Prouincijs, per Prouinciales Generalibus, & Officialibus Curiæ denunciandi. ibid.
Apoſtatę omnes, vt facilius agnoſcantur, forenſes ad hoſpitia non admittendi, niſi obedientialibus litteris Superioribus locorum antea oſtenſis. 33
Superioris eas videre negligentis, pœna. 33
Apoſtatæ in alienis Prouincijs, Domibuſuè, haud retinendi. 31. & 32
Eos retinentium pœna. 31. & 32
Apoſtatæ per triduum in carceribus detinendi, et poſtea cum teſtimonialibus litteris ad propria remittendi. 32
Apoſtatæ non aliò, quàm ad propria mittendi. ibid.
Eos aliò mittentium pœna. 32
Apoſtata ad ſanctam Vrbem accedente, quid agendum. 72
In Apoſtatas Superioribus quibusq; poteſtas. 36
Et cuiquè etiam fratri, cùm neceſſe. ibid.
Apoſtatarum euagatio per Superiores quoſcunque tollenda. ibid.

Apo-

Apoſtatantium crimina, per Prouinciales in acta redigenda, & proceſſus ſeruandi. 31
Prouincialis, id agere negligentis, pœna. ibid.
Apoſtatarũ delicta regulariter, per ſuos Superiores ordinarios punienda. 32
Niſi fortè Generales, de poteſtatis plenitudine, eos punire maluerint. ibid.
Apoſtata, aut ad Generales, aut ad Officiales Curiæ Romanæ accedens & punitus ab eis, regulariter pro ſola apoſtaſia punitus intelligitur. 32
Pro alijs autem delictis ad ordinarios ſuos puniẽdus remittitur. 32. & 72
Apoſtatæ declarantur etiam, qui Prouinciæ, aut Conuentus limites excedunt, non oſtenſa prius facultate Prouinciali, localiuè Prelato, habitaq; ab eo benedictione. 32

Apoſtoli.

Apoſtoli, verbo, & exemplo, vitæ neceſſaria operando comparare docuerunt. 88
Apoſtoli quam perfectionis viam ſecuti fuerint. 100
Quæ abdicationis exempla dederint. ibid.
Apoſtolicam vitam fratres ſuſceperunt imitandam. ibid.
Apoſtolica priuilegia, vide in verbo, priuilegium.
Apoſtolicæ Conſtitutiones, vide in verbo, Conſtitutio.
Apoſtolicæ reſeruationes, vide in verbo, reſeruatio.

Appellatio.

Appellatio quid ſit, & vbi ei locus, admittenda. 154
Appellare à legibus, & à pœnis per eas ſtatutis, non licet. 139
Appellare à correctionibus ſecundum generalia ſtatuta factis, vetitum à Bonifatio VIII. ibid.
Eiuſdem ad id Conſtitutio. 139
Appellationis diffugio quomodo plerumq; rei vtantur. 154. & 155
Appellationis remedium ad præſidium innocentiæ inſtitutum. 154
Appellatio in quibus cauſis ab interlocutoria, vel quocunquè grauamine, ante diffinitiuam non detur. 155
Appellationi dictę quomodo deferendum, vel non deferendum. ibid.
Appellatio vbi ei locus ſit, ad quos gradatim interponenda. ibid.
Appellante reo, quid agendum à Iudice, vbi de fuga dubitetur. ibid.
Quid item ſi reus de fuga ſuſpectus ſit. ibid.
Appellans, ſi benè, vel malè iudicatus reperiatur, quid agendum. ibid.
Appellans, corã Iudice appellato acta primæ inſtãtię producere debet. 156
Appellationis Iudex ſine eis cauſam minimè cognoſcat. ibid.
Si cognoſcat, eius cognitio nulla. ibid.
Appellanti acta infra triginta dies exhibenda. ibid.
Quòd ſi non exhibeantur, ſine eis iudicium terminetur. ibid.

Appella-

Appellationis cauſa in partibus cui committenda. ibid.
Appellare ad tribunalia ſæcularia, ſiue etiam Epiſcopalia vetitum. 146
Appellantium ad eos pœna. ibid.

Approbatio.

Approbatio eorum, qui ad Ordinem recipiendi ſunt, vbi, & per quos facienda. 6. & 7
Item eorum, qui ad profeſſionem. 17. & 18
Approbatio ordinandorum per quos, & quomodo facienda. 25. & 26
Appobationis eorum forma. 26
Approbationis dictę teſtimonium ad Prouincialem afferendum, & ab eo in Prouinciali Archiuio ſeruandum, libroq; notandum. 26
Approbationis teſtimonium non habenti, dimiſſoriæ pro ſuſcipiendis ordinibus, non concedendæ. 27
Approbatio eorum, qui confeſſiones audire debent, tàm fratrum, quàm ſæcularium, per quos, & quo pacto facienda. 123
Approbatio Prædicatorum à quibus, & quomodo facienda. 273
Approbatio eorundem, qua fide ab examinatoribus facienda. 274
Approbatio cauſarum, propter quas Monialis aliqua è clauſura egredi præſumat, ad quos ſpectet. 293
Approbatio Superiorum Ordinis neceſſaria ijs, qui in Monialium clauſuram admittendi ſunt. 291
Neceſſaria etiam ijs, qui ad communia quæq; Monialium ſeruitia deputandi ſunt. 196. & 197

Appropriatio.

Appopriatio loci, & rei cuiuſq; probibetur. 104
Appropriator loci quis cenſendus. 104. & 105
Quis item Cellæ. ibid.
Eorum vnuſquiſquè quomodò puniendus. 105
Reliqua ad propriationẽ ſpectãtia, vide in verbis Proprietas, & Proprietarius.

Aqua.

Aqua benedicta vbi eſſe debeat in Eccleſia. 265
Eius labrum, ſiue vas, quale eſſe debeat. ibid.
Quale item aſpergillum. ibid.

Arbores.

Arbores quæcunquè, aut intus, aut foris clauſuræ parietibus adhærentes, euellendæ. 295
Et ſi qua obſtiterit contradictio, quominus id agatur, inuocetur Epiſcopi, aut Magiſtratus ſæcularis auxilium. ibid.
Id omiſſũ in ſta- *Arbores, & maximè frugiferas, & quæ ad ornatum pertinent, incidere non licet.* 109

Con-

Contrafacientes, officio Superiores locorum priuentur, ſubditi verò omni ſuffragiorum iure careant. ibid. tutis, hic vim ſtatuti habet.

Arca.

Arca, vide in verbo, capſula.

Argentea.

Argenteæ, vide in verbo, aureæ.

Archiuium.

Archiuiorum duo genera eſſe debere, vnum cuiusq; loci, alterum Prouinciæ, elicitur ex ijs, quæ habentur pag. 9.26.28.31.116.297.322. *&* 341. Id in ſtatutis pariter omiſſū, hic ſtatuti vim habet.

Archiuia duo, Prouinciale alterum, alterum locale, in ſingulis Prouincijs, & Domibus primo quoq; tempore conficienda, vbi iam confecta non ſint.

Duabus clauibus, diuerſo opere fabrili, confectis, vtrunq; tutò, ac benè occludendum.

Illius claues, alteram Prouincialis habeat, alteram antiquior Prouinciæ Diſcretus aſſeruet.

Huius Guardianus alteram, alteram antiquior loci Diſcretus ſemper cuſtodiat.

In ijs ipſis ſcripturæ infraſcripti generis diligenter, ac perpetuò ſeruentur.

Id præſtare, qui neglexerit, Prouincialis ſuſpendatur officio, Generalis arbitratu; localis verò, aut ſuſpendatur, aut etiam priuetur, prout Prouincialis conſultò cenſuerit.

In archiuio Conuentus ſeruandus liber pro annotanda nouitiorum receptione ad religionis habitum, & ad profeſſionem. 9. *&* 20

Item inuentarium librorum, quos Superiores fratribus accommodauerint. 106

Item ſcripta cautio ab eis accepta, qui libros tales acceperint. 156

In archiuio Prouinciæ pariter liber ſimilis aſſeruandus. 9. *&* 20

Seruandæ item in eo, quas nouitius quiſq;, & natalium, & aliorum requiſitorum, teſtimoniales attulerit. 9

Item alius liber pro adnotandis ijs, qui ad ſacros ordines admittuntur. 27

Item alius liber pro adnotandis teſtimonialibus Ordinum collatorum, ſuſceptorumq; literis. 28

Item approbationis teſtimonia ab examinatoribus facta ijs, qui ad ſacros ordines promouendi ſunt. ibid.

Item liber pro adnotandis apoſtatis ſingulis. 31

Item proceſſus contra eoſdem, ſuper eorum delictis fabricati. ibid.

Item numerus fratrum in vno quoq; Conuentu præſcriptus. 116

Item

Item inuentaria bonorum immobilium ad Moniales ſpectantium. 297
Item liber, quo Monialium receptio, ac profeſſio notetur. 322

Arctatio.

Arctatio tractatur in ſtatutis occaſione pœnæ carceris, & quare. 134
Arctandi aliquando, qui carceribus detinentur. ibid.
Arctationis forma, quæ ſit regulariter. 134. & 135.
Arctationis tempus per quos taxandum. 135
Arctatio triplex elicitur ex ijs, quæ ordinantur. 97
Vbi leuis, grauis, & grauiſſima. ibid.
Arctationis tempus arctando minimè reuelandum. 135
De arctatione latius in conficiendo praticæ criminalis libello. ibid.
Arctandi autem ſunt infraſcripti, videlicet.
ſuſpecti de arte alchimiæ, pro ſuſpitionis modo. 97
De alijs artibus, aut doctrinis ſuſpecti. ibid.
Ingreſſi domos ſuſpectas. 135. & 287
Confeſſionis ſacramentum reuelantes. 142
Suſpecti conſortij reus, contra quem teſtes duo, vnus de ſequeſtratione à ſocio, alter de lapſu carnis. 287

Arma.

Arma qualibet offenſiua portantes, vel in cella, aut alibi retinentes, quomodo puniendi. 145

Aromatariæ.

Aromatariæ ſi quæ ſunt, cum phiſico viſitandæ. 268
In eis, quæ Viſitatoribus inquirenda. ibid.
Et ibi quæcunq; ad Aromatarias ſpectant, & Aromatarios. ibid.
Aromatarij in ſingulis locis, vbi infirmariæ ſint, locandi. 119

Artes.

Artes, & doctrinæ ſuſpectæ, quænam ſint, elicitur ex ijs, quæ de illis habentur. 97
Quæ damnantur. ibid.
Eas addiſcere, exercere, docere, aut libros ſuſpectos, & ad eas pertinentes, retinere, addita pœna excommunicationis, ipſo facto incurrenda, prohibetur. ibid.
De prædictis conuictus, quomodo puniendus. ibid.
De eiſdem ſuſpectus, quomodo arctandus. ibid.
Artem medicam exercere, fratribus prohibetur. ibid.

Aſſertiones.

Aſſertiones publicæ, quo tempore à lectoribus, & ſtudentibus defendendæ, & vbi, & quales. 59

Aſſer-

Aſſertio damnata in ſtatutis tanquam erronea, quòd abdicantes à ſe omnium rerum proprietatem, tanquam homicidæ ſui, vel tentatores Dei, vitæ diſcrimini ſe committant. 101
Item, quòd quilibet ſacerdos ab illis peccatis, ſuper quibus commiſſam facultatem non habet, abſoluere poſſit. 126
Item, quòd Superiores non poſſint ſibi caſus reſeruare. ibid.
Item, quòd non poſſint cenſuris Eccleſiaſticis ſibi ſubditos ligare, & excommunicare. 126. & 137
Itē, quòd frater, qui fratris alterius exceſsū duplici via ſciat, videlicet in ſacramentali confeſſione, & extra eam, non teneatur illum Superiori manifeſtare, licet requiſitus ab eo per obedientiam. 281
Item, quòd frater, qui alium fratrem de aliquo exceſſu, iuxta Euangelium ſecretò corripuerit, non teneatur etiam illum Superiori, à quo per obedientiam requiratur, reuelare. 282
Item, quòd ſocij criminum non teneantur alter alterum Superiori propalare. 282
Aſſertiones prædictas temerè affirmantes, quomodo puniendi. 126
Aſſertiones quaſcunque erroneas, ſuſpectas, damnatas, ſcandaloſaſuè, quoquo pacto affirmare, vel eas affirmantibus fauere, aut cum eis conuerſari, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, prohibetur. 276. & 277

Auaritia.

Auaritia, & omnis eius ſpecies, Confeſſarijs in adminiſtrando ſanctæ pœnitentiæ ſacramento ſummoperè cauenda. 124

Auditores.

Auditores cauſarum, vide ſuo loco, in verbo, Capitulum generale.

Auditrices.

Auditrices colloquijs Monialium cum exteris quibuſq; ſemper intereſſe debent. 289. & 290
Vt quæcunque in dictis colloquijs hinc inde dicuntur, facilè percipere poſſint. 291

Aurea.

Aurea quæquè, argentea, aliaq; pretioſa, fratribus vetita. 80
Vide amplius in verbo. precioſa.

Barbi-

B.

Barbitonſores.

BArbitonſores, quam pœnam incurrant, ſi contra præſcriptum radere auſerint. 44

Benedicta.

Benedicta quando incipiat, & quandiù duret. 67

Benedictam Dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit. ibid.

Ad eius ieiunium, nemo cogendus, omnes incitandi. ibid.

Benedictam ieiunantes, benedictionem conſequuntur à Domino. ibid.

Ad eius ieiunium, quomodo Beatus Pater Franciſcus animet fratres, atq; incendat. ibid.

Benedictæ ieiunium, quare à Beato Patre Franciſco ſub legis neceſſitate non fuit concluſum. ibid.

Benedictam voluntariè ieiunantibus, neceſſaria prouidenda. ibid.

Benedictio.

Benedictiones veſtium pro Nouitijs induendis. 335

Benedictio danda generaliter omnibus fratribus, & Monialibus in generalibus Capitulis. 103

Benedictio à Generali Miniſtro Capitularibus danda in fine generalis Capituli, & qua ſollemnitate. 103. & 204

Benedictio à Generali Miniſtro fratribus danda, cùm prima vice ab eis in quolibet loco recipitur. 182

Benedictio danda in fine Prouincialis Capituli. 204

Benedictio petenda à locali Superiore in regreſſu cuiuſlibet fratris, qui extra locum de ipſius licentia fuerit egreſſus. 68

Benedictio menſæ facienda de more à fratribus congregatis. 241

facienda etiam à Monialibus, & quomodo. 309

Benedictioni menſæ ſingulæ Moniales interſint 310

Benedictio Præfectæ à Moniali quacunque habenda antequàm ad loquendum cum externis quibuſuis accedat. 282

Bibliotheca.

Bibliothecis quomodo applicandi fratrum demorientium libri. 106

Circa bibliothecas formales, quomodo ſeruanda Conſtitutio Sixti V. cum moderatione Clementis VIII. 106. & 107

Bigare.

Bigare vide in verbo, equitare.

Biretum.

Biretum loco patenti deferri prohibetur, & quare. 44
Biretum deferre ſolitus, vnus tantum ex diſcipulis Sancti Franciſci, quem etiam veluti Iudam, damnatum eſſe legimus. ibid.

Bona.

Bona quæcunq; ad fratres quomodocunq; prouenientia, in communem vſum conferenda. 103, & 104
Collata ea, quomodo per Superiores diſponenda. 104
Bona fratrum mobilia, quomodo per Superiores alienari, & commutari poſſint. 109
Ad id facultas Apoſtolica. ibid.
Cautio, vt rectiùs agatur. ibid.
Bona locorum, haud pignori ſupponenda. ibid.
Et ſi quandoq; ſupponi oporteat quid agendum. 109
Bonorum mobilium inuentaria conficienda. 213
Vbi, & quomodo. ibid.
Ad Capitulum deferenda. ibid.
Cui, & quomodo conſignanda. ibid.
Quomodo reſignanda, & recognoſcenda. ibid.
Bonorum ad pia loca pertinentium adminiſtratio magnam requirit diligentiam, & fidem. 297
Bona Monialium immobilia per Prouinciales recognoſcenda. ibid.
Eadem in inuentarium referenda. ibid.
Bonorum ad Moniales ſpectantium alienatio quæcunq; vetita. 298
Et ſi qua facta fuerit, ea irrita ſit, & nulla. ibid.
Qui eam fecerint, quomodo plectendi. ibid.
Bonis Monialium quæcunq; acceſſio fiat, & Prouinciali ſignificanda, & eius iuſſu in inuentarium referenda. 297
Bona quæcunq; Monialium particularia, in communem vſum conferenda. 299
Bona Monialium immobilia, vbi, quomodo, & quando locanda. vide in verbo, locatio.

Bottoni.

Bottoni, vt vocant, in veſtimentis deferri prohibetur. 42
Eos deferentium pœna, & ad id ratio. ibid.

Brachium.

Brachium ſeculare ſi, & quatenus opus ſit, inuocari poteſt in Apoſtatis puniendis. 36
Item in euellendis arboribus, clauſuris Monialium, aut intus, aut foris co-

ris cohærentibus. 295

Breuia Apoſtolica quoquo modo ad Ordinem pertinentia per Officiales Curiæ notificanda. 206

Bulla.

Bullæ Apoſtolicæ, quæ ad Ordinem quoquo modo ſpectant, quomodo, & prælo dandæ, & ad Prouincias mittendæ. 206

Bullam Sanctiſſimi Romani Pontificis, quæ in die Cœnæ Domini, ſingulis quibuſq; annis legitur, Confeſſarij quicunq; ſemper habeant. 127

C.

Calceamenta.

Calceamenta, quo tempore iuxta Regulam ferenda. 41

Quibus de cauſis tantummodò à Miniſtris concedenda. ibid.

Neq; in itinere abſq; neceſſitate concedenda, permittendauè. 73. & 74

In eis autem concedendis faciles, aut permittendis conniuentes, quomodo puniendi. 74

Calculi.

Calculi, vide in verbo, Computa.

Calendarium.

Calendarium in ſingulis Prouincijs, atq; adeò in vniuerſa familia quotannis conficiendum. 46

Quale eſſe debeat. ibid.

In eo feſta etiam, quæ ab Epiſcopis ſollemnia proponuntur, notanda. 47

Calepodia.

Calepodia ad veſtimenti rationem pertinentia. 41

A quibus prouidenda. 41. & 42

De eorum prouiſione, ſpecialiter inquirendum. 42

Eorum corrigiæ, ſiue ſtreuetæ quales eſſe debeant. ibid.

Aliter factæ prohibentur. ibid.

Calix.

Calicibus ſacris in ſacrificio tantummodò vtendum. 91

Ideò in purificatione communicantium minimè adhibendi. ibid.

Et Sacerdotes ipſi non celebrantes, dùm communicant, ex Sacris Calicibus haud purificentur. ibid.

Quæ de Sacris Calicibus obſeruanda, quæquè Viſitatoribus inquirenda. 296

Cami-

Camiſia.

Camiſiarum vſus, antiquis Traditionibus Ordinis ſemper vetitus. 40
Illis vti regulariter illicitum. ibid.
Cui tamen neceſſariæ ſunt, concedi poßunt. 40. & 41
Earum conceſſio in ſcriptis facienda. ibid.
Camiſijs ſine tali conceſſione vtens, quomodo puniendus. ibid.
Camiſijs, etiam cum conceſſione vtens, quibus priuetur in Ordine. ibid.
De illis ipſis in viſitatione cellarum Viſitatoribus inquirendum. 269
Quæ, ſi in viſitationibus reperiantur, auferendæ. 28

Campana.

Cãpanæ, ad diuinũ officiũ conuocatis, vltimũ ſignũ minimè expectandũ. 45
Cãpanæ ſigno, capitulares in Capitulis exiſtẽtes cõgregandi. 169. & 171
Campanæ pulſandæ dùm gratiæ redduntur. 168
Et dùm proceſſio fit pro exponendo Sanctiſſimo Sacramento ad orationem quadraginta horarum faciendam. 170
Campanæ omnes pulſandæ, appropinquante Generali Miniſtro, vbi prima vice recipiendus ſit. 181
Campanæ ſigno fratres capitulariter congregandi. 212
Campanarum ſono, quinam dies feſti colendi. 47
Campanę capitularis ſigno, ſexta quaque feria, fratres ad locale Capitulum conuocandi. 234
Campana capitularis pulſanda, cum fratres de Capitulo exeuntes, refectorium verſus ordine procedunt. 241
Item cùm fratres ad Capitulum conuocantur pro eligendo Diſcreto. ibid.
Item cùm Viſitator fratres viſitandos conuocat. 259

Candelabra.

Candelabra Altarium qualia eſſe debeant. 262

Canes.

Canes in Monaſteria Monialium neq; ad breue tempus admittendi. 292

Canticum.

Canticum Zacharię vbi canendum. 199. & 227

Cantiones.

Cantiones ridiculas, parumuè pudicè confectas Moniales abhorreant. 307

Cantus Fractus.

Cantus fractus, vide in verbo, Muſica.

Capellania.

Capellanię perpetuæ & regularibus inſtitutis, & Apoſtolicis declarationibus repugnant. 114
Repugnant etiam paupertatis ſtatui, quem profitemur. ibid.
Ideò expreßè prohibentur. ibid.

Earum inſtrumenta, contractus, conuentiones, pacta, & alia eiuſmodi ſi quæ iam facta ſunt, reſcindantur. ibid.
Et nè amplius fiant, præcipitur. ibid.
Talia facientes, quomodo puniendi. ibid.

Capellę.

Capellæ viſitandæ. 263
An Patronos habeant. ibid.
An ornamenta neceſſaria. ibid.
Cuius formæ eſſe debeant. ibid.
An ſepto aliquo circundatæ ſint. ibid.
An feneſtras ad præſcriptum habeant. ibid.

Capitulum.

Capitula, ideſt loca illa, quæ tali nomine vocari conſueuerunt, magna olim pietate à Patribus noſtris inſtituta. 241
In ijs ipſis, quæ Patres ipſi facere conſueuerint. ibid.
Ea in omnibus ferè Prouincijs iàm deſtructa. ibid.
Vt iterum reuocentur in vſum, per Miniſtros diligenter curandum. ibid.
Circa talia loca, quæ à Miniſtris ordinata fuerint, Superiores locorum diligenter exequantur. ibid.
Negligentium pœnæ. ibid.

Capitulum Generale.

Capitulũ Generale quoad locum, & tẽpus. *Capitulum Generale in qua familia celebrandum.* 164
Quo loco, & tempore. ibid.
Propter aliquorum abſentiam minimè differendum. ibid.
Immò etiam abſente Generali ipſo, abſentibusq; plurimis vocalibus, adhuc ſtatuta die celebrandum. ibid.
Cap.gen. quoad tẽpus capitulare. *Capituli Generalis tempore, nihil in Prouincijs innouandum.* ibid.
Eo ipſo tempore, quo caſu in Prouincijs aliqua innouari poſſint. ibid.
Temerè tunc innouata, quomodò reuocanda, & innouantes puniendi. 165
Cap.gen. quoad ea quæ ante illud peragẽda sũt. *Ante Capitulum Generale, de ſtatuto ipſius loco, & tempore vniuerſus Ordo admonendus.* ibid.
Literæ, quas citatorias vocant, ad omnes, qui Generali Capitulo intereſſe debent, mittendæ. 165
A Capituli Generalis intimatione, quæ præſtanda in toto Ordine vſquè ad diem electionis. ibid.
Quæ item ſpecialiùs ab Aſcenſione ad Pentecoſtem vſquè. ibid.
Quæ feria V. ante ipſam Pentecoſtem. 169
Quæ pariter in ipſa vigilia Pentecoſtes. 165
Cap.gen. quoad eos, q vo- *Ad Capitulum Generale, qui nàm ſpecialiter vocari debeant.* 166
Qui pariter ad illud accedere teneantur, niſi legitimè impediti ſint. ibid.

Non.

Non accedentium impedimenta, quibus probanda. 167
Eorundem, niſi legitima impedimenta fuerint, pœna. 166. & 167
Ad Capitulum generale, quinam deſtinandi loco Miniſtri, vel Cuſtodis legitimè impediti. 167
Ad illud euntes, communi beneficitio operam dant. 168
Multis laboribus, & periculis ſe exponunt. ibid.
Ideò communibus expenſis conducendi. ibid.
Eorum itineri neceſſaria, quomodo prouidenda. 167
Renuentes, aut negligentes, quomodo puniendi. 167. & 168
Ad Capitulum Generale euntes, quales ſe præbere debeant. 168

cati, ad illud accedere debent.

Cap gen. quoad iter, eius gratia aſſumẽdũ.

Capitulum Generale, quoad agenda in illo vſquè ad electionem generalis Miniſtri incluſiuè.

In Capitulo Generali ante omnia, gratiæ per Capitulares Deo reddendæ, & quibus de rebus, & quales. 168
Deinde Syndicatus Generalium inſtituendus. ibid.
Is, qualis eſſe debeat, vide in verbo Syndicatus.
Poſt ſyndicatum prædictum, Generales in diffinitorium admittendi. 169
Item cauſarum Auditores deputandi, & per quos, & quod eorum munus. ibid.
Feria v. ad Pentecoſtem ſollemnis Miſſa decantanda. ibid.
Capitulares conuocandi, & ad eos congregatos, de capitularibus rebus habendus ſermo. ibid.
Is à quo habendus, & quibus de rebus, & qualis eſſe debeat. 169. & 170
Poſt prædicta, Corpus Chriſti Domini exponendum, & quadraginta horarum oratio indicenda. ibid.
Poſt prandium Sigilla Prouinciarum à Miniſtris, & Cuſtodiatus literæ à Cuſtodibus præſentanda. 170
Sequenti feria VI. quæ agenda Capitularibus, & quæ cauenda. ibid.
Sabbato, omnibus confitendum, communicandumq́; aut celebrandũ. 171
Miſſa de Spiritu ſancto canenda. ibid.
Capitulares congregandi. ibid.
Locus electionis claudendus, ita, vt nemini exire liceat. ibid.
A Generali Miniſtro ad Capitulares ſermo habendus, & qualis. ibid.
Capitulares generaliter abſoluendi, & quomodo. 171. & 172
Hymnus. Veni Creator Spiritus, &c. canendus. 172
Verſus, & Reſponſoria cum oratione addenda. 172. & 173
Diſquiſitores inſtituendi. 173
Eorum inſtitutio quomodo facienda, vide in verbo, Diſquiſitores.
Diſquiſitores inſtituti obſtringendi ſuper ſeruando electionis ſecreto. 173
Poſt prædicta, Generalibus renunciandum, & quomodo. ibid.

Renunciantibus illis, quæ Antiquiori Ordinis Diſcreto præſtanda. ibid.
Tandem ad noui Miniſtri Generalis electionē deueniendum. 173. & 174
Ea quomodo facienda, factaq; quomodo publicanda. vide in verbo, electio.

Capitulum generale, quoad agenda in ipſo poſt electionem Generalis Miniſtri.

In Capitulo Generali, poſt electionem Generalis Miniſtri, alias electiones Commiſſarij Generalis, & Generalium Diffinitorum, aut proſequi, aut differre liberum. 174
Si eas proſequi contingat, quę agenda, vide ſuis locis, in verbis, electio. Commiſſarius Generalis, Diffinitores Generales.
Si verò differantur, quandiù differri poſſint. 174
Vtroq; caſu, quomodo ex electionis loco exeundum. ibid.
Quomodo ad Eccleſiam procedendum. ibid.
Quæ in Eccleſia, pro gratiarum actione canenda. 174. & 175
Poſt gratiarum actionem, quomodo Miniſtro Generali obedientia præſtanda. 175

Cap. Gen. quoad agenda in eo poſt electiones prædictas.

In Capitulo Generali, poſt electiones prædictas, Diſcretoria inſtituenda. 196
Ea, quot, quæ, qualia, vbi, cuius iuſſu, cui vſui &c. inſtitui debeant, vide in verbo, Diſcetorium.
Diffinitoria quoquè, poſt electiones prædictas inſtituenda. 197
Et ad ea pariter quæcunquè ſpectant, quæq; in eis agenda ſint. Vide in verbo, Diffinitorium.

Capitulum generale, quoad agenda, expletis, quæ in Diſcretorijs, & Diffinitorijs, tractanda fuerunt.

In Capitulo Generali, poſt prædicta, Capitulares omnes conuocandi. 199
Tabula cum Statutis publicè legenda. ibid.
Ad Eccleſiam procedendum. ibid.
Canticum Zachariæ canendum. ibid.
Gratiæ agendæ. ibid.
Acclamationes faciendæ. ibid.
Acclamationum forma, & ordo. 200. & 201
Suffragia publicanda. ibid.
Eorum forma, & ordo. 202. & 203
Caſuum Generali Miniſtro reſeruatorum, facienda conceſſio. 203
Apoſtatæ Excommunicandi. ibid.
Fratres omnes cum Monialibus benedicendi. ibid.
Benedictio Capitularibus à Generali Miniſtro ſollemniter danda. ibid.
Capitulares actiones, cōmuni pacis oſculo, grauibuſquè ipſius generalis ad

Capitulares cohortationibus, concludendæ. ibid.
Diſceſſus deniquè facienda venia cum benedictione. 204

Capitulum Generale quoad illa, quæ poſt ipſum agenda ſunt.

Poſt Capitulũ Generale, mittẽda Tabula eius ad ſingulas Prouincias. 199
Item, mittendus numerus fratrum Defunctorum à præterito Generali Capitulo, eò vſquè. ibid.
Quomodo prædicta mitti debeant. ibid.
Capitulares in regreſſu ad propria, quales ſe debeant præbere. 168
Donec ij ad propria redierint, nihil in Prouincijs innouandum. 164
Poſt reditum, in eam curam ab eis incumbendum, vt ordinata in Generali Capitulo, executioni ſingula demandentur. 204

